res: vt fidelis quis inueniatur. Mi-
hi autem pro minimo est / vt a vo-
bis iudicer: aut ab hũano die: sed
neq̃ meipsum iudico. Nihil enim
mihi conscius sum: sed non in hoc
iustificatus sum. Qui autem iudi
cat me: dñs est. Itaq̃ nolite añ tẽ-
pus iudicare: quoadusq̃ veniat
dominus: qui et illumiabit abscõ-
dita tenebrarũ: ꝫ manifestabit cõ-
silia cordium: et tũc laus erit vni-
cuiq̃ a deo. Grad. Qui sedes domine Psal.
super cherubin: excita potentiam tuam et lxxix.
veni. Vsus. Qui regis israel intende: qui Eodem
deducis velut ouem ioseph. Alleluya.
Vsus. Excita domine potentiam tuam et Eodem
veni: vt saluos facias nos. Sequẽtia.

QUi regis sceptra: forti dex-
tra / solus cuncta. Tu ple
bi tuam: ostẽde magnã / excitando
potentiam. Presta illi: dona salu
taria. Quem predixerũt: prophe
tica vaticinia. A clara poli regia
In nra iesu: veni domine arua.

¶ Secundum Mattheum. xj.



IN illo tem Ca. xi.
pore. Cum A.
audisset ioannes
invinculis opera
christi mittẽs du-
os de discipulis
suis: ait illi. Tu
es qui venturus
es an alium expe
ctamus? Et respondens iesus: ait
illis. Euntes / renunciate ioanni:
que audistis / et vidistis. Ceci vi-
dent / claudi ambulãt: leprosi mun
dãtur. Surdi audiunt: mortui re-
surgunt: pauperes euangelizan-
tur. Et beat⁹ est qui nõ fuerit scan
dalizatus in me. Illis autem ab-
euntibus: cepit iesus dicere ad tur
bas de ioanne. Quid existis in de-
sertum videre? Arundinem ven-
to agitatam? Sed quid existis vi-
dere? Hominẽ mollibus vestitum.
Ecce q̃ mollibus vestiũtur: in do-

mibus regū sūt. Sed quid exiistis
videre? Prophetā? Etiam dico vo
bis/ & plusq̄ prophetam. Hic est enī
de quo scriptum est. Ecce ego mit-
to angelū meū ante faciē tuā: qui
preparabit viā tuā ante te. Offer.
Psal. Benedixisti domine terram tuam: auerti-
lxxxiiii sti captiuitatem iacob/ remisisti iniquita-
Eodem tem plebis tue. V. Operuisti omnia pecca-
ta eorum: mitigasti omnem iram tuam. V.
Eodem Ostende nobis dñe misericordiam tuam: &
salutare tuum da nobis. Secreta.

Deuotionis nostre tibi dñe/
q̄s hostia iugiter immolet̄
que et sacri peragat instituta my-
sterij: et salutare tuū nobis mira-
biliter operet̄. Per dñm. Prefatio
quotid. Cōio Dicite pusillanimes cō-
Esaie fortamini & nolite timere: ecce deus noster
xxxv B veniet: et saluabit nos. Postcōio.

Imploramus domine clemē-
tiam tuā: vt hec diuina sub-
sidia a vicijs expiatos: ad festa vē-
tura nos preparent. Per dominū.

¶ Feria quarta quatuor tempo-
rum. Ad missam. Officium.

Esaie Rorate celi desuper: et
xlv. B. nubes pluāt iustum/
aperiat̄ terra: et ger-
minet saluatorē. Ps.
Et iusticia oriatur simul/
Eodem ego dominus creaui eum. Sequatur
Oratio/ sine Dñs vobiscum. sed
tantum cum Oremus. Oratio.

Presta q̄s omnipotēs deus:
vt redemptiōis nostre ven-
tura solēnitas: et presentis nobis
vite subsidia cōferat: & eterne bea-
titudinis/ premia largiatur. Per
eūdem dominum nostrum iesum
christum filium tuum. Qui tecū.
¶ Lectio Esaie prophete. ij.



In diebus
illis Dixit
esaias propheta
Erit in nouissi-
mis diebus pre-
parat⁹ mōs do-
mus dñi verti-
ce mōtium: & ele-
uabitur sup col-
les. Et fluēt ad eum oēs gentes: et
ibūt populi multi et dicent. Veni-
te/ ascēdamus ad mōtem dñi/ & ad
domum dei iacob: et docebit nos
vias suas: & ambulabimus in se-
mitis eius: quia de syon exibit lex/
et verbum domini de hierusalem:
et iudicabit gētes: et arguet popu-
los multos. Et conflabunt gladi-
os suos in vomeres: et lāceas su-
as in falces. Nō leuabit gens con-
tra gentem gladium: nec exercebū-
tur vltra ad prelium. Domus ia-
cob: venite/ et ambulemus in lu-
mine domini dei nostri. Gr. Tolli-
te portas principes vestras: et eleuamini
porte eternales: et introibit rex glorie. V.
Quis ascendet in montē domini: aut quis
stabit in loco sancto eius: innocens mani-
bus et mundo corde. Hic nō repetatur
Grad. sed statim sequatur Domi-
nus vobiscum. et Orem⁹. Oratio.

Festina q̄s dñe ne tardaue-
ris: et auxilium nobis sup-
ne virtutis impende: vt aduētus
tui cōsolatiōibus subleuētur: qui
in tua pietate confidunt. Qui vi-
uis et regnas cum deo patre. &c.
¶ Hic dicitur memorie consuete.
Lectio Esaie prophete. vij.

In diebus illis. Locutus est
dñs ad achas dicēs. Pete ti-
bi signum a dño deo tuo ī profū-

dum inferni: siue i excelsum supra. Et dixit achas. Nō petam: et non temptabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus: qa molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomē eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum / et eligere bonum. Gr. Prope est dominus omnibus inuocantibus eū: omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem dñi loquetur os meum: et benedicat ois caro nomen sanctum eius. Repetat Gr.

¶ Secundum Lucam. primo.



In illo tempore. Missus est angel' gabriel a deo i ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatā viro: cui nomen erat Ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingress' angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulierib'. Que cum audisset: turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce cōcipies in vtero et paries filium: et vocabis nomen ei' iesum. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris ei': et regnabit in domo iacob in eternum et regni ei' nō erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: qm virum non cognosco? Et respōdēs angelus / dixit ei. Spiritus sanct' superueniet in te et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqz et quod nascet ex te sanctū / vocabit fili' dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi q vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deū omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Offr. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. ℣s. Ideoqz et quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filius dei. Et dicitur cum suo vsu. Secreta. Luce. i. C.

Salutari ieiunio cōpetentes dñe hostias imolamus: presta / vt ad natiuitatem panis eterni: his officijs pparemur. Per eūdem. Prefatio quotidiana. Cōio. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Postcōio. Esaie. vii. C.

Salutaris tui dñe munere satiati / supplices deprecamur: vt cui' letamur gustu: renouemur effectu. Per dominū. ¶ Feria. vj. quatuor tēporū. Officium.



Prope esto dñe: et omnes vie tue veritas / initio cognoui de testimonijs tuis: qa i eternū tu es. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant i lege dñi. Oratio. psal. cxviii. Eodem

Excita quesum' dñe potētiā tuam et veni: vt hi qui i tua pietate confidunt: ab omni citius aduersitate liberētur. Qui viuis et regnas cum deo patre. In vni-

Sabbato quatuoꝛ tēpoꝝ.

¶ Lectio Esaie prophete. .xi.

Ca. xi. B. HEc dicit dñs deus. Egredie-
tur virga de radice iesse: et
flos de radice ei⁹ ascēdet: ⁊ requie-
scet sup eum spūs dñi: spūs sapien
tie et intellectus: spūs ꝯsilij ⁊ forti
tudinis: spūs sciētie ⁊ pietatis: et
replebit eum spiritus timoris dñi
Non secūdū visionem oculoꝛum
iudicabit: neq̄ secūdum auditum
aurium arguet: sed iudicabit ī iu-
sticia pauperes: et arguet in equi-
tate pro māsuetis terre. Et percu-
tiet terram virga oris sui: et spiri-
tu labioꝝ suoꝝ interficiet impiū.
Et erit iusticia cingulum lumboꝝ
eius: et fides cinctoꝛiū renum ei⁹

Psal. Gr. Ostende nobis dñe misericoꝛdiā tuā
lxxxiiii et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti
Eodem domine terram tuam: auertisti captiuita
tem iacob. Repetatur Gra.

¶ Secundum Lucam. primo.

ca. i. D 

IN illo tem
poꝛe. Exur
gēs maria / abijt
in mōtana / cum
festinatione in ci
uitatē iuda: ⁊ in-
trauit ī domū za
charie: et saluta-
uit elizabeth. Et
factum est vt audiuit salutationē
marie elizabeth: exultauit infans
in vtero ei⁹. Et repleta est spiritu
sancto elizabeth: et exclamauit vo
ce magna: et dixit. Bñdicta tu in-
ter mulieres: et benedict⁹ fructus
ventris tui. Et vnde hoc michi: vt
veniat mater domini mei ad me.
Ecce enim vt facta est vox saluta-
tionis tue ī auribus meis: exulta-
uit ī gaudio infans in vtero meo.
Et beata que credidisti: quoniam
perficientur ea / que dicta sunt ti-
bi a domino. Et ait maria. Ma-
gnificat / anima mea dominum:
et exultauit spiritus meus: in deo
salutari meo. Offer. Deus tu conuer-
sus viuificabis nos: et plebs tua letabi-
tur in te: ostende nobis domine misericoꝛ-
diam tuam: et salutare tuum da nobis. ℣.
Benedixisti domine terram tuam: auerti-
sti captiuitatē iacob: remisisti iniquitatē
plebis tue. ℣. Misericoꝛdia et veritas ob-
uiauerunt sibi: veritas de terra oꝛta est: et
iusticia de celo prospexit. Secreta.

SAcrificijs q̄s dñe salutari-
bus his dieb⁹ aptemur pro-
pensius: quibus illud est mysteriū
celebrādum: cui seruit omnis exe-
cutio mandatoꝛum. Per dominū.
Prefatio quotidiana. Cōio. Ecce
dominus veniet: ⁊ omnes sancti eius cum
eo: et erit in die illa lux magna. Postcō.

PErfice q̄s dñe miam tuam
populo supplicāti: quē tuo
rum refectum largitate donoꝝ: ⁊
instātius gratiam postulare ma-
ioꝛem: et fiducialius sperare con-
cedas. Per do. ¶ Sabbato. iiij. tē-
poꝛum. Ad missam. Officium.



VEni ⁊ ostēde nobis fa-
ciem tuam dñe qui se-
des super cherubin: et
salui erim⁹. Ps. Qui re-
gis israel intende: qui dedu
cis velut ouem ioseph. Oēs oꝛationes
sine Dñs vobiscū dicūt: preter vl-
timam / que est ante epistolam: sed
tantū cum Oꝛemus. Et oēs lectio
nes cum suis titulis legāt. Oꝛem⁹

DEus qui conspicis q̄a ex no
stra prauitate affligimur:
cōcede propicius: vt ex tua visita-

tione consolemur. Qui viuis et re-
gnas cum deo patre in vnitate. etc.
¶ Lectio Esaie prophete. xix.
IN diebus illis. Clamabunt
ad dn̄m a facie tribulantis:
et mittet eis saluatorē et ꝓpugna-
torem/ q̄ liberet eos. Et cognosce-
tur dn̄s ab egypto: et cognoscēt egy
ptij dominum in die illa: et colent
eum in hostijs et muneribus: et vo-
ta vouebūt dn̄o: et soluent. Et per-
cutiet dn̄s egyptum plaga: et sana-
bit eam. Et reuertentur egyptij ad
dominum: et placabitur eis: et sa-
nabit eos dn̄s deus noster. Grad.
A summo celo egressio eius: et occursꝰ eius
vsq; ad summum eius. V̄ſ. Celi enarrant
gloriā dei: et opera manuum eius annūciat
firmamentum. Nō repetatur Gr. sed
dicatur statim Oremus. Oratio.
COncede q̄s oīps deus: vt qui
sub peccati iugo: ex vetusta
seruitute deprimimur: expectata
vnigeniti filij tui noua natiuitate
liberemur. Qui tecum viuit et re.
¶ Lectio Esaie prophete. xxxv.
HEc dicit dn̄s. Letabitur de-
serta et inuia: et exultabit so
litudo: et florebit quasi lilium. Ger
minans germinabit: et exultabit
letabunda/ et laudans. Gloria li-
bani data est ei: decor carmeli et sa
ron. Ipsi videbunt gloriā domini:
et decorem dei nostri. Confortate
manus dissolutas: et genua debi-
lia roborate. Dicite pusillanimes
confortamini/ et nolite timere. Ec-
ce deꝰ noster: vltionem adducet re-
tributionis: deus ipse veniet/ et sal
uabit nos. Tunc aperientur oculi
cecorum: et aures surdorum pate-
bunt. Tūc saliet sicut ceruus clau

dus: et aperta erit lingua mutorū.
Quia scisse sunt in deserto aque: et
torrētes in solitudine. Et que erat
arida/ in stagnū/ et sitiēs/ in fontes
aquarū. Ait dn̄s oīps. Gr. In sole po Psal.
suit tabernaculum suum: et ipse tanq̄ spō- xviii.
sus procedens de thalamo suo. V̄ſ. A sum- Eodem
mo celo egressio eius: et occursus eius vsq;
ad summum eius. Oratio.
INdignos nos quesumꝰ do-
mine famulos tuos/ quos
actionis proprie culpa contristat:
vnigeniti filij tui aduentu letifica
Qui tecū viuit et regnat in vnita.
¶ Lectio Esaie prophete. xl.
HEc dicit dn̄s. Super mōtem Cap.
excelsum ascēde/ tu qui euā- xl. B.
gelizas syon: exalta in fortitudine
vocem tuā/ qui euangelizas hieru
salē. Exalta/ noli timere: dic ciuita
tibꝰ iude. Ecce deꝰ vester. Ecce dn̄s C.
deus in fortitudine veniet: et bra-
chiū eiꝰ dn̄abit. Ecce merces eiꝰ cū
eo: et opus illiꝰ corā illo. Sicut pa-
stor gregē suū pascet: i brachio suo
cōgregabit agnos: et in sinu suo le-
uabit eos/ dominꝰ deꝰ noster. Gr.
Dn̄e deus virtutum cōuerte nos: et ostende Psal.
faciem tuam: et salui erimus. V̄ſ. Excita lxxix.
domine potētiā tuā et veni: vt saluos facias Eodem
nos. Sequatur Oremus. Oratio.
PResta q̄s oīpotens deus: vt
filij tui ventura solēnitas et
presentis nobis vite remedia con-
ferat: et premia eterna concedat.
Per eūdē. Lec. Esaie ꝓphete. xlv.
HEc dicit dn̄s christo meo cy- Cap.
ro/ cuius apprehendi dexte- xlv. A.
ram: vt subijciā ante faciē eius gē-
tes: et dorsa regū vertā: et aperiam
coram eo ianuas: et porte nō clau-
dentur. Ego ante te ibo: et glorio-

tos terre hũiliabo. Portas ereas conteram: et vectes ferreos cõfringam. Et dabo tibi thesauros absconditos: et archana secretorum: vt scias quia ego dñs qui voco nomen tuum deus israel: propter seruum meum iacob/ et israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te: et non cognouisti me Ego dñs/ et nõ est alius: extra me non est deus. Accinxi te: et non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis/ et qui ab occidente: quoniã absq me/ non est deus. Ego dominus/ et non est alter. Formans lucem: et creans tenebras: faciens pacem: et creans malũ. Ego dominus: faciẽs oĩa hec. Rorate celi desuper: et nubes pluant iustũ. Aperiatur terra et germinet saluatorẽ et iusticia oriatur simul. Ego dñs creaui eũ. Gr. Excita dñe potentiam

Psal. lxxix. Rook. tuam et veni: vt saluos facias nos. V. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph: qui sedes super cherubin: apparc coram effraim/ beniamin/ et manasse. Sequitur Oremus. Oratio.

Preces populi tui quesumus dñe clementer exaudi: vt qui iuste p peccatis nostris affligimur pietatis tue visitatiõe/ cõsolemur. Qui viuis et regnas in vnitate. etc.

Lectio Danielis prophete. iij.

Cap. iij. C. Angelus dñi descendit cum azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis/ quasi vẽtũ roris flantẽ. Flamma autẽ diffusa est super fornacẽ/ cubitis quadraginta nouem: et incẽdit quos reperit iuxta fornacem de chaldeis/ ministros regis qui eam incendebant. Illos autẽ omnino non tetigit ignis/ neq contristauit: nec quicq molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore/ laudabant/ et glorificabant/ et benedicebant deum in fornace/ dicentes. Duo clerici de secũda forma in superpelliciis ad grad. chori cãtent.

Benedict⁹ es dñe deus patrũ nostrorum. V. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idem repetat. Clerici. V⁹. Et bñdictũ nomẽ glorie tue quod est sanctum. Chorus dicat Et laudabile et gloriosum in secula. Clerici. V. Bñdictus es i templo sctõ glorie tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. V⁹. Benedictus es sup thronum sanctum regni tui. Chorus. Et laudabilis. Clerici. V⁹ Benedict⁹ es super sceptrum diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici. Vs⁹. Benedictus es qui sedes super cherubin intuens abyssos. Chorus. Et laudabilis. Clerici. Vs⁹. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Chorus. Et laudabilis. Clerici. V. Benedicant te oẽs angeli et sancti tui. Chorus. Et laudent te: et glorificent in secula. Clerici. V. Bñdicant te celi/ terra/ mare/ et omnia que in eis sunt. Chorus. Et laudent te. Clerici. V⁹. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Chorus. Et laus/ et honor: potestas/ et imperiũ. Clerici V⁹. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amẽ. Chorus. Et laus et honor. Deinde Clerici reincipiant primum V. tractus/ et percantetur a choro. Et postea dicat sacerdos. Dominus vobiscum. et Oremus.

Oratio. Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: cõcede propitius: vt nos famulos tuos/ non exurat flãma vi-

ciorũ. Per Hic dicũtur mẽo. cõsue-
te. Epla ad Thessalonicẽses. ij. ij.

Fratres. Rogam⁹ vos per aduentum dñi nři iesu xpi et nře ꝯgregatiõis i idipsum: vt nõ cito moueamini a vřo sensu: neq; terreamini: neq; p spiꝛ / neq; p sermonẽ / neq; p eplam / tanq̃ per nos missam: quasi instet dies dñi. Ne q̃s vos seducat vllo modo. Qm̃ nisi venerit discẽsio primũ: ⁊ reuelatus fuerit homo peccati fili⁹ perditionis: qui aduersaꝛ ⁊ extolliꝛ supra omne qđ diciꝛ de⁹: aut q̃d colitur: ita vt in tẽplo dei sedeat / ostendens se tanq̃ sit deus. Non retinetis: qm̃ cũ adhuc essem apud vos: hec dicebam vobis? Et nũc q̃d detineat scitis: vt reueletur in suo tpe. Nam mysteriũ iam operaꝛ iiquitatis: tantum vt q̃ tenet / nũc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabiꝛ ille iniquus: quem dñs iesus iterficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. Duo clerici de scđa forma in cappis nigris / ad gradũ chori simul dicant / totũ ⁊ integrũ istũ Tractũ

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph. V⁹. Qui sedes super cherubin: appare coram effraim / beniamin: et manasse. V. Excita dñe potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos.

Scđm Lucã. iij.



Anno quitodecimo imperij tyberij cesaris: procurante poncio pylato iudeam tetrarcha autem galilee herode / philippo autẽ fratre eius tetrarcha iturree / et traconitidis regionis: et lysania abiline tetrarcha: sub principibus sacerdotum: anna et caypha: factum est verbum dñi super ioannem zacharie filium in deserto. Et venit in omnem regionẽ iordanis / predicans baptismum penitentie / in remissionem pctõꝝ / sicut scriptum est i libro sermonũ esaie prophete. Vox clamantis in deserto / parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Oĩs vallis implebitur: ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Et erũt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit oĩs caro / salutare dei. Offr.

Exulta satis filia syon: predica filia hierusalem: ecce rex tuus venit tibi sctũs: ⁊ saluator. V. Loqueꝛ pacem gentibus: et potestas eius a mari vsq; ad mare: ⁊ a flumine vsq; ad terminos orbis terre. zacha. ix. C. Eodem

Secreta.

Super has hostias fidelium dñe q̃s ꝑpicio vultu respice et q̃a nřis meritis nõ valem⁹: his poti⁹ munerib⁹ / tuo occursui ꝯmẽdemur. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre. Prefatio quotidiana. Cõio

Exultabit vt gygas ad currendam viam a summo celo egressio eius: et occursus eius vsq; ad summum eius. Psal. xviii.

Postcõio.

Quesumus dñe deus noster vt sacrosctã mysteria / q̃ ꝑ reparationis nře munimine cõtulisti: et presens nobis remedium esse facias / et futurum. Per dñm.

In quacunq; feria dies natiuitatis domini cõtigerit / semper ieiunia quatuor temporum / in tertia ebdoẽ. aduentus dñi celebrentur.

¶ Dominica quarta aduent⁹ domini. Ad missam. Officium.

Psal. cv. Memento nři dñe i beneplacito ppli tui: visita nos i salutari tuo: ad vidẽdum in bonitate electorum tuorum / i leticia gẽtis tue: vt lauderis cũ hereditate
Eodem tua. Ps Peccauimus cũ patribus nostris: iniuste egimus iniquitatẽ fecim⁹. Or.

Excita qs dñe potẽtiam tuã / et veni: z magna nobis virtute succurre: vt per auxilium grẽ tue quod nřa peccatã prepediunt: indulgẽtia tue propiciationis acceleret. Qui viuis z regnas cũ deo patre. Ad Philippenses. iiij.

Cap. iiii. A. Fratres. Gaudete in domino: semp: iterum dico gaudete. Modestia vřa / nota sit oibus hominibus. Dñs eñi prope est. Nihil solliciti sitis: sed i omni oratione z obsecratione cũ grãrũ actione: petitiones vře innotescãt apud deũ. Et pax dei: q̃ exuperat omnem sensum / custodiat corda vestra: z itelligẽtias vestras. In xpo iesu: dño
Psal. nostro. Gr. Prope est dñs oibus inuocã-
cxliiii. tibus eum: oibus qui inuocant eũ i veritate. V. Laudẽ dñi loquet os meũ: et benedicat ois caro nomẽ sanctum eius. All'a.
Eodem V. Veni domine et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemus oẽs vna. Deo nostro / q̃ creauit oia. Per quẽ cũcta cõdita sunt secla. Celorum plurima luce chorusca: et diuersa sunt sydera. Sol mundi scema: noctiũ dec⁹ luna: ceteraq; splẽdentia. Mare solum / alta plana: ac pfunda flumina. Aeris ampla spacia / qua discurrũt aues: venti atq; pluuia. Hec simul cũcta tibi deo soli pfi militãt. Nũc z in euũ sine fine per secla laus eorum tua gloria. Qui p salute nřa: prolẽ vnicam. Patri i terrã misisti: sine culpa: sed ob nřa delicta. Te trinitas precamur: vt corpora nřa: z corda. Regas z ptegas: z dones pctor; veniã. Scḋm Joannẽ. j.



In illo tempore. Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad ioannẽ vt interrogarẽt eum. Tu quis es? Et confessus est: et nõ negauit. Et cõfessus est: q̃a nõ sum ego xps. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? helyas es tu? Et dixit Nõ sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es: vt respõsum dem⁹ his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamãtis in deserto / dirigite viam dñi: sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerãt: erãt ex phariseis. Et iterrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas: si tu non es christus: neq; helyas: neq; propheta? Respõdit eis ioannes: dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est qui ante me fact⁹ est: cuius ego nõ sum dign⁹ vt soluã ei⁹ corrigiã calciamenti. Hec i bethania facta sunt trãs iordanẽ: vbi erat ioannes baptizans. Offr. Cõfortamini z iã nolite timere: ecce eñi de⁹ noster retribuet et iudiciũ ipse veniet z saluos nos faciet. V.

Tunc aperientur oculi cecorū: ꝫ aures surdorum audient: tūc ascendet claudus quasi ceruus: ꝫ clara erit lingua mutorū. Secre.

Sacrificijs presentibusq̄s dn̄e placat⁹ intende: qb⁹ ad filij tui natiuitatē suscipiēdam / purificemur. Per eundē. Prefatio quotid. Cōio. Ecce virgo cōcipiet ꝫ pariet filium et vocabit nomē ei⁹ emmanuel. Postcō.

Populum tuum q̄s dn̄e donorum tuorꝫ largitate prosequere: vt a malis oib⁹ / sacramētorū tuorū virtute ꝓtect⁹: ad ineffabile mysteriū celebrādū: et mēte preparet et corpore. Per d. ¶ Fer. iiij. Lec. Johelis prophete. ij. et. iij.

Hec dicit dn̄s. Exultate filie syon: et letamini i dn̄o deo vestro: q̄ dedit vobis doctorem iusticie: ꝫ descēdere faciet ad vos imbrem matutinū ꝫ serotinū sicut in principio. Et implebunt aree frumento: ꝫ redūdabunt torcularia / vino et oleo. Et scietis: q̄a ego dominus de⁹ vester / habitās in syon in mōte scō meo: et in hierlm sancta: et alieni nō transibūt per eam amplius. Et erit in die illa: stillabūt montes dulcedinem: et colles fluent lacte: et per oēs riuos iuda / ibūt aque: ꝫ fons de domo domini egredietur: et irrigabit torrentē spinarū. Egypt⁹ i desolationem erit: et idumea i desertū ꝑditionis: pro eo q̄ inique egerūt in filios iude: et effuderūt sanguinē innocētem / in terra sua. Et iudea in eternum habitabit: et hierlm in generatione et generationem. Et mundabo sanguinem eorū que nō mūdaueram: ꝫ dn̄s cōmorabit i syō: a seculo / ꝫ vsq̄ i scłm. Scdm Lucā. vij.

In illo tempore. Exijt sermo in vniuersam iudeā de iesu: et oēm circa regionē. Et nūciauerunt ioanni discipuli ei⁹ / de oibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis ioannes: et misit ad iesum / dicens. Tu es q̄ vētur⁹ es: an alium expectam⁹? Cū autē venissent ad eum viri: dixerunt. Joannes baptista: misit nos ad te / dicens. Tu es q̄ ventur⁹ es: an aliū expectamus? In ipsa autem hora curauit multos a lāguoribus suis / et plagis / et spiritibus malis: ꝫ cecis multis donauit visum. Et respondens / dixit illis. Eūtes / renūciate ioanni: q̄ vidistis et audistis. Quia ceci vidēt / claudi ambulant leprosi mundant / surdi audiunt: mortui resurgūt: pauperes euangelizātur. Et beat⁹ est q̄ nō fuerit scādalizat⁹ i me. Et cū discessissent nūcij ioannis: cepit dicere de ioanne ad turbas. Quid existis i desertum videre? Arūdinem vento agitatam? Sed q̄d existis videre? Hominē mollibus vestimētis idutū? Ecce q̄ in veste ꝑciosa sunt: et i delicijs: i domib⁹ regum sunt. Sed q̄d existis videre? Prophetam? Utiq̄ dico vobis: ꝫ plusq̄ ꝓphetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelū meū ante faciem tuā: q̄ preparabit viā tuā ante te. Dico eñ vobis: maior inter natos mulierꝫ ꝓpheta ioanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno celorum: maior est illo. ¶ Feria. vj. Lectio zacharie prophete. ij.

Hec dicit dn̄s. Lauda et letare filia syon: q̄a ecce ego venio: et habitabo in medio tui / ait

dñs. Et applicabûtur gentes mul-
te ad dñm ĩ die illa: et erût mihi in
ppłm. Et habitabo in medio tui: et
scies quia dñs exercituum / misit
me ad te. Et possidebit dñs iudam
partem suã ĩ terra sctificata: et eli
get adhuc hierłm. Sileat oĩs caro
a facie dñi: quia cõsurrexit de ha-
bitaculo sctõ suo / dicit dñs omĩps.
¶ Secundum Marcum. viij.
Capi. viii. B. In illo tẽpore. Dixit iesus di-
scipulis suis. Uidete et caue
te a fermẽto phariseorũ: et fermẽ-
to herodis. Et cogitabãt ad alter-
utrũ dicẽtes: q̃a panes nõ habem⁹
Quo agnito: ait illis iesus. Quid
cogitatis / q̃a panes non habetis?
Nõdũ cognoscitis / nec itelligitis.
Adhuc cecatum habetis cor vẽm?
Oculos habẽtes nõ videtis: ꝛ au-
res habentes non auditis. Nec re
cordamini: q̃n quinq̃ panes fregi
in quinq̃ milia: et quot cophinos
fragmẽtorum plenos sustulistis?
Dicunt ei. Duodecim. Q̃n et septẽ
panes ĩ quatuor milia hominum
quot sportas fragmẽtoꝝ tulistis?
Et dicũt ei. Septẽ. Et dicebat eis.
Quõ nõdũ itelligitis? Et veniunt
bethsaida: ꝛ adducũt ei cecum. Et
rogabant eũ / vt illum tãgeret. Et
apprehẽsa manu ceci: eduxit eum
extra vicum. Et expuens ĩ oculos
ei⁹ / ꝛ ĩpositis manib⁹ suis / iterro-
gauit eum / si q̃d videret. Et aspici-
ens / ait. Uideo hoĩes / velut arbo-
res ambulãtes. Deinde iterũ ĩpo-
suit manus sup oculos ei⁹: ꝛ cepit
videre. Et restitutus est: ita vt cla-
re videret oĩa: ꝛ misit illũ in domũ
suã / dicens. Uade ĩ domũ tuam: et
si in vicũ ĩtroieris nemini dixeris.

¶ In vigilia nati. dñi. Officium.





Odie scie-
tis / q̃a ve-
niet
dominus: et sal-
uabit vos: et ma
ne videbitis glo-
riam ei⁹. ps. Dñi p
est terra et plenitudo eius orbis terrarum: ꝛ
et vniuersi qui habitant in eo. Si hec vi-
gi. ĩ do. eue. tũc cãt⁹ sup Kyriel. Sã-
ctus ꝛ Agn⁹ sicut ĩ fes. simplici. ix.
lec. si naute / tũc cãt⁹ ferial. Oratio.
Deus q̃ nos redẽptiõis nr̃e
annua expectatione letifi-
cas / presta vt vnigenitũ tuũ quem
redemptorẽ leti suscipim⁹ / venien-
tem quoq̃ iudicẽ securi videamus
dñm nostrũ iesum xp̃m filiũ tuum
Qui te. Nulla fiat inco. Un⁹ puer
accolitus legat hanc lec. alba idu-
tus ad gradum chori / tñ si do. fue-
rit / legat in pulpito / ꝛ semp cũ suo
titulo. Lectio Esaie pphete. lxij.
Ec dicit dñs deus. Propter
syon non tacebo: et propter
hierusalẽ non quiescã: donec egre-
diatur vt splendor iustus eius: et
saluator ei⁹ vt lampas accendat.
Et videbũt gẽtes iustũ tuũ / et cun-
cti reges iclytum tuũ. Et vocabit
tibi nomen nouũ: q̃d os dñi noĩa-
uit. Et eris corona glorie ĩ manu
domini: et diadema regni ĩ manu
dei tui. Non vocaberis vltra dere-
licta / et terra tua nõ vocabit am-
plius desolata. Sed vocaberis vo
luntas mea in ea: et terra tua in-
habitabitur / quia cõplacuit domi
no in te. ¶ Deinde absq̃ interual-

lo/legat Ep̄la. Ad Romanos. i.

Ca. i. FRatres. Paul⁹ seruus ie-
su xp̄i/vocatus ap̄ls: segre
gatus in euangeliũ dei: quod an-
te promiserat per prophetas suos
in scripturis sc̄tis de filio suo: qui
factus est ei ex semine dauid: secũ-
dum carnem/ q̄ predestinat⁹ est fi-
lius dei in virtute: secundũ spiritũ
sanctificationis: ex resurrectione
mortuorũ iesu xp̄i dñi nostri p quẽ
accepimus gr̄am ⁊ apostolatum:
ad obediẽdum fidei in oibus genti
bus pro noīe eius: in quibus estis
et vos vocati: iesu christi dñi nr̄i.
Gr. Hodie scietis quia veniet dñs et sal-
uabit nos: ⁊ mane videbitis gloriã ei⁹. ℣.
Psal. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut
lxxix. ouem ioseph: q̄ sedes sup cherubin: appare
corã effraim/ bẽiamin/ ⁊ manasse. Si hec
vigil. in dñica eue. missa de do. i ca
pitulo dr̄ ⁊ fiat tũc mẽo. de sc̄tã ma
ria: ⁊ de oib⁹ sc̄tis tm̄. Missa vo de
vigil. ad autenticũ altare/ sine ali
qua mẽo. cũ hoc Alleluya. ℣. Cra-
stina die delebit̃ iniq̄tas terre: ⁊ regnabit su
per nos saluator mũdi. Sequẽtia. Iu
bilem⁹. vt supra fo. p̄ced. Si vo dñi
ca nō fuerit: tunc Alla ⁊ sequẽtia/
p̄termittant̃. Sc̄dm Mattheũ. i.

Ca. i. c. IN illo tp̄e. Cũ esset despon-
sata mater iesu maria io-
seph: anteq̄ cõuenirẽt/ inuenta est
in vtero habens de sp̄ũ sancto. Jo
seph autẽ vir eius cũ esset iustus/
et nollet eam traducere: voluit oc
culte dimittere eã. Hec autẽ eo co-
gitãte: ecce angelus dñi in somnis
apparuit ei/ dicens. Joseph fili da
uid/ noli timere accipere mariam
coniugẽ tuã. Qḋ eñi in ea natũ est
de sp̄ũ sancto est. Pariet autem fi-
lium: ⁊ vocabis nomen ei⁹ iesum.
Ipse eñi saluum faciet populũ su-
um: a peccatis eorum. Offr. Tolli- Psal.
te portas principes vestras: et eleuamini xxiii.
porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. Vs⁹.
Dñi est terra ⁊ plenitudo eius orbis terra- Eodem
rũ: ⁊ vniuersi q̄ habitãt i eo. Iste ℣. si do.
fuerit eo anno p̄termittat̃. Secre.

DA nobis q̄s omp̄s deus: vt
sicut adoranda filij tui na-
talicia preuenimus: sic ei⁹ mune-
ra capiamus sempiterna gauden
tes. Per eundem. Prefatio quoti.
Cõio. Reuelabitur gloria domini: ⁊ vide Esaie.
bit ois caro salutare dei nostri. Postcõio xl.

DA nobis q̄s dñe vnigeniti
filij tui recensita natiuita
te respirare: cuius celesti mysterio
pascimur: ⁊ potamur. Per eundẽ.
In nocte natiuitatis domini: post
nouem lec. cantetur hoc euange-
lium in pulpito a dyacono.

LIber generationis iesu xp̄i Ca. i. A
filij dauid: filij abraham.
Abraham: genuit ysaac. Isaac
autem: genuit iacob. Jacob autẽ:
genuit iudam et fratres eius. Ju
das autem: genuit phares/ et za-
ram de thamar. Phares autem
genuit esrom. Esrom autem ge-
nuit aram. Aram autem genu-
it aminadab. Aminadab autem
genuit naason. Naason autẽ ge-
nuit salmon. Salmon autem ge-
nuit booz de raab. Booz autem
genuit obeth ex ruth. Obeth aũt
genuit iesse. Jesse autem genuit
dauid regem. Dauid autẽ rex ge-
nuit salomonẽ: ex ea q̄ fuit vrie.
Salomon autem genuit roboam
Roboam autẽ: genuit abiã. Abia
autẽ: genuit asa. Asa aũt: genuit

iosaphat. Josaphat autē: genuit iorā. Joras autē: genuit oziā. Ozias autem: genuit ioathā. Joathā autē: genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias autē: genuit manassē. Manasses autē: genuit amon. Amon autē: genuit iosiā. Josias autem: genuit iechoniam / et fratres eius in trāsmigratione babylonis. Et post transmigrationē babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autem: genuit zorobabel. zorobabel autē: genuit abiud. Abiud autē: genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autē: genuit achi. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autē: genuit mathā. Mathā autē: genuit iacob. Jacob autē: genuit ioseph virum marie: de qua natus est iesus: qui vocatur christus. Finito euangelio: sacerdos incipiat ps. Te deum laudamus. Quo dicto: rectores chori incipiant missam.

¶ Ad missam i gallicātu. Officiū

Psal. ii



Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. ps. Quare fremuerūt gentes: & populi meditati sunt inania. Kyrieℓ. cum suis v. Sequatur Gloria in excelsis more dupl. festi. ¶ Sciendum / q semper ad missam vr Gloria i excelsis. quotiens ad matutinas vr Te deum. nisi missa Salus populi. vel missa de cruce: vel missa dñicalis / in aliquo festo. iii. lec. vt īfra octa. sine regimine chori: cantanda fuerit. Qñ vero aliqua missa de vigilia: vel de fes. iii. lc. in cap. die dñica vr: tūc etiam dicitur cantus super Kyrieℓ. Gl'ia in excel. quando dicit Sāctus / et Agnus / et Ite missa est. sicut in fes. iii. lc. Similiter fiat qñ vr missa dñicalis in cap. die dñica tūc etiam dicetur Credo. Oratio.

Eodem

Deus qui hāc sacratissimā noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da qs: vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoq3 gaudijs in celo perfruamur. Qui tecū. Duo clerici de secunda forma in cappis sericis / in pulpito simul cātent lc.

Laudes deo dicam per secula / qui me plasmauit i manu dextera: atq3 redemit cruce purpurea / sanguine nati. Hic cantetur alternatim. Lectio esaie prophete. In qua christi lucida: vaticinatur natiuitas. Hec dicit dominus. Pater / filius / sanctus spiritus / in quo sunt oīa condita: superna atq3 ima. Populus gētium qui ambulabat ī tenebris. Quē creasti: quem fraude subdola hostis expulit paradiso: et captiuatū secum traxit ad tartara. Vidit lucē magnā. Hulserūt q inania nocte media / pastoribus lumina. Habitātibus ī regiōe vmbre mortis / lux. Sempiterna et redēptio vera. Orta est eis. O stupēda natiuitas. Paruulus enim natus est nobis. Magnus hic erit iesus filius dei. Et filius. Patris sūmi. Natus est nobis. Ab arte summa pdictū sic-

erat. Et factus est principatus su-
per humerum eius. Ut celos re-
gat atq[ue] arua. Et vocabit nomen
eius. Messias/sother/emmanu-
el/sabaoth/adonay. Admirabilis
R adix dauid. Cõsiliari9. Dei
patris. Deus. Qui creauit om-
nia. Fortis. Baratri claustra pe
rimẽs teterrima. Pater futuri se-
culi. Rex omnipotens et cuncta
regens. Princeps pacis.. Hic est
in euũ. Multiplicabit eius iperiũ.
In hierusalem iudea siue sama
ria. Et pacis non erit finis. Per
secula sempiterna. Super solium
dauid/ et super regnum eius sede-
bit. Et regni meta sui nõ erit ali
qua. Ut confirmet illud. In fi-
dei pignore. Et corroboret in iudi-
cio et iusticia. Iudex cũ venerit
iudicare seculum. A modo. Illi
debetur gloria laus et iubilatio.
Et vsq[ue] in sempiternum. Hic can-
tent simul vsq[ue] ad finem. Ab ortu
solis vsq[ue] ad occiduos ad fines mũ
di orbis per climata laus creatori
resonet cõgrua. Amen dicant om
nia. Ubi non habetur iste cantus
legatur. Lectio Esaie p[ro]phete. ix.

Cap. ix. A.

Hec dicit dominus. Popu-
lus gentium qui ambula-
bat in tenebris: vidit lucem ma-
gnam. Habitantibus in regione
vmbre mortis lux orta est eis. Par
uulus enim datus est nobis: et fi-
lius datus est nobis. Et factus est
principatus super humerum eius
et vocabitur nomen eius admira
bilis/consiliarius/deus fortis/pa
ter futuri seculi/ princeps pacis.
Multiplicabitur eius imperium:
et pacis non erit finis. Super so-
lium dauid: et super regnum eius
sedebit: vt confirmet illud: et cor-
roboret in iudicio & iusticia. Amo
do: et vsq[ue] in sempiternum. Sine
interuallo/ legatur epistola. Ad
Titum. ij.

Ca. ij. D.

Charissime. Apparuit gra-
tia dei saluatoris nr̃i: om-
nibus hominib9 erudiens nos: vt
abnegantes impietatem: & secula
ria desideria sobrie/ et iuste et pie/
viuamus in hoc seculo. Expectan
tes beatam spem: et aduentũ glo-
rie magni dei: et saluatoris nostri
iesu christi. Qui dedit semetipsum
pro nobis: vt nos redimeret ab ini
quitate: et mundaret sibi populũ
acceptabilem/ sectatorem bonorũ
operum. Hec loquere: & exhortare.
In christo iesu: domino nostro.

Gr. Tecum principium in die virtutis Psal.
tue in splẽdoribus sanctorum: ex vtero an- cix.
te luciferum genui te. V9. Dixit dominus Eodem
domino meo: sede a dextris meis: donec po
nam inimicos tuos: scabellum pedum tuo
rum. Alleluya. Vsus. Dixit ad me fi Psal.
lius me9 es tu: ego hodie genui te. Seq̃n. ij.

Nato canunt omnia domi-
no pie agmina. Sillabatim
neumata perstringendo organi-
ca. Hec dies sacrata/ in qua noua
sunt gaudia mundo plene dedita.
Hac nocte precelsa intonuit: & glo-
ria in voce angelica. Fulserunt et
immania nocte media pastoribus
lumina. Dum fouent sua pecora/
subito diua/ percipiunt monita.
Natus alma virgine qui extat an-
te secula. Est immensa in celo glo-
ria pax et in terra. Sic ergo celi ca
terua altissime iubilat. Et tanto
canore tremat alta poli machina

Sonet et per omnia hac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepent cuncta deum natum i terra. Confracta sunt imperia hostis crudelissima. Pax i terra reddita/ nunc letetur omnia nati per exordia. Solus qui tuetur omnia. Solus qui condidit omnia. Ipse sua pietate soluat omnia peccata nostra. ¶ Euangelium more duplici festi. Secundum Lucam. ij.

Capi. ii. A.



In illo tempore. Exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a pside syrie cyrino Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth i iudeam ciuitatem dauid: que vocatur bethleem. Eo q esset de domo et familia dauid: vt profiteretur cum maria desponsata sibi vxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi: impleti sunt dies/ vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum. Et pannis eum inuoluit: et reclinauit eum in presepio/ quia non erat ei locus i diuersorio. Et pastores erant i regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus dni stetit iuxta illos: et claritas dei circumfulsit illos: et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo quia natus est vobis hodie saluator/ qui est christus dominus in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum/ expositum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium deum/ et dicentium. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et legatur i pulpito more duplicis fes. Credo. Offer.

Letentur celi: et exultet terra ante faciem domini: quoniam venit. Psal. Secreta. xci.

Accepta sit tibi dne quesumus hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente per hec sacrosancta commercia in illius inueniamur forma: in quo tecum est nostra substantia iesus xps dns noster. Qui tecum. Prefatio. Quia per incarnati. Hec prefatio dicitur in die natiuitatis dni ad oes missas: et quotid. per ebdo. et i die circumcisionis dni: et in oibus missis de scta ma. ab hac die/ vsq ad purifi. Communicantes. vero dicitur tm vsq ad circumcisionem: et in die circumcisionis. Coio. In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Psal. Postcoio cir.

Da nobis quesumus domine deus noster: vt qui natiuitatem domini nostri iesu christi nos frequentare gaudemus: dignis conuersationibus ad eius mereamur pertingere consortium. Qui te. ¶ Ad missam in aurora. Officium.



Lux fulgebit hodie super nos: quia natus est nobis dominus: et vocabitur admirabilis deus princeps pacis/ pater futuri seculi/ cuius regni non Esa. ix. B

erit finis. ps. Dominus regnauit deco= Psal. xcii.
rem indutus est: indutus est dominus forti
tudinē et precinxit se. Ad hāc mis. dr Ky
rie. absq; v. Glia i excelsis. Sāct9.
et Agnus. sicut i festo simplici no=
uem lectionum dicuntur Oratio.
Da q̄s omnipotens de9: vt q̄
noua icarnati verbi tui lu
ce perfundimur: hoc in nostro re=
splendeat opere: qđ per fidem ful=
get in mēte. Per eūdem. Memo. de
sancta anastasia cū hac oratione.
Da q̄s oīps de9: vt q btē ana=
stasie martyris tue solēnia
colim9: ei9 apud te patrocinia sen
tiamus. p d. Ad hanc missam non
dicunt plures orōnes vel paucio=
res. Seques lectio legaf in pulpi=
to ab vno clerico de secūda forma
Lectio Esaie prophete. lxi.
Cap. lxi. Hec dicit dñs. Spūs dñi sup
me: eo q vnxerit me. Ad an
nūciādū māsuetis misit me vt me=
derer ↄtritis corde: & pdicarē capti
uis idulgentiā: et clausis aptionē.
Ut pdicarē annū placabilē dño: et
diē vltionis deo nr̄o. Ut cōsolarer
oēs lugētes: et ponerē cōsolationē
lugentibus syon. Et darē eis coro
nam p cinere: oleum gaudii p lu=
ctu: palliū laudis p spū meroris.
Et vocabūtur in ea fortes iusticie
B. plantatio dñi ad glorificādū. Ecce
dñs auditū fecit: in extremis terre
Dicite filie syō. Ecce saluator tu9
venit: ecce merces eius cum eo / et
opus illius corā illo. Et vocabunt
eos ppls sanctus: redempti a dño.
Sine interuallo. Lectio eple bea=
ti Pauli apostoli Ad Titum. iii.
Cap. iii. Charissime. Apparuit beni=
gnitas & humanitas salua
toris nostri dei. Non ex operibus
iusticie que fecimus nos: sed scđm
suam miam saluos nos fecit. Per
lauachrum regenerationis et re=
nouationis spūsscti: quē effudit in
nos abūde / per iesum xpm salua=
torem nostrū. Ut iustificati grā ip
sius heredes simus: scđm spem vi
te eterne. In xpo iesu: dño nr̄o. Gr.
Benedictus qui venit in noīe dñi: de9 dñs Psal.
et illuxit nobis. V. A dño factum est istud: cxvii.
et est mirabile i oculis nostris. Alla. V. Eodem
Dñs regnauit decorē iduit: induit dñs for= Psal.
titudinē & precinxit se virtute. Sequētia. xcii.
Sonent regi nato noua cāti
ca. Cui9 pater fecit oīa / ma
ter est vgo sacratissima. Generās
hic nescit feminam: illa est sine vi=
ro grauida. Uerbum corde patris
genitum ante secula. Aluus mris
gessit corporatū per tpora. O mi=
ra genitura / o stupēda natiuitas.
O proles gloriosa / humanata di=
uinitas. Sic te nasciturū fili dei
vates docti tuo spū dixerant. Sic
te oriente laudes tibi cantant: pa=
cem terris angeli nūciant. Elemē=
ta vultus exhilarant. Omnes san
cti gaudentes iubilant. Salue cla
mando nosq; salua. Deitas in per
sonis trina. Simplex vsya. Euan=
gelium in pulpito more dñicali le=
gatur. Secundum Lucam. ii.



In illo tem Ca. ii.
pore. Pa= C
stores loquebā
tur adinuicem.
Trāseamus vs=
q; bethleem / & vi=
deamus hoc ver
bum quod factū
est / quod fecit do

minus: et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerũt mariam et ioseph: et infantem positũ in presepio. Uidentes autẽ/ cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: et de his q̃ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum: in omnibus que audierant/ et viderant: sicut dictũ est ad illos. ℭ Credo. Offer.
Psal. xcii. Deus enim firmauit orbem terre qui nõ commouebitur: parata sedes tua deus extunc: a seculo tu es. Secreta.

Munera nostra quesumus domine natiuitatis hodierne mysteriis apta prouenian: vt sicut homo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia conferat quod diuinũ est. Per eundem. Alia secreta.

Accipe quesumus dñe munera dignanter oblata: et beate anastasie suffragantib⁹ meritis ad nostre salutis auxiliũ prouenire concede. Per. Prefa. et Cõicã
zacha. ix. c. tes. vt supra. Cõio. Exulta filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus: et saluator mundi. Postcõio.

Huius nos dñe quesum⁹ sacramenti semp natalis nouitas instauret: cuius natiuitatis singularis humanam repulit vetustatem. Per eũdẽ Alia postcõio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue/ cuius solẽnia celebramus. Per dominum.



ℭ In die natiuitatis domini: ad tertiam missam. Officium.

Puer nat⁹ est nobis/ et filius datus est nobis cuius imperiũ super humerũ eius: et vocabit nomen eius magni consilii angelus. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Oro. Esa. ix. Psal. xcvii.

Concede quesumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eũdẽ. Sequens lectio legatur i pulpito ab aliquo de superiori gradu i superpellicio. Lectio Esaie pphete.

Hec dicit dominus. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loqbar ecce assum. Quã pulchri super montes pedes annũciã- Esa. lii. a

tis/ et predicātis pacē: annunciantis bonū: predicātis salutē: dicentis syō. Regnabit deus tuus. Uox speculatorum tuorum leuauerūt vocem: simul laudabūt: quia oculo ad oculum videbūt cum cōuerterit dñs syon. Gaudete/ et laudate simul deserta hierusalē: qa consolatus est dñs populum suum redemit hierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suum / in oculis oīm gētium: et videbūt omnes fines terre salutare dei nostri

Ad hebreos. primo.

FRatres. Multifarie multisq̃ modis: olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis / locut⁹ est nobis in filio: quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit et secula. Qui cum sit splēdor glorie: et figura substantie eius: portansq̃ omnia verbo virtutis sue purgationē peccatorū faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquādo angelorū: filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rursum. Ego ero illi in patrem: et ipse erit mihi in filium. Et cū iterū introducit primogenitum in orbē terre / dicit. Et adorēt eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: et ministros suos flammā ignis. Ad filiū autē. Thronus tuus deus in seculum seculi: virga equitatis: virga regni tui. Dilexisti iusticiam/ et odisti iniquitatem/ propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis / pre participibus tuis. Et tu in principio domine terrā fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt/ tu autem permanebis: et omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos: et mutabuntur. Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient. Gr.

Uiderūt omnes fines terre: salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notū fecit dñs salutare suum: ante conspectū gentium reuelauit iusticiam suā. Alla. ℣. Dies sanctificat⁹ illuxit nobis: venite gētes et adorate dñm: quia hodie descēdit lux magna super terram. Sequentia.

Psal. xcvii. Eodem

CEleste organum: hodie sonuit in terra. Ad partum virginis: superū cecinit caterua. Quid facis humana turba: cur non gaudes cum supera. Uigilat pastorū cura: vox auditur angelica. Cantabāt inclyta carmina: plena pace et gloria. Ad xp̄m referunt propria: nobis canunt ex gratia. Nec cunctor sunt hec dona: sed mens quorum erit bona. Nec sunt absolute data: sed decēter sunt plorata. Affectus deserant vicia: et sic nobis pax est illa / quia bonis est promissa. Iungun tur superis terrena: ob hoc quidē laus est iuncta: sed decenter fit diuisa. Gaude homo: cū perpendis talia. Gaude caro: facta verbi socia. Iste h⁹. ter dicatur. Nunciant eius ortum sydera: lucis per indicia. Ineunt duces gregum lumina: bethleem vsq̃ preuia. Inuenitur rex celorum: inter animalia Arcto iacet i presepe: rex qui cingit omnia. Stella maris: quē tu

paris / colit hunc ecclesia. V. Ipsi nostra: per te pia / placeant seruitia. R. Resonet cuncta redempta. Initiu sancti euangelii: secundum Joannem. i.

Ca. i. A In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat: et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat ioannes. Hic venit in testimonium / vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri / his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus / neque ex voluntate carnis: neque ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie et veritatis. Offertorium.

Psal. lxxxviii. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti: iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secre.

Oblata domine munera noua / vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis / clementer emunda. Per eundem. Prefatio et Communicantes. de natiui. Com. Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri. Postcom.

Presta quesumus omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi sicut diuine nobis generationis est auctor: ita et immortalitatis / sit ipse largitor. Qui te. ¶ In die sancti Stephani. Ad missam. Officium.



Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur et iniqui persecuti sunt me: adiuua me domine deus meus: quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oro.

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus: vt discamus / et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus: qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit.

¶ Alia de natiuitate tantum scilicet.

Concede quesumus omnipotens deus vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo / vetusta seruitus tenet. Qui tecum. Epistola. Lectio Actuum apostolorum. vi. et. vii.

In diebus illis. Stephanus plenus gratia et fortitudine / faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga: que appellabatur libertinorum / et cyrenen

sium/ et alexandrinorũ/ et eorũ qui erant a cilicia et asya/ disputantes cum stephano: et non poterant resistere sapientie et spiritui/ qui loquebatur. Audiẽtes autẽ hec/ dissecabãtur cordibus suis: et stridebant dentibus in eũ. Cum autem esset stephanus plen⁹ spiritu sancto/ intẽdẽs in celũ/ vidit gloriam dei: et iesum stãtẽ a dextris virtutis dei/ et ait. Ecce video celos apertos: et filiũ hoĩs stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas/ et impetũ fecerũt vnanimiter in eum. Et eijciẽtes eum extra ciuitatem/ lapidabãt. Et testes deposuerũt vestimenta sua secus pedes adolescẽtis: qui vocabatur saulus. Et lapidabãt stephanum: inuocãtem et dicẽtem. Dñe iesu/ suscipe spiritũ meũ. Positis autẽ genibus/ clamauit voce magna/ dicens. Dñe/ ne statuas illis hoc peccatũ. Et cũ hoc dixisset/ obdormiuit ĩ dño. Gr. Sederũt principes et aduersum me loquebãtur: et iniqui persecuti sunt me. ℣. Adiuua me dñe deus meus/ saluum me fac: propter misericordiam tuã. Alleluya. ℣. Video celos apertos: et iesum stãtem a dextris virtutis dei. Sequentia.

Feria. iiij. in capite ieiunij: post sextam i primis fiat sermo ad populū/ si placuerit. Deinde prosternant se clerici in choꝛo: et dicant septem psalmos penitentiales: cum Gloria patri. et Sicut erat. et Añā. Ne reminiscaris. Executor vero sacerdos: indutus vestibus sacerdotal. in cappa serica rubea: cum diacono a dextris/ et subdiacono a sinistris: cū ceteris ministris altaris qui oēs sint albis cum amictibus induti: ante altare dicant pro se septem psalmos penitentiales cū p̄ostratione cū Añ. Ne reminiscaris.



[Ps]al. Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quoniā infirm⁹ sum: sana me dñe/ qm̄ cõturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu dñe vsqꝫ quo. Conuertere dñe/ et eripe animā meā: saluū me fac ꝓpter miam tuā. Quoniā non est in morte q̄ memor sit tui: in inferno aūt quis cõfitebit tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectū meum/ lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbat⁹ est a furore ocul⁹ me⁹: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me oēs q̄ operamini iniquitatem: qm̄ exaudiuit dñs vocem flet⁹ mei. Exaudiuit dñs deprecationē meam: dñs orationem meā suscepit. Erubescāt et conturbent vehementer oēs inimici mei: cõuertātur et erubescāt valde velociter. Gloria patri. ps.

[Ps]al. [xxx]i. Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: ꝛ quoꝝ tecta sunt pctā. Beat⁹ vir cui nõ imputauit dñs pctm̄: nec est i spū eius dolus. Qm̄ tacui inueterauerūt ossa mea dum clamarē tota die. Qm̄ die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erūna mea dū cõfigit spina. Delictum meum cognitū tibi feci: et iniusticiā meā nõ abscondi. Dixi cõfitebor aduersum me iniusticiā meā dño: ꝛ tu remisisti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs sanctus in tēpore oportuno. Verūtamen in diluuio aquarū multaꝝ: ad eū non approximabūt. Tu es refugium meū a tribulatiōe que circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdātibus me. Intellectū tibi dabo/ et instruā te in via hac qua gradieris/ firmabo super te oclos meos. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus: quibus nõ est intellectus. In chamo ꝛ freno maxillas eoꝝ cõstringe: q̄ nõ approximant ad te. Multa flagella pctōris sperantē aūt i dño/ mia circūdabit. Letamini in dño ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini oēs recti corde. Glīa. ps.

Psal. xxxvii. Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ i ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: ꝛ confirmasti super me manū tuam. Nõ est sanitas i carne mea a facie ire tue: nõ est pax ossibus meis/ a facie peccatorum meoꝝ. Quoniā iniqtates mee supergresse sūt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerūt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiētie mee. Miser factus sum ꝛ curuatus sum vsqꝫ in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lūbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflict⁹ sum ꝛ humiliatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Dñe ante te oīne desideriū meū: et gemit⁹ me⁹ a te non est abscōdit⁹. Cor meū cõturbatum est: dereliqt me virt⁹ mea: et lumē oculoꝝ meoꝝ: et ipsum nõ est me-

cum. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt. Et q iuxta me erant de longe steterũt: et vim faciebant qui querebant animã meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanq̃ surdus non audiebam: et sicut mutus nõ aperiẽs os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: ⁊ nõ habens in ore suo redargutiones. Quoniã in te domine speraui: tu exaudies me domine deus me⁹. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella parat⁹ sum: et dolor me⁹ in conspectu meo semper. Quoniã iniq̃tatẽ meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autẽ mei viuunt ⁊ confirmati sunt super me: et multiplicati sunt q̃ oderũt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis: detrahebãt mihi: qm̃ sequebar bonitatem. Ne derelinquas me dñe deus me⁹ ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum: dñe de⁹ salutis mee. Gloria patri. Ps.

psal.l. Miserere mei deus: secundũ magnã misericordiã tuam. Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ: dele iniquitatẽ meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco: ⁊ peccatum meum contra me est semp. Tibi soli peccaui ⁊ malum coram te feci: vt iustificeris i sermonib⁹ tuis: et vincas cum iudicaris. Ecce eñi in iniquitatib⁹ cõcept⁹ sum: ⁊ in pctĩs cõcepit me mater mea. Ecce eñi veritatẽ dilexisti: incerta et occulta sapiẽtie tue manifestasti mihi. Asperges me dñe ysopo et mũdabor: lauabis me et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ et leticiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: ⁊ oẽs iniquitates meas dele. Cor mũdũ crea in me deus: ⁊ spiritũ rectũ innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiritũ sanctũ tuũ ne auferas a me. Redde mihi leticiam salutaris tui: et spiritu p̃ncipali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te cõuertentur. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee: et exultabit lĩgua mea iusticiam tuã. Dñe labia mea aperies: ⁊ os meũ annunciabit laudẽ tuam. Quoniã si voluisses sacrificiũ dedissẽ vtiq̃ holocaustis non delectaberis. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus: cor contritum et humiliatũ deus non despicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuũ vitulos. Gloria patri. Ps.

Domine exaudi orationem meã: ⁊ clamor me⁹ ad te veniat. psal. ci. Nõ auertas faciẽ tuã a me in quacũq̃ die tribulor: inclina ad me aurẽ tuã. In quacũq̃ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fum⁹ dies mei: ⁊ ossa mea sicut cremiũ arue

rũt. Percussus sũ vt fenũ ⁊ aruit
cor meum: quia oblitus sũ come-
derẽ panem meum. A voce gemi
tus mei adhesit os meũ carni mee
Similis factus sum pellicano so
litudinis: factus sum sicut nictico
rax in domicilio. Vigilaui et fa-
ctus sum sicut passer solitariꝰ i te
cto. Tota die exprobrabãt michi
inimici mei: et q̄ laudabãt me ad-
uersũ me iurabãt. Quia cinerẽ
tanq̄ panẽ mãducabã: ⁊ potũ me-
um cũ fletu miscebã. A facie ire
indignatiõis tue: quia eleuãs alli
sisti me. Dies mei sicut vmbra de
clinauerũt: et ego sicut fenũ arui.
Tu autẽ dñe in eternũ p̄manes:
et memoriale tuum i generatione
et generationẽ. Tu exurgẽs dñe
misereberis syõ: quia tẽpus mise-
rẽdi eius: quia venit tẽpus. Quõ
placuerũt seruis tuis lapides eiꝰ:
et terre eiꝰ miserebũtur. Et time-
bunt gẽtes nomen tuũ dñe: et oẽs
reges terre gloriã tuã. Quia edi
ficauit dñs syon: et videbit in glo-
ria sua. Respexit in orationẽ hu-
milium: et nõ spreuit precem eorũ.
Scribãtur hec i generatiõe alte-
ra: et populꝰ qui creabit laudabit
dñz. Quia p̄spexit de excelso san
cto suo: dñs de celo i terrã aspexit.
Vt audiret gemitꝰ cõpeditor: vt
solueret filios interemptor. Vt
annũcient i syon nomẽ dñi: et lau-
dem eius i hierusalem. In cõue-
niendo populos in vnum: ⁊ reges
vt seruiãt dño. Respõdit ei i via
virtutis sue: paucitatẽ dierũ meo-
rum nũcia mihi. Ne reuoces me
in dimidio dierũ meorum: in gene
ratione ⁊ generationem anni tui.
Initio tu dñe terram fundasti: ⁊
opera manuũ tuarũ sũt celi. Ip-
si peribunt tu autem permanes: ⁊
oẽs sicut vestimentũ veterascent.
Et sicut opertoriũ mutabis eos
et mutabunt: tu autẽ idẽ ipse es: et
anni tui non deficient. Filii ser-
uorum tuorũ habitabũt: et semen
eor in seculum dirigetur. Gl'ia. ps.

De profũdis clamaui ad te Psal.
dñe: dñe exaudi vocem me cxxix.
am. Fiant aures tue intendẽtes
in vocẽ deprecatiõis mee. Si ini-
q̄tates obseruaueris dñe: dñe q̄s
sustinebit? Quia apud te propi-
ciatio est: ⁊ propter legẽ tuam su-
stinui te domine. Sustinuit ani-
ma mea in verbo eiꝰ: sperauit ani
ma mea in domino. A custodia
matutina vsq; ad noctẽ: speret is-
rael i dño. Quia apud dñm mia
et copiosa apud eũ redẽptio. Et
ipse redimet israel: ex omnibꝰ ini-
quitatibus eius. Gloria p̄ri. ps.

Domine exaudi orationem Psal.
meã: auribus percipe obse cxlii.
crationem meã: in veritate tua ex
audi me in tua iusticia. Et nõ in-
tres i iudicium cũ seruo tuo: quia
non iustificabitur in cõspectu tuo
omnis viuens. Quia persecu-
tus est inimicus animam meam:
humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut
mortuos seculi: ⁊ anxiatus est su-
per me spiritus meus / in me tur-
batum est cor meum. Memor fui
dierum antiquorum / meditatus
sum in omnibus operibus tuis:
in factis manuum tuarum medi-
tabar. Expandi manus meas
ad te: anima mea sicut terra sine

aqua tibi. V elociter exaudi me
dñe: defecit spiritus meus. N on
auertas faciem tuam a me: ꝫ simi
lis ero descendentibus in lacum.
A uditam fac mihi mane misericoꝛ
diam tuã: quia in te speraui. N otã
fac mihi viã in qua ambulẽ: quia
ad te leuaui aĩam meam. E ripe
me de inimicis meis / dñe ad te con
fugi: doce me facere volũtatẽ tuã:
quia deus meus es tu. S piritus
tuus bonus deducet me ĩ terram
rectam: propter nomen tuum dñe
viuificabis me ĩ equitate tua. E du
ces de tribulatione animã meã: et
in mĩa tua disperdes inimicos me
os. E t perdes oẽs qui tribulant
aĩam meã: qm̃ ego seru⁹ tu⁹ sum.
G loria. Añ. Ne reminiscaris dñe de
licta nostra / vel parẽtũ nostroꝝ: neq; vin
dictã sumas de pctĩs nostris. Kyriel. Xpel.
Kyriel. Pater noster. ¶ Et hec om
nia sine nota dicãtur a sacerdo.
cũ a toto choro: puero iterim tenen
te vexillũ album / prope sinistrum
coꝛnu altaris. Deinde erigat se sa
cer. cũ diacono et subdiacono. et sol⁹ di
cat sup pplm̃ cõuersus ad orientẽ
coꝛã dextro coꝛnu altaris / hoc mõ
do. E t ne nos inducas in tẽtationẽ.
Chor⁹ respõdeat. Sed libera nos
a malo. S aluos fac seruos tuos
et ancillas tuas. Deus meus spe
rantes in te. M itte eis dñe auxi
lium de sancto. Et de syon tuere eos.
D [illegible]. Et de
precatus esto super seruos tuos.

psal. lxxviii A diuua nos deus salutaris no
ster. Et propter gloriã nois tui dñe libe
ra nos: ꝫ propici⁹ esto peccatis no
stris propter nomẽ tuũ. D ñe ex
audi oratioẽ meã. Et clamor me⁹ ad
te veniat. D ñs vo. Oremus. Oratio.

E xaudi qs dñe preces nr̃as: ꝫ
confitentiũ tibi parce pecca
tis: vt quos cõsciẽtie reatus accu
sat: indulgentia tue miserationis
absoluat. Per christũ. R. Amen. Et
oẽs orõnes dicuntur cũ Oremus.
et finiant more lec. Nõ dr̃ Dñs vo
biscũ nisi ante primã orationẽ tã
tum. Alia. Oratio cum Oremus. Oratio.

A desit qs dñe famulis tuis
inspiratio gratie saluta
ris: que corda eoꝝ fletuum vbẽ
tate resoluat / sicq; macerando cõ
ficiat vt iracundie tue motus / ido
nea satisfactione compescat. Per
christum. Oremus. Oratio.

D a qs dñe de⁹ noster his fa
mulis tuis continuã pur
gationis sue obseruantiã peniten
do gerere: ꝫ hoc vt efficaci⁹ imple
re valeãt: gratia eos tue visitatio
nis preueniat: ꝫ subsequatur. Per
christum dominũ. Oremus. Oratio.

P reueniat hos famulos tu
os qs dñe mĩa tua: vt oẽs
iniquitates eorum celeri indulgẽ
tia deleant. Per christũ. Oremus.

A desto dñe supplicationib⁹
nostris: nec sit ab his famu
lis tuis clementie tue lõginqua mi
seratio: sana vulnera / eoꝝq; re
mitte peccata: vt nullis a te iniqui
tatib⁹ separati: tibi domino sem
per valeant adherere. Per christũ
dominũ nostrũ. Oremus. Oratio.

D omine deus noster qui of
fensione nostra non vince
ris: sed satisfactione placaris: re
spice quesum⁹ super famulos tu
os / qui se tibi grauiter peccasse co
fitentur: tuum est enim absolutio

tionem criminū dare: et veniā prestare peccantibus: qui dixisti penitentiam te malle peccatorum / quam mortem: cōcede ergo dn̄e his famulis tuis: vt tibi penitentie excubias celebrēt: et correctis actibus suis / cōferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per xpm. Oremus.

Deus cuius indulgētia oīs homo indiget: memēto famulorū famularumqȝ tuarū: et qui lubrica terrenique corporis fragilitate nudati virtute / in multis deliquerūt: q̄s / vt des veniā confitentibus / parcas supplicibus / vt q̄ suis meritis accusant: tua miseratiōe saluent. Per christum. Hic non dr Dominus vobiscum. neqȝ Oremus sed vertat se sacerdos ad populū: et extēdens manū dicat sup eos sine nota / sed ī audiētia: hoc modo.

Absoluimus vos vice beati petri apostolorū principis cui collata est a dn̄o potestas ligādi atqȝ soluendi / et quantū ad vos pertinet accusatio / et ad nos remissio / sit vobis omnipotens deus vita et salus / et oīm peccatorū vestrorum pius indultor. Qui viuit et regnat cū deo patre. Deinde surgāt oēs a prostratione / osculantes terrā vel formulas: sacerdote dicēte Oremus. etc. Deinde fiat benedictio cinerum: sine Dominus vobiscum. et sine Qui viuit. a sacerdote ad orientem conuerso.

Omnipotens sempiterne deus: qui misereris oīm / et nichil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominū propter penitentiam: q̄ etiā subuenis ī necessitate laborātib⁹: bene ✠ dicere et scti ✠ ficare hos cineres dignare: quos causa humilitatis et sancte religionis / ad emundanda delicta nostra / sup capita nostra more niniuitarū ferre constituisti: et da per īuocationem sancti tui nominis: vt omnes qui eos ad deprecādā miam tuam sup capita sua tulerint: a te mereantur oīm delictorum suorum veniam percipere et hodie sic eorum ichoare sancta ieiunia: vt ī die resurrectionis / purificatis mentib⁹ / ad sanctum mereantur accedere pascha: et ī futuro / perpetuam accipere gloriam. Per dn̄m. Hic aspergat aqua bn̄dicta sup cineres. Deinde dr Dominus vobiscū. et Oremus. Oro.

Deus q̄ non mortem: sed penitentiā desideras peccatorum: fragilitatē conditionis humane benignissime respice: et hos cineres quos causa preferēde humilitatis / atqȝ promerende venie / capitibus nostris imponi decreuimus bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare p tua pietate digneris: vt qui nos cineres esse monuisti: et ob prauitatis nostre meritū in puluerē reuersuros cognoscim⁹: pctōrū omniū veniā et premia penitētibus repromissa misericorditer consequi mereamur. Per. Postea distribuant cineres sup capita clericorum et laicorū a dignioribus psonis: et signo crucis cinerib⁹ signēt sic dicēdo. Memēto hō qd cinis es: et in cinerē reuerteris. In noie pr̄is / et filij / et spiritus scti. Amē. et interim cantentur sequentes Añe. Exaudi nos dn̄e / qm̄ benigna est mīa tua: secūdū multitudinem miserationū tuarum respice nos dn̄e. Psal. lxviii.

Eodem ps. Saluum me fac deus: quoniam intra
uerunt aque vsq ad animam meã. Non
dr nisi prim⁹ vs⁹. ps. sed statim se-
quat Gloria. Deinde repetat Aña.
Johel. Exaudi. Alia Aña. Juxta vestibulum
ii. D. et altare plorabant sacerdotes et leuite mi
nistri domini dicentes: parce domine par-
ce populo tuo: et ne dissipes ora clamantiũ
ad te domine. Alia Aña. Jmmutemur
habitu in cinere et cilicio/ieiunemus ꝙ plo
remus ante dominũ: quia multum miseri-
cors est dimittere pctã nostra deus noster.
Peracto hoc Offici. dicat sacer. ad
grad. chori Dñs vo. ꝙ Orem⁹ Or.

Deus q iuste irasceris et cle-
menter ignoscis: afflicti po
puli tui lachrymas suscipe ꝙ iram
tue indignationis quam iuste me
retur/propiciat⁹ auerte. Per chri-
stum. Alia Oratio. cum Oremus.

Concede nobis q̃sumus do-
mine p̃sidia militie christia-
ne/sic sanctis ichoare ieiunijs: vt
cõtra spirituales nequitias pugna
turi: continentie muniamur auxi
lijs. Per. Eiectis penitẽtib⁹ (vt
patet officium in processionalib⁹)
incipiatur missa hoc modo Offiñ.

Sap. xi. D. Misereris omniũ do
mine/et nihil odisti
eoꝝ que fecisti: dissi
mulãs peccata ho-
minũ propter peni-
tẽtiam/et parcẽs il-
lis: quia tu es dñs de⁹ noster. ps.
Psal. lvi. Miserere mei deus miserere mei: quoniam
in te confidit anima mea. Non repetat
Offi. sed statim sequatur Gloria pa
tri. Dicto Kyriel. sacer. dicat Do-
min⁹ vobiscũ. et Orem⁹. et postea
dicat diaconus Flectam⁹ genua.
et tunc oẽs genu flectent. Deinde
diacono dicẽte sic Leuate/ surgãt
oẽs/osculãtes formulas. Oratio.

Presta q̃s domine fidelibus
tuis: vt ieiunioꝝ veneran-
da solennia: ꝙ congrua pietate su-
scipiant: ꝙ secura deuotiõe percur-
rant. Per. Ab hac die vsq ad cenã
domini in oĩbus missis de ieiunio
fiat memoria p penitẽtibus/ cum
hac oratiõe. Exaudi q̃sumus do
mine suppli. vt patet in fine libri.
Hac die et tribus dieb⁹ sequẽtibus
dneq dicũtur oratiões: sicut in pri-
ma do. Aduen. dñi supra dictũ est.
Lectio Johelis prophete. ij.

Hec dicit dominus. Cõuerti-
mini ad me in toto corde ve
stro/in ieiunio/et fletu/et plãctu/ꝙ
scindite corda vestra/ ꝙ nõ vestimẽ
ta vestra. Et cõuertimini ad dñm
deum vestrũ: quia benign⁹ et mi-
sericors est/patiens ꝙ multe mie/ꝙ
prestabilis sup malicia. Quis scit
si conuertat ꝙ ignoscat deus: ꝙ re-
linquat post se benedictionẽ: Sa-
crificiũ et libamẽ: dño deo nostro.
Canite tuba in syon: sanctificate
ieiunium: vocate cetũ: cõgregate
populũ: sanctificate ecclesiã. Co-
adunate senes: cõgregate paruu-
los: ꝙ sugẽtes vbera. Egrediatur
sponsus de cubili suo: et sponsa de
thalamo suo. Inter vestibulum et
altare/plorabãt sacerdotes mini-
stri dñi/ et dicent. Parce dñe parce
populo tuo: et ne des hereditatem
tuam in opprobriũ: vt dominẽtur
eis nationes. Quare dicunt in po-
pulis vbi est deus eorum: zelatus
est dñs terrã suam: et pepercit po-
pulo suo. Et respõdit dñs: et dixit
populo suo. Ecce ego mittam vo-

bis frumētū/ & vinū/ & oleū: & reple bimini in eis: & nō dabo vos vltra opprobriū i gētib⁹. Dicit dñs oīps.

Psal. Gr. Miserere mei de⁹ miserere mei: qm̄ in te confidit aīa mea. Vs⁹. Misit de celo & liberauit me: dedit i opprobriū zculcātes me

Chor⁹ alternatim dicat Tract⁹.

Psal. Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neq₃ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Vsus. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos mīe tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio/ cum dicitur Vsus. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propici⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Iste Tract⁹ dr oi scḋa feria: et. vj. fer. ad mis. de ieiu. vsq₃ ad cenā dñi

¶ Secundum Mattheum. vj.



In illo tempore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Cū ieiunatis/ nolite fieri sicut hypocrite tristes Exterminant eīn facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Amē dico vobis: quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas: vnge caput tuum/ & faciem tuam laua: ne videaris hoīb⁹ ieiunans: sed patri tuo qui est in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito/ reddet tibi Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros i celo: vbi neq₃ erugo / neq₃ tinea demolit: et vbi fures nō effodiūt neq₃ furant. Vbi eīn est thesaurus tuus/ ibi est et cor tuum. Offr. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te: et sanasti me. Vs⁹. Domine abstraxisti ab inferis animā meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Psal. xxix. Eodem

Secreta.

Hac nos dñe q̄s his muneribus offerendis/ conuenienter aptari: quibus ipsi⁹ venerabilis ieiunij/ celebramus exordium. Per. Prefatio. Qui corporali ie.

Hec Prefatio dr in omni missa de ieiunio/ vsq₃ ad cenā dñi: & Flectamus genua/ Leuate. et Humiliate capita vestra deo. Cōio. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte: dabit fructum suum in tempore suo. Psal. i. Postcōio

Percepta nobis dñe prebeāt sacramenta subsidium: vt et tibi grata sint nostra ieiunia: et nobis proficiāt ad medelam. Per.

Finitis Postcōionib⁹/ preter illā q̄ dicetur super populū sic/ Per oīa secula seculorum. R̄. Amen. dicat sacerdos. Oremus. Deinde dicat diacon⁹. Humiliate capita vestra deo. Super populum. Oratio.

Inclinantes se dñe maiestati tue propiciat⁹ intende: vt qui diuino munere sunt refecti: celestibus semper nutriant auxilijs Per do. Et sic missa/ cum Benedicamus domino finiatur. ¶ Feria quinta. Ad missam. Officium.



Cum clamarem ad dominū / exaudiuit vocē meā/ ab his qui appropinquant mihi: et humiliauit eos q̄ est an- Psal. liiii.

te secula: et manet in eternū / iacta cogitatū tuū in dn̄o: et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationē meam: et
Psal. liiii. ne despexeris deprecationem meam: intende mihi: et exaudi me. Gloria patri. Flectamus genua / Leuate. Oratio.

Deus qui culpa offenderis / penitentia placaris preces populi tui supplicantis propicius respice: et flagella iracundie tue q̄ pro peccatis nostris meremur: propiciatus auerte. Per dominū nostrum iesum christum filium tuū. Qui tecum viuit et regnat.

Lectio Esaie prophete. xxxviij.

ca.xxxviii. In diebus illis. Egrotauit ezechias vsq; ad mortem: et introiuit ad eū esaias fili⁹ amos propheta / et dixit ei. Hec dicit dn̄s. Dispone domui tue: quia morieris tu / et nō viues. Et cōuertit ezechias faciē suā ad parietem: et orauit ad dn̄m / et dixit. Obsecro dn̄e / memēto q̄so quomodo ambulauerim coram te in veritate / et i corde perfecto: et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factū est verbum domini ad ezaiam prophetā / dicens. Uade / et dic ezechie. Hec dicit domin⁹ de⁹ dauid patris tui. Audiui orationem tuā: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam sup dies tuos quindecim annos: et de manu regis assyriorū eruam te / et ciuitatem istam: et protegam eam dicit domin⁹ omnipotens. Grad.

Psal. liiii. Iacta cogitatum tuum in domino: ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam / ab his qui appropinquant mihi. Repetatur Grad.

Secundum Mattheum. viij



In illo tempore. Cum introisset ies⁹ capharnaū / accessit ad eum centurio / rogans eū / et dicēs. Domine / puer me⁹ iacet in domo paralitic⁹ / et male torquetur. Et ait illi iesus Ego veniam / et curabo eū. Et respondens centurio / ait. Domine / non sum dign⁹ vt intres sub tectū meū: sed tantū dic verbo: et sanabitur puer me⁹. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites / et dico huic / vade / et vadit: et alio veni / et venit: et seruo meo fac hoc / et facit. Audiens aūt ies⁹ / mirat⁹ est: et sequentib⁹ se / dixit. Amē dico vobis non inueni tātam fidem in israel. Dico aūt vobis / q̄ multi ab oriente et occidente venient / et recubent cū abraham / ysaac / et iacob in regno celor. Filij aūt regni / eijcient in tenebras exteriores: ibi erit fletus / et stridor dentiū. Et dixit ies⁹ centurioni. Uade / et sicut credidisti / fiat tibi. Et sanat⁹ est puer / in illa hora. Offer. Ad te dn̄e leuaui animā meam: deus meus in te confido non erubescam: neq; irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. V. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salutaris meus: et te sustinui tota die. Secreta.

Offerim⁹ tibi domine munera q̄ dedisti: vt et creationis tue circa mortalitatem nostram testificent auxiliū: et remediū nobis immortalitatis operent. Per.

Prefa. Qui corporali ie. Cōio. Acceptabis sacrificium iusticie oblatiões et holocausta super altare tuū domine. Postcō.

Conte de fidelibus tuis domine q̄s / et sine cessatione capere paschalia sacramēta: ⁊ desideranter expectare ventura: vt in mysterijs quib⁹ renouati sunt permanentes: ad nouam vitam his operibus perducantur. Per dūm. Super populū. Oremus humiliate capita vestra deo. Oratio.

Parce dñe parce populo tuo vt dignis flagellationibus castigatus / in tua miseratione respiret. Per. ¶ Feria sexta in capite ieiunij. Ad missam. Officium.

Audiuit dñs. et miser⁹ est michi: dñs fact⁹ est adiutor meus. ps. Exaltabo te domine quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri. Flectamus genua / Leuate. Oratio.

Inchoata ieiunia quesum⁹ dñe benigno fauore prosequere: vt obseruantiā quā corporaliter exhibemus: mentibus etiam sinceris exercere valeam⁹. Per dominū. Lectio Esaie prophete. lviij.

Hec dicit dñs deus. Clama necesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Et annūcia populo meo scelera eorum: ⁊ domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querūt: et scire vias meas volunt: quasi gens que iusticiam fecerit: ⁊ que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogāt me iudicia iusticie: ⁊ appropinquare deo volūt. Quare ieiunauimus / ⁊ non aspexisti: humiliauimus animas nostras / ⁊ nescisti? Ecce in die ieiunij vestri / inuenit̄ volūtas vr̄a: et oēs debitores vr̄os / repetitis. Ecce ad lites ⁊ cōtētiones ieiunatis: ⁊ percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq₃ ad hāc diem: vt audiat̄ i excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi / per diem affligere hominē animā suam? Nunquid cōtorquere quasi circulum caput suum: ⁊ saccum et cinerē sternere? Nunquid istud vocaui ieiuniū / ⁊ diē acceptabilem dño? Nōne hoc est magis ieiuniū / quod elegi. Dissolue colligatiōes impietatis: solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos q̄ cōfracti sunt liberos: ⁊ oīne on⁹ dirūpe. Frāge esurienti panē tuū: ⁊ egenos vagosq₃ induc i domū tuam. Cū videris nudū / operi eū: et carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet quasi mane lumē tuū: ⁊ sanitas tua citi⁹ orietur. Et anteibit faciē tuā iusticia tua: ⁊ gloria dñi colliget te. Tunc inuocabis: ⁊ dñs exaudiet / clamabis / ⁊ dicet ecce assum. Quia misericors sum: dñs de⁹ tu⁹. Gr. Unam petii a dño hanc requirā: vt inhabitē i domo dñi. ℣. Ut videā voluptatem domini: et protegar a templo sancto eius. Tract⁹. Psal. xxvi. Eodem

Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neq₃ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣sus. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos mīe tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur ℣sus. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propici⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum. Psal. cii. Psal. lxxviii Eodem

¶ Secundum Mattheum. v. et. vi.



Cap. v.G. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Audistis quia dictum est. Diliges proximū tuum: & odio habebis inimicū tuū. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros/ benefacite his qui oderūt vos: & orate pro persequentibus & calūniantibus vos: vt sitis filii patris vestri qui in celis est: qui solē suū oriri facit sup bonos et malos: & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos q vos diligūt: quam mercedem habebitis? Nōne et publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres vestros tātum: quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo & vos perfecti: sicut & pater vester celestis pfectus est. Attendite ne iusticiā vestram faciatis corā hominibus vt videamini ab eis. Alioqn mer-
Cap. vi.A. cedē non habebitis: apud patrem vestrum qui in celis est Cum ergo facis elemosinā: noli tuba canere ante te/ sicut hypocrite faciunt i synagogis & in vicis: vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinā/ nesciat sinistra tua/ qd faciat dextera tua: vt sit elemosina tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscōdito/ reddet tibi. Et cum oratis/ non eritis sicut hypocrite/ qui amant in synagogis & in angulis platearū stantes orare: vt videantur ab hoībus. Amen dico vobis: receperunt mercedē suā. Tu autē cum oraueris intra in cubiculum tuum/ et clauso ostio/ ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt i abscondito/ reddet tibi.

Offr. Dñe viuifica me secūdum eloquiū tuum vt sciam testimonia tua. ℣ Fac cum seruo tuo dñe: secundum magnam misericordiam tuā: et ne auferas de ore meo verbum veritatis.

Secreta.

Sacrificium domine obseruātie quadragesimalis offerimus: presta quesumus: vt & tibi mētes nostras reddet acceptas: et continentie promptioris nobis tribuat facultatem. Per dominū nostrū iesum christum filiū tuum. Qui tecum viuit et regnat.

Cōio. Seruite domino in timore: & exultate ei cū tremore: apprehendite disciplinam: ne pereatis de via iusta.

Postcōio.

Tribue nobis q̄s omps de⁹/ vt dona celestia que debito frequentamus obsequio: salutaria nobis iugiter sentiamus. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. &c.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Oratio.

Tuere dñe populū tuum: et ab oībus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Sabbato post Cineres. Ad missam.

Officium.



Audiuit dñs et miserti⁹ est michi: dñs fact⁹ est adiutor meus. ps. Exaltabo te domine: quoniam suscepisti me: nec delectasti

inimicos meos sup me. Gloria patri. Fle-
ctamus genua. Leuate. Oratio.
Adesto domine supplicatio-
nibus nostris et cōcede: vt
hoc solēne ieiunium/quod aīabus
corporibusq; curādis salubriter i-
stitutum est: deuoto seruitio cele-
bremus. Per dominum nostrum.
¶ Lectio Esaie prophete. lviij.
Hec dicit dñs. Si abstuleris
de medio tui cathenā: et de-
sieris digitum extendere et loqui/
quod non prodest. Cum effuderis
esurienti animā tuam: et animam
afflictā repleueris: orietur in tene
bris lux tua: et tenebre tue erunt si
cut meridies. Et requiem dabit ti-
bi dñs deus tuus semper: et imple
bit splēdoribus animā tuam/ et ossa
tua liberabit. Et eris quasi ortus ir
riguus: et sicut fons aquarū/cuius
non deficient aque. Et edificabun
tur ī te deserta seculorum/ fundamē-
ta generationis et generatiōes su
scitabis. Et vocaberis edificator
sepium/ auertens semitas iniqta-
tum. Si auerteris a sabbato pedē
tuum/facere volūtatem tuā in die
sancto meo/et vocaberis sabbatū
delicatum/et sanctum domini glo
riosum et glorificaueris eum dum
non facis vias tuas: et nō inuenie
tur voluntas tua vt loquaris ser-
monē: tūc delectaberis super dño/
et sustollam te super altitudinē ter
re/ et cibabo te hereditate iacob pa
tris tui. Os enim dñi locutum est
hec/ait dñs oīpotēs. Gr. Unam petii
a dño hanc requiram: vt inhabitem in do-
mo dñi. V. Ut videam voluntatem domini
et protegar a templo sancto eius.
¶ Secundum Marcum. vi.



In illo tem- Cap.
pore. Cum vi. F.
sero esset factū:
erat nauis ī me-
dio maris/ et iesus
solus ī terra. Et
vidit discipulos su
os laborātes ī re
migādo: erat enī
ventus cōtrarius eis. Et circa quar
tam vigiliam noctis/ venit ad eos
ambulans supra mare: et volebat
preterire eos. At illi vt viderūt eū
supra mare ambulātē: putauerūt
fantasma esse/ et exclamauerunt.
Omnes enim eum viderūt/ et con-
turbati sunt. Et statim locutus est
cū eis: et dixit illis. Confidite/ ego
sum/ nolite timere. Et ascēdit ad il
los in nauim: et cessauit ventus: et
plus magis intra se stupebāt. Nō
enī intellexerūt de panibus: erat enī
cor illorū obcecatū. Et cū transfre-
tassent: venerunt in terrā geneza-
reth/ et applicuerūt. Cumq; egressi
essent de naui: continuo cognoue-
runt eum. Et percurrentes vniuer
sam regionē illam: ceperūt in gra-
batis eos q̄ se male habebant cir-
conferre/ vbi audiebant eū esse. Et
quocunq; introibat ī vicos/ vel in
villas/ aut ciuitates: in plateis po
nebāt īfirmos: et deprecabantur eū/ vt
vel fimbriā vestimēti eius tāgerent. G.
Et quotquot tāgebāt eū/ salui fie-
bant. Offr. Domine viuifica me secun Psal.
dum eloquium tuum: vt sciam testimonia cxviii.
tua. V. Da mihi intellectum/ vt discam Eodem
mādata tua: et volūtaria oris mei fac mi-
chi in bñplacito tuo dñe. Secreta.
Prepara nos dñe q̄s huius
votiuis abstinentie officijs

plateaꝝ stantes orare: vt videan

Dñica. j. Quadragesime.

vt hec sacrificia veneráda: sobrijs semp mētib⁹ celebrem⁹. Per dñm. Prefatio. Qui corporali ieiunio.

Psal. ii Cõio. Seruite dño in timore: et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Postcõio.

CElestis vite munere vegetati / q̃s domine de⁹ noster / vt quod est nobis i presenti vita mysterium fiat eternitatis auxilium Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

HAc nos q̃s dñe salutis nostre causas: ⁊ deuotis semper frequentare seruitijs / ⁊ deuotius recolere / pricipaliter inchoatas. Per dñm. ¶ Dñica. j. Quadragesime. Ad missam Officium.

Psal. xc.



Nuocauit me / et ego exaudiã eũ / eripiam eum / ⁊ glorificabo eũ / lõgitudine dierũ: adimplebo eũ. Ps. Qui habi-

Eodem tat in adiutorio altissimi: in protectiõe dei celi commorabitur. Oratio.

DEus qui ecclesiã tuam annua quadragesimali obseruatiõe purificas: p̃sta familie tue vt qđ ad te obtinere abstinẽdo nititur hoc bonis operib⁹ exequatur. Per d. Ad Corinthios. ij. vj.

ii. Cap. vi. A. FRatres. Hortamur vos ne in vacuũ gr̃am dei recipiatis. Ait eñ. Tẽpore accepto / exaudiui te: et in die salutis / adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis Nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministeriũ nostrum. Sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos / sicut dei ministros. In multa patiẽtia: in tribulationib⁹: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carcerib⁹: in seditionib⁹: in laboribus: in vigilijs: in ieiunijs. In castitate: in sciẽtia: in lõganimitate: in suauitate: i spũ sctõ. In charitate nõ ficta: in v̾bo veritatis: i v̾tute dei. Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gl̃iam / et ignobilitatẽ / per infamiã / et bonã famã. Ut seductores / et veraces. Sicut ignoti / et cogniti. Quasi moriẽtes et ecce viuim⁹. Ut castigati / et non mortificati quasi tristes semp aũt gaudẽtes Sicut egẽtes mltos aũt locupletãtes. Tãq̃ nihil habẽtes / et oĩa possidentes. Gr. Angelis suis mandauit de te: vt custodiẽt te in omnibus viis tuis. V⁹. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

QUi habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Tract⁹. Dicet domino susceptor meus es tu: et refugium meum deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A sagitta volante per diem: a negocio perambulante in tenebris: a ruina et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabit. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et drachonẽ. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum: quoniam cognouit nomen meũ.

Inuocabit me/ et ego exaudiam eũ cum ipso sum in tribulatione. Eripiã eum: & glorificabo eũ: longitudine dierum adimplebo eum: & ostẽdam illi salutare meum.

¶ Secundum Mattheum. iiij.



In illo tempore. Ductus est iesus ĩ desertũ a spũ: vt tẽtaretur a diabolo. Et cũ ieiunasset quadraginta diebus/ & quadraginta noctib⁹: postea esuriit. Et accedens tentator: dixit ei. Si fili⁹ dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens: dixit. Scriptũ est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus ĩ sanctam ciuitatem: & statuit eum supra pinnaculũ templi: & dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptũ est enim: quia angelis suis mãdauit de te: et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Ait illi iesus rursum. Scriptum est. Non tẽtabis dñm deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: et ostẽdit ei oĩa regna mũdi et gloriam eorum: et dixit illi. Hec oĩa tibi dabo: si cadẽs: adoraueris me. Tũc dixit ei iesus. Uade sathana. Scriptum est eñ. Dñm deum tuũ adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt: et ministrabãt ei. Offer. Scapulis suis obũbrabit tibi dominus: et sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initij solẽniter imolam⁹ te dñe deprecãtes: vt cum epularũ restrictiõe carnaliũ: a noxijs quoq; voluptatib⁹ temperemur. Per. Prefa. quotid. Cõio. Scapulis suis obũbrabit tibi: & sub pẽnis ei⁹ sperabis: scuto circũdabit te veritas eius. Postcõio. Psal. xc.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos: in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per. ¶ Feria .ij. post Inuocauit. Ad missam. Officium.

Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrum/ donec misereatur nostri: miserere nobis domine: miserere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas ĩ celis. Flectamus genua/ Leuate. Oratio. Psal. cxxii. Eodem

Conuerte nos de⁹ salutaris noster: & vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mẽtes nostras celestibus instrue disciplinis. Per. Ab hac die vsq; ad cenã dñi/ ĩ omni missa de ieiunio/ dicuntur septem orationes sicut in do. j. aduentus dñi supra dictũ est. Lectio Ezechielis prophete. xxxiiij.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipse requirã oues meas: et visitabo illas/ sicut visitat pastor gregem suum: ĩ die quando fuerit in medio ouiũ suarũ dissipatarũ. Cap. xxxiiii. C. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de oĩbus locis/ ĩ quibus disperse fuerant/ ĩ die nubis & caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et idu- D.

cam eas i terram suam: & pascam eas in montibus israel: in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: & i montibus excelsis israel/ erunt pascue earum. Ibi requiescet in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Et ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciam: dicit domin⁹ deus. Quod perierat: requirā: et qđ abiectū fuerat: reducam: et quod confractum fuerat: alligabo: & qđ infirmū fuerat: cōsolidabo: et qđ pingue & forte custodiā: & pascam illas in iudicio & iusticia: dixit dn̄s

Psal. omnipotens. Grad. Protector noster
lxxxiii aspice deus: et respice super seruos tuos.
Eodem V̄s⁹. Domine deus virtutum: exaudi preces seruorum tuorum. Tractus.

Psal. Domine non secundum peccata no
lxxviii. stra que fecimus nos: neqȝ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Vsus. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genu
Eodem flexio: cum dicitur V̄s⁹. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos: & propicius esto peccatis nostris: propter nomen tuum.

¶ Secundum Mattheum. xxv.



Cap. In illo tem
xxv. C. pore. Dixit Ies⁹ discipulis suis. Cum venerit filius hominis i maiestate sua/ et omes angeli ei⁹ cum eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue. Et congregabunt ante eum oēs gentes: et separabit eos ab inuicē/ sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris suis: hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris ei⁹ erunt. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnū a cōstitutione mundi. Esuriui enim: & dedistis mihi manducare. Sitiui/ et dedistis mihi bibere. Hospes eram: & collegistis me. Nud⁹: & operuistis me. Infirmus et visitastis me. In carcere erā: et venistis ad me. Tūc respondebūt ei iusti/ dicentes. Domine quando te vidimus esurientē/ et pauimus sitientem/ & dedimus tibi potum. Quando autē te vidimus hospitē et collegimus te: aut nudum & cooperuimus te. Aut quando te vidimus infirmum/ aut i carcere: et venimus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amen dico vobis: quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tunc dicet et his/ qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti: in ignē eternum/ q̄ parat⁹ est diabolo & angelis eius. Esuriui enim: & non dedistis mihi mādūcare. Sitiui: et nō dedistis mihi potum. Hospes erā: et nō collegistis me. Nudus: et nō operuistis me. Infirmus/ & in carcere: & non visitastis me. Tunc respondebūt ei & ipsi/ dicentes. Dn̄e quādo te vidim⁹ esuriētē/ aut sitiētē/ aut hospitē/ aut nudū/ aut infirmū: vel in carcere/ & nō ministrauimus tibi. Tūc respōdebit illis/ dicēs. Amē dico vobis/ quādiu nō fecistis vni de minorib⁹ his/ nec mihi fecistis. Et ibūt hi in suppliciū eter

num: iusti aūt i vitā eternā. Offr.
Psal. Leuabo oculos meos: et considerabo mira
cxviii. bilia tua: domine vt doceas me iusticiam
tuam: da mihi intellectum vt discam man
Eodem data tua. V. Legem pone mihi domine: et
viam iustificationum tuarum, requiram: ꝛ
in preceptis tuis exercebor. Secreta.

ACcepta tibi sit dñe q̄s nr̄e
deuotionis oblatio: que et
ieiunium nostrū te operante san-
ctificet: ꝛ indulgētiā nobis tue con
solationis obtineat. Per. Prefa-
tio. Qui corporali ieiunio. Cōio.
Psal. iiii Voce mea ad dominum clamaui: et exaudi
uit me de monte sancto suo: non timebo mi
lia populi circundantis me. Postcōio.

PRosint nobis domine q̄s fre
quētata mysteria: que nos
et a cupiditatibus terrenis expe-
diant: ꝛ instruant amare celestia.
Per dñm. Super populum. Humi
liate capita vestra deo. Oratio.

ABsolue q̄s dñe nr̄orū vin-
cula pctōr: ꝛ quicquid pro
eis meremur ꝓpiciatus auerte. P.

¶ Fer. iiii. post Inuocauit. Officiū

Psal. DOmine refugiū fact⁹
es nobis a ḡnatione ꝛ
progenie: a seculo et i
seculū tu es. ps. Priusq̄
montes fierent: aut forma-
retur terra et orbis. Nō dr̄ vlteri⁹ Fle-
ctamus genua / Leuate. Oratio.

REspice dñe familiā tuam / et
presta / vt apud te mens no-
stra tuo desiderio fulgeat: q̄ se car
nis maceratione castigat. Per do.
Lectio Esaie prophete. lv.

IN diebus illis. Locutus est
esaias ꝓpheta dicēs. Queri
te dñm / dum inueniri potest: inuoca-
te eū / dum prope est. Derelinquat
impius viā suā: et vir iniqu⁹ cogi-
tatiōes suas / et reuertat ad dñm /
et miserebit eius: ꝛ ad deū nostrū /
qm̄ multus est ad ignoscendū. Nō C.
eñi cogitatiōes mee / cogitationes
vestre / neq; vie mee / vie vestre dicit
dñs. Quia sicut exaltant celi a ter
ra: sic exaltate sunt vie mee / a vijs
vr̄is: ꝛ cogitationes mee / a cogita
tionib⁹ vr̄is. Et quō descendit im-
ber et nix de celo: et illuc vltra non
reuertitur: sed inebriat terrā / et in
fundit eā: et germinare eā facit: et
dat semen serēti / ꝛ panē comedēti:
sic erit verbū meū: qd̄ egredietur de
ore meo. Nō reuertet ad me vacu- D
um: sed faciet q̄cūq; volui: ꝛ ꝓspa-
bit in his: ad q̄ misi illud. Ait dñs
oipotēs. Gr. Dirigat oratio mea sicut Psal.
incēsum in conspectu tuo dñe. V. Eleuatio cxl.
manuum mearum sacrificiū vespertinum. Eodem

¶ Secundum Mattheum. xxi.



IN illo tpe. ca.xxi.
Cū itrasset B.
ies⁹ hierosolymā
commota est vni
uersa ciuitas di-
cēs. Quis est hic
Ppli aūt dicebāt
Hic est ies⁹ ꝓphe-
ta a nazareth ga
lilee. Et itrauit ies⁹ i tēplū dei: ꝛ eii-
ciebat oēs vēdētes ꝛ emētes i tēplo
ꝛ mēsas nūmulariorum ꝛ cathedras
vēdētiū colūbas euertit: ꝛ dixit eis
Scriptū est qa dom⁹ mea: domus
oratiōis vocabit. Vos aūt fecistis
illā speluncā latronū. Et accesserūt
ad eū ceci ꝛ claudi i tēplo ꝛ sanauit
eos. Videntes aūt pricipes sacerdotū
ꝛ scribe mirabilia q̄ fecit: ꝛ pueros
clamātes i tēplo ꝛ dicētes / osāna fi

lio dauid: indignati sunt: et dixerūt
ei. Audis qd isti dicunt? Jesus au-
tem dixit eis. Utiq. Nūq legistis:
quia ex ore infantiū et lactētiū per-
fecisti laudē? Et relictis illis: abijt
foras extra ciuitatē i bethaniam:
ibiq mansit et docebat eos de regno
Psal. xxx. dei. Offer. In te speraui dñe dixi tu es
deus meus in manibus tuis tēpora mea.
Eodem V. Illumina faciē tuā super seruū tuū: et
saluū me fac propter misericordiā tuā: dñe
nō confundar qm inuocaui te. Secreta.

Presta dñe qsumus: ut dicā-
to muneri / cōgruētē nre de-
uotionis tibi offeram' affectū. P.
Psal. iiii. Prefa. Qui corpali. Cōio. Cū inuo-
carem te exaudisti me deus iusticie mee in
tribulatiōe dilatasti me miserere mihi dñe
et exaudi orationem meam. Postcōio.

Quesumus oipotēs de': ut il-
lius salutaris capiam' ef-
fectū cui' per hec mysteria pignus
accepim'. P. Super populum. Hu-
miliate capita vestra deo. Oratio

Ascēdant ad te dñe preces
nre: et ab ecclesia tua cun-
ctam repelle nequitiā. Per. ¶ Fe-
ria. iiij. quatuor tēpor. xl. Officiū.

Psal. xxiiii. Reminiscere miseratio-
nū tuarū dñe / et mie tue
q a seculo sunt ne unq
dominentur nobis inimi-
ci nri: libera nos de' is-
Eodem rael: ex oib' angustijs nris. Ps. Ad
te dñe leuaui animā meā: deus meus in te
confido nō erubescā. Oro sine Domi-
nus vobiscum. Sed cum Oremus. et
Flectamus genua. Leuate. Oro.

Preces nras qs dñe clemen-
ter exaudi: et contra cūcta no-
bis aduersantia dexterā tue maie-
statis extende. P. [illegible]

In dieb' illis. Dixit dñs ad
moysen. Ascēde ad me i mō-
tem: et esto ibi: daboq tibi duas ta-
bulas lapideas: et legē ac mādata
q scripsi: ut doceas filios isrl. Sur-
rexerunt moyses et iosue minister
ei': ascēdēsq moyses i mōtē dei / se-
nioribus ait. Expectate hic / donec
reuertamur ad vos. Habetis aa-
ron et hur vobiscū: si qd natū fue-
rit qstiōis / referetis ad eos. Cūq
ascēdisset moyses: operuit nubes
montē: et habitauit gl'a dñi sup si-
nay: tegens illū nube: sex diebus.
Septimo aūt die: vocauit eū dñs
de medio caliginis. Erat autē spe-
cies glie dñi: quasi ignis ardēs su-
per verticē montis: in conspectu fi-
liorū israel. Ingressusq moyses
mediū nebule ascēdit i mōtē: et fuit
ibi quadraginta dieb' et quadragin-
ta noctib'. Gr. Tribulatiōes cordis
mei dilatate sunt: de necessitatib' meis eri-
pe me domine. V. Uide humilitatem meā
et laborē meū: et dimitte omnia pctā mea.
Nō repetat gr. sed sequatur Dñs
vo. et Flectam' genua Leua. Or.

Deuotionem populi tui qs
dñe benignus intēde: ut qui
per abstinentiā macerantur in cor-
pore: p fructū boni operis reficiā-
tur in mēte. Per. Hic dicūt in cōis
cōsuetē. Lectio libri Regū. iij. xix.

In dieb' illis. Uenit helyas
in bersabee iuda: et dimisit
ibi puerum suū: et perrexit in deser-
tum: viam vnius diei. Cumq ve-
nisset et sederet subter vnam iuni-
perū: petiuit aie sue ut moreretur
et ait. Sufficit mihi domine: tolle
aīam meam. Neq enī melior sum
q patres mei. Proiecitq se: et ob-

dormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum/ dixitq; illi. Surge comede. Et respexit. Et ecce ad caput suum subcinericius panis/ et vas aque. Comedit ergo et bibit/ ꝛ rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus dñi secundo/ et tetigit eum: dixitq; illi. Surge/ comede/ grādis eñ tibi restat via. Qui cū surrexisset/ comedit/ et bibit. Et ambulauit ī fortitudie cibi illiꝰ/ quadragita diebꝰ/ et quadragita noctibꝰ/ vsq; ad mōtē dei oreb. Chorꝰ alternatim dicat Tractū.

Psal. xxiiii. De necessitatibꝰ meis eripe me domine/ vide humilitatem meam: et laborem meum: et dimitte omnia peccata
Idem mea. V. Ad te leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neq; irridem rideant me inimici mei. V. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur: confundentur omnes facientes vana.

Et dr̄ iste Tr. in oī. iiij. fer. vsq; ad do. palm. ¶ Sc̄dm Mattheū. xij.

Ca. xii.



In illo tempore. Accesserūt ad iesū scribe et pharisei/ dicētes. Magister/ volumus a te signū videre. Qui respondēs/ ait illis Gñatio mala et adultera signū querit: et signū non dabit ei/ nisi signū ione pphete. Sicut eñ fuit ionas in vētre ceti tribus diebꝰ et tribus noctibus/ ita erit filiꝰ hoīs in corde terre/ tribus diebꝰ et tribꝰ noctibꝰ. Uiri niniuite surgēt in iudicio cū generatione ista: ꝛ cōdēnabūt eā: quia penitētiā egerūt ī pdicatiōe ione. Et ecce plus q̄ iona hic. Regina austri surget ī iudicio cū gñatiōe ista ꝛ cōdēnabit eā/ q̄a venit a finibꝰ terre audire sapiētiā salomōis. Et ecce plus q̄ salomō hic. Cū aūt imūdus spūs exierit ab hoīe: ambulat p loca arida/ q̄rēs requiē/ ꝛ nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar ī domum meā vnde exiui. Et veniēs/ inuenit eā vacātē scopis mūdatā ꝛ ornatā. Tunc vadit/ ꝛ assumit septē alios spūs secū nequiores se ꝛ intrātes/ habitāt ibi. Et fiūt nouissima hoīs illius: peiora prioribꝰ. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce mr̄ eius et fratres stabāt foris/ q̄rētes loqui ei. Dixit aūt ei q̄dā. Ecce mr̄ tua/ ꝛ fratres tui foris stāt/ q̄rētes te. At ipse respōdēs dicēti sibi ait. Que est mr̄ mea: ꝛ q̄ sūt fratres mei? Et extēdēs manū in discipulos suos/ dixit. Ecce mater mea: ꝛ fratres mei. Quicūq; eñ fecerit volūtatē pr̄is mei qui in celis est: ipse meus frater/ et soror/ et mater est. Offer. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. V. Pars mea dñe dixi custodire legem tuam: precatus sum vultum tuum in toto corde meo. Psal. cxviii.

Secreta.

Sacrificiū dñe q̄s dñe sacrificiū singulare vt huiꝰ participatione mysterij q̄ sperāda credimꝰ/ expectata sumamꝰ. Per. Pfa. Qui corpali. Cōio. Intellige clamorē meū: intēde voci orōnis mee: rex meꝰ ꝛ deꝰ meꝰ quoniā ad te orabo domine. Psal. v.

Postcōio.

Da q̄s oīs deꝰ: vt reatū nostrum munera sacra purificent: ꝛ recte viuēdi nobis operentur effectū Per do. Sup populum

humiliate capita vestra deo. Oro
Mentes nostras qs dñe lu-
mine tue claritatis illu-
stra: vt videre possimus que agē-
da sunt: et que recta sunt agere va-
leam⁹. Per dñm. ¶ Feria. v. post
Innocauit. Ad missam. Officiū.
Psal. xcv. Confessio et pulchritu-
do in conspectu eius:
sanctitas et magnifi-
centia i sanctificatio-
Eodem ne eius. Ps. Cantate dño
canticū nouū: cantate dño oīs terra. Fle-
ctamus genua/ Leuate. Oratio.
Omnipotens sempiterne de⁹: q in ob
seruatiōe ieiunij: et elemosi
narū largitiōe nostroꝝ posuisti re
media pctōꝝ: concede nos mēte et
corpe: semp tibi esse deuotos. Per.
Lectio Ezechielis prophete. xviij.
Cap. In dieb⁹ illis. Factus est ser
xviii A mo dñi ad me dicens. Quid
est qd inter vos hāc parabolā ver-
titis i puerbiū istud i terra israel/
dicētes. Pr̄es nr̄i comederunt vuā
acerbā: ꝛ dētes filioꝝ obstupescūt.
Viuo ego dicit dñs deus: si erit vo
bis vltra parabola hec i puerbiū
in israel. Ecce omnes aīe mee sūt.
Ut aīa pr̄is: ita ꝛ aīa filij mea est.
Aīa que peccauerit/ ipsa morietur
B. Et vir si fuerit iust⁹: ꝛ fecerit iudi-
ciū ꝛ iusticiā: in mōtib⁹ nō comede
rit: ꝛ oculos suos nō leuauerit ad
ydola domus israel: et vxorē pri-
mi sui non violauerit: ꝛ ad mulie-
rem menstruatā nō accesserit: ꝛ ho-
minē nō cōtristauerit: pign⁹ debi-
tori suo reddiderit: p vim nihil ra-
puerit: panē suū esurienti dederit: ꝛ
nudū operuerit vestimēto: ad vsurā
nō cōmodauerit: ꝛ ampli⁹ nō acce
perit: ab iniquitate auerterit ma-
num suā. Iudiciū verū fecerit in-
ter virum ꝛ virū: et in pceptis me-
is ambulauerit/ ꝛ iudicia mea cu-
stodierit: vt faciat veritatē: hic iu-
stus est ꝛ vita viuet: ait dñs deus.
Quod si genuerit filiū latronē/ ef-
fundētē sanguinē: ꝛ fecerit vnum
de istis: ꝛ hec quidē oīa non facien
tem/ nūquid viuet? Non viuet. Cū
vniuersa detestāda hec fecerit mor
te morietur. Sāguis ei⁹/ in ipso erit.
Quod si genuerit filiū/ qui videns
oīa peccata patris sui que fecit: ti
muerit/ ꝛ non fecerit simile eis: iu-
dicia mea fecerit: et i pceptis meis
ambulauerit: hic nō morietur in ini
quitate patris sui: sed vita viuet.
Pater eius quia calūniatus est: ꝛ
vim fecerit fratri: ꝛ malū operat⁹
est i medio populi sui: ecce mortu⁹
est in iniqtate sua. Et dicitis. Qua-
re nō portabit filius iniquitatē pa
tris sui? Videlicet quia filius iudi
ciū ꝛ iusticiā operat⁹ est: oīa prece-
pta mea custodiuit/ et fecit illa: vi-
ta viuet/ ait dominus omnipotēs.
Gr. Custodi me dñe vt pupillā oculi: sub
vmbra alarum tuarum protege me. V⁹.
De vultu tuo iudicium meū prodeat: ocu-
li tui videant equitatem.
¶ Secundum Joannem. viij.



In illo tem-
pore. Dice-
bat iesus ad eos
qui crediderūt ei
ex iudeis. Si vos
manseritis i ser-
mōe meo vere di-
scipuli mei eritis
et cognoscetis ve
ritatem: et veritas liberabit vos.

Responderūt ei iudei. Semē abra
he sumus: et nemini seruiuimus
vnq̄. Quomodo tu dicis: quia li-
beri eritis? Respondit eis iesus.
Amen amē dico vobis: q̄a omnis
qui facit peccatū / seruꝰ est peccati.
Seruus aūt non manet in domo
in eternū: filius aūt manet in eter
nū. Si ergo filius vos liberauerit
vere liberi eritis. Scio / quia filij
abrahe estis: sed queritis me inter
ficere / quia sermo meꝰ nō capit in
vobis. Ego quod vidi apud patrē
meū loquor / ⁊ vos q̄ vidistis apud
prem vestrū facitis. Respōderūt ⁊
dixerūt ei. Pater nr̄ abraham est.
Dicit eis iesꝰ. Si filij abrahe estis
opera abrahe facite. Nūc aūt que
ritis me interficere: hoiem qui ve-
ritatē locutꝰ sum vobis / quam au
diui a deo hoc abraham non fecit
Vos facitis opa patris vestri. Di-
xerunt itaq̄ ei Nos ex fornicatiōe
non sumus nati: vnū patrem ha-
bemus deum. Dixit ergo eis iesꝰ.
Si deꝰ pater vester esset: diligere
tis vtiq̄ me. Ego enim ex deo pro-
cessi / et veni. Neq̄ enim a meipso
veni: sed ille me misit. Quare loq̄-
lam meā nō cognoscitis? Quia nō
potestis audire sermonem meum
Vos ex pr̄e diabolo estis: ⁊ deside-
ria pr̄is vr̄i vultis facere. Ille ho-
micida erat ab initio: et i veritate
nō stetit: quia nō est veritas in eo.
Cum loquit̄ mēdaciū: ex proprijs
loquit̄ / quia mēdax est / ⁊ pater eiꝰ.
Ego autē q̄a veritatē dico: nō cre-
ditis mihi. Quis ex vobis arguet
me de pctō? Si vitatē dico vobis /
quare vos nō creditis mihi? Qui
ex deo est / verba dei audit. Offr.

Immittit angelus domini i circuitu timē Psal.
tium eum: et eripiet eos: gustate et videte / xxxiii.
quoniam suauis est dominus. Psus. Be- Eodem
nedicam dominum in omni tempore: sem-
per laus eius in ore meo. Secreta.
Sacrificia dn̄e q̄s propēsius
ista nos saluent: que medi-
cinalibus sunt instituta ieiunijs.
Per dn̄m. Prefatio. Qui corpora- Joan.
li ieiu. Cōio. Panis quē ego dedero: ca- vi. C.
ro mea est pro seculi vita. Postcōio.
Tuo nos dn̄e largitate do
norū: et tēporalibꝰ attolle
presidijs: et renoua sempiternis.
Per dominum. Super populum.
Humiliate capita vestra deo. Oro
Da quesumꝰ domine popu-
lis christianis: et que profi
tentur agnoscere: ⁊ celeste munus
diligere quod frequentant. Per.
¶ Feria sexta quatuor tēporum
Quadragesime. Officium.
De necessitatibus meis Psal.
eripe me domine: vide xxiiii.
humilitatem meam ⁊
laborem meum: et di-
mitte omnia peccata
mea. Ps. Ad te leuaui aīam meam: deus Eodem
meus in te confido non erubescam. Fle-
ctamus genua / Leuate. Oratio.
Esto domine propicius ple
bi tue: ⁊ quam tibi facis es-
se deuotam: benigno refoue mise-
ratus auxilio. Per dominum no.
Lectio Ezechielis prophete. xviij.
Hec dicit dominꝰ deus. Ani- Cap.
ma que peccauerit: ipsa mo- xviii.
rietur. Filius non portabit iniqui C.
tatem patris: et pater nō portabit
iniquitatem filij. Justicia iusti su
per eum erit: ⁊ impietas impij erit
sup eū. Si autē impiꝰ egerit peni-

tentiam ab omnib⁹ peccatis suis/ que opat⁹ est: ꝛ custodierit oīa precepta mea: ꝛ fecerit iudiciũ ꝛ iusticiã: vita viuet/ ꝛ non morieẽ. Oim iniq̃tatũ ei⁹ quas operat⁹ est/ non recordabor. In iusticia sua quam operat⁹ est/ viuet. Nũquid volũtatis mee est mors impij dicit dñs deus: ꝛ nõ magis vt cõuertat a vijs suis/ ꝛ viuat? Si autẽ auerterit se iustus a iusticia sua: ꝛ fecerit iniq̃tatem/ scðm omnes abhominationes quas operari solet impi⁹: nũquid viuet? Oẽs iusticie ei⁹ quas fecerat: nõ recordabũẽ. In preuaricatiõe sua qua preuaricat⁹ est: ꝛ in pctõ suo q̃ð peccauit: i ipsis morietur. Et dixistis Nõ est equa via dñi. Audite ergo dom⁹ israel. Nũquid via mea non est equa: et non magis vie vestre praue sunt? Cũ enĩ auerterit se iust⁹ a iusticia sua et fecerit iniquitatẽ: morieẽ in eis In iniusticia sua quã operat⁹ est morieẽ. Et cum auerterit se impi⁹ ab ĩpietate sua quã operat⁹ est: et fecerit iudicium ꝛ iusticiã: ipse animam suã viuificabit. Cõsiderans enim/ ꝛ auertens se ab oibus iniq̃tatib⁹ suis quas operat⁹ est vita/ viuet: ꝛ nõ morieẽ. Dicit dñs oĩs.

Psal. lxxxv. Gr. Saluum fac seruũ tuũ: deus meus sperantem in te. Vsus. Auribus percipe domine orationem meam. Tractus.

Psal. cii. Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neq̃ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Vsus. Domine ne memineris iniqui

Psal. lxxviii. tatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos mie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio

Eodem cum dicitur Vsus. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propter⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum.

¶ Secundum Joannem. b.



In illo tempore. Erat dies festus iudeorum: et ascẽdit iesus hierosolymã Est autem hierosolymis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida/ q̃nq̃ portic⁹ habẽs In his iacebat multitudo magna languentiũ/ cecorũ/ claudorũ. aridorũ: expectãtiũ aque motum. Angelus autem dñi scðm temp⁹ descendebat in piscinã: et mouebatur aqua. Et q̃cũq̃ prior descendisset i piscinã post motionẽ aque: sanus fiebat/ a quacũq̃ detinebatẽ infirmitate. Erat aũt q̃dã homo ibi triginta et octo annos habẽs i infirmitate sua. Hũc cũ vidisset ies⁹ iacentẽ: ꝛ cognouisset q̃a multũ iã temp⁹ haberet/ dicit ei. Uis sanus fieri? Respõdit ei lãguidus. Dñe/ hoiem nõ habeo vt cũ turbata fuerit aqua: mittat me i piscinã. Dũ venio enim ego: alius ante me descẽdit. Dicit ei iesus. Surge/ tolle grabatum tuũ/ ꝛ ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatũ suum/ ꝛ ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebãt ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est/ non licet tibi tollere grabatũ tuũ. Respondit eis. Qui me sanum fecit/ ille mihi dixit: tolle grabatũ tuũ: et ambula. Interrogauerunt er-

go eum. Quis est ille homo qui di-
xit tibi: tolle grabatũ tuũ ⁊ ambu
la? Is autẽ qui sanus fuerat effe-
ctus: nesciebat quis esset. Jes⁹ au
tem declinauit a turba constituta
in loco. Postea inuenit eum iesus
in templo: et dixit illi. Ecce san⁹ fa
ctus es: iam noli peccare/ne dete-
rius tibi aliquid contingat. Abijt
ille homo: et nũciauit iudeis: quia
iesus esset: qui fecit eum sanum.
Offr. Bñdic anima mea dño: ⁊ noli obli-
uisci omnes retributiones eius: ⁊ renoua-
bitur sicut aquile iuuẽt⁹ tua. V. Qui pro
piciatur omnibus iniquitatibus tuis: ⁊ re
demit de interitu vitã tuã qui coronat te in
miseratione et misericordia. Secreta.
Suscipe dñe q̃s munera no-
stris oblata seruitijs: ⁊ tua
propici⁹ dona sanctifica. Per do.
Prefatio. Qui corporali ieiunio.
Cõio. Erubescant ⁊ conturbẽtur omnes
inimici mei: auertantur retrorsum: ⁊ eru-
bescant valde velociter. Postcõio.
Per hui⁹ dñe operationem
mysterij: et vicia nr̃a pur-
gentur: et iusta desideria cõplean-
tur. p V. Super populum. Oratio.
Exaudi nos misericors de⁹:
et mentibus nostris/gratie
tue lumen ostẽde. Per dominum.
¶ Sabbato .iiij. tẽpor. xl. Officiũ
Intret oratio mea i cõ-
spectu tuo: inclina au-
rem tuã ad precẽ meã.
Ps. Dñe deus salutis mee
in die clamaui / et nocte co-
ram te. Oẽs oratiões sine Dñs vo-
biscũ dñe/ preter vltimã que est an
te epistolã ⁊ ad oẽs orones dicitur
Oremus similiter: ⁊ ad oẽs oratiões
vbi Flectam⁹ genua. preterq̃ ad vl-
timam: et omnes lectiões cum su-
is titulis legantur. Oratio.
Populum tuum quesumus
dñe propicius respice: atq̃
ab eo flagella tue iracũdie/ clemẽ-
ter auerte. Per dominum nostrũ.
Lectio libri Deuteronomij. xxvj.
In diebus illis. Locutus est Cap.
moyses ad dñm dicens. Re- xxvi.
spice dñe de sãctuario tuo: et de ex- D
celso celo⁊ habitaculo: ⁊ bñdic po
pulo tuo israel: ⁊ terre quã dedisti
nobis: sicut iurasti p̃rib⁹ nr̃is: ter-
re lacte ⁊ melle manãti. Audi is-
rael. Hodie dñs de⁹ tu⁹ p̃cepit tibi:
vt facias mãdata ei⁹: atq̃ iudicia
et custodias et impleas ex toto cor
de tuo: ⁊ ex tota aĩa tua. Dñm ele-
gisti hodie vt sit tibi de⁹: et ambu-
les in vijs eius. Ut custodias ceri
monias illi⁹: ⁊ mandata eius atq̃
iudicia: et obedias eius imperio.
En dñs elegit te hodie: vt sis ei po-
pulus peculiaris/ sicut locutus est
tibi: ⁊ custodias oĩa p̃cepta ei⁹ ⁊ fa
ciet te excelsiorẽ cũctis gẽtib⁹ quas
creauit in laudẽ/et nomẽ/ ⁊ gloriã
suã: vt sis populus sanct⁹ dñi dei
tui: sicut locutus est tibi. Gr. Propi Psal.
tius esto domine peccatis nostris: nequan lxxviii.
do dicant gentes: vbi est deus eorum. V.
Adiuua nos deus salutaris noster: et pro- Eodem
pter honorem nominis tui dñe libera nos.
Non repetatur Grad. Oremus.
Flectamus genua/ Leuate. Orõ.
Deus qui nos per tempora-
lia ducis ad eterna: preten
de miam tuam/ad celestia promis
sa mentibus: et quia tuũ est quod
in te credimus: tuũ sit omne quod
viuimus. Per dominũ nostrum.
Lectio libri Deuteronomij. xi.

Sabbato quatuoꝛ tēpoꝛum

ca. xi. IN diebus illis. Dixit moy-
C. ses filijs israel. Si custodie-
ritis mādata que ego pꝛecipio vo-
bis/ et feceritis ea: vt diligatis do-
minū deū vestrū: et ambuletis in
oībus vijs eiꝰ adherētes ei/ disper-
det dn̄s oēs gētes istas ante faciē
vestrā: et possidebitis eas que ma-
ioꝛes et foꝛtioꝛes vobis sunt. Omnis
locꝰ quē calcauerit pes vester: ve-
ster erit. A deserto/ et libano/ ⁊ flu-
mine magno eufrate/ vsq̧ ad ma-
re occidētale/ erunt termini vestri.
D. Nullus stabit contra vos. Terro-
rem vestrū et foꝛmidinē/ dabit do-
minus deus vester/ sup omnē ter-
ram quam calcaturi estis: sicut lo-
cutꝰ est vobis: dn̄s deꝰ vester. Gr.
Psal. Pꝛotectoꝛ noster aspice deus: et respice su-
lxxxiii. per seruos tuos. V̸. Domine deus virtu-
tum: exaudi pꝛeces seruoꝛū tuoꝛū. Oremꝰ
Flectamus genua/ Leuate. Oro.

PRotectoꝛ noster aspice deꝰ: vt qui maloꝛum nostroꝛū pondere pꝛemimur: percepta misericoꝛdia/ libera tibi mente famulemur. Per dominum nostrum.

Lectio libri Machabeoꝛum. ii. i.
ii. Ca. IN diebus illis. Oratione fa-
i. E. ciētes sacerdotes/ dū offerrēt
sacrificiū pro pplo israel ionatha
inchoante/ ceteris aūt respōdētibꝰ
⁊ dicētibꝰ. Benefaciat vobis deus
et meminerit testamenti sui: quod
ad abraham/ ysaac/ ⁊ iacob locutꝰ
est/ seruoꝝ suoꝛū fideliū. Et det vo-
bis coꝛ oībus vt colatis eum: ⁊ fa-
ciatis eiꝰ voluntatē: coꝛde magno
et animo volenti. Adaperiat dn̄s
coꝛ vestrū in lege sua: ⁊ i pꝛeceptis
suis: et faciat pacē. Exaudiat dn̄s
oꝛationes vestras: et recōciliet vo-
bis/ nec vos deserat i tempoꝛe ma-
lo/ dn̄s deus noster. Gr. Conuertere Psal.
dn̄e aliquantulū: ⁊ depꝛecare super seruos
tuos. V̸. Dn̄e refugium factus es nobis
a generatione et pꝛogenie. Oremꝰ. Fle-
ctamus genua/ Leuate. Oratio.

ADesto quesumus domine supplicationibus nostris: vt esse te largiente mereamur: et inter pꝛospera humiles: et iter aduersa securi. Per dominū.

Lectio libri Sapiētie. Ecclesiastici. xxxvi.
MIserere nostri deus oīm/ et
respice nos: et ostēde nobis
lucē miserationū tuaꝝ: ⁊ immitte
timoꝛē tuū sup gentes/ que nō ex-
quisierūt te: vt cognoscāt quia nō
est deus nisi tu: vt enarrēt magna-
lia tua. Alleua manū tuam super
gentes alienas vt videāt potentiā
tuam. Sicut enī i cōspectu eoꝛum/
sanctificatꝰ es i nobis: sic i conspe-
ctu nostro magnificaberis in illis
vt cognoscāt te/ sicut ⁊ nos cogno-
uimus: quia nō est deus/ pꝛeter te
dn̄e. Innoua signa/ ⁊ immuta mira-
bilia. Gloꝛifica manū ⁊ bꝛachium
dextrum. Excita furoꝛem: ⁊ effun-
de iram. Extolle aduersariū: ⁊ af-
flige inimicum. Festina tempus ⁊
memento finis: vt enarrēt vniuer-
sa mirabilia tua: dn̄e deus noster.
Gr. Saluū fac populum tuum domine: ⁊
benedic hereditati tue. V̸. Ad te dn̄e clama-
ui: deus meus ne sileas a me: et ero similis
descendentibus in lacum. Oremꝰ. Fle-
ctamus genua/ Leuate. Oratio.

ACtiones nostras q̄s dn̄e et aspirando pꝛeueni/ ⁊ adiuuando pꝛosequere/ vt cūcta nostra operatio: et a te semper incipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per dominū

¶Lectio Danielis prophete. iij.

Angel⁹ dñi descēdit cū azaria ꝫ sociis eius in fornacē et excussit flāmā ignis de fornace: ꝫ fecit mediū fornacis quasi vētum roris flantē. Flāma autē diffusa est sup fornacem cubitis quadragitanouē: et incēdit quos reperit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis qui eam incēdebāt. Illos autē omnino nō tetigit ignis/ neqꝫ cōtristauit: nec quicꝙ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore/laudabāt: ꝫ glorificabāt: ꝫ benedicebant deū in fornace: dicētes Bñdictus es dñe deus patrum nostrorū: et laudabilis: et gl'iosus: et superexaltat⁹ i secula. Et bñdictum nomen glorie tue quod est sanctū: et laudabile ꝫ superexaltatū in oībus seculis. Benedict⁹ es in tēplo sancto glorie tue: ꝫ suplaudabilis ꝫ supgloriosus in secula. Bñdict⁹ es in throno regni tui: ꝫ suplaudabilis: ꝫ superaltat⁹ in secula. Bñdictus es super sceptrū regni diuinitatis tue: et suplaudabilis et superexaltat⁹ i secula. Bñdictus es qui intueris abyssos: ꝫ sedes super cherubin: et suplaudabilis et supexaltat⁹ i secula. Benedict⁹ es qui ambulas super pēnas ventorū: et sup vndas maris: et superlaudabilis: et superexaltatus in secula. Duo clerici de secunda forma: in superpellicijs: ad gradum chori dicant Tractum sequētem. Tract⁹

Benedictus es in firmamento celi: ꝫ laudabilis et gloriosus in secula.

Chorus idem repetat. Clerici. v⁹. Benedicite omnia opera dñi dño: benedicite celi dño: benedicite angeli dñi domino. Chorus post vnūquodqꝫ v. respondeat. Hymnum dicite et superexaltate eū et oia in secula. Clerici. v. Benedicite aque que supra celos sunt domino: bñdicite oēs virtutes domini dño: bñdicite sol et luna dño Chor⁹ Hymnum dicite. Clerici. v. Benedicite stelle celi dño: benedicite ymber et ros domino: benedicite ois spūs dei dño. Chorus. Hymnum. Clerici. v. Benedicite ignis et est⁹ domino: benedicite noctes et dies domino: benedicite tenebre ꝫ lumen domino. Chor⁹ Hymnū. Clerici. v. Benedicite frig⁹ ꝫ cauma domino: benedicite pruina ꝫ niues domino: benedicite fulgura et nubes domino. Chor⁹. Hymnū. Clerici. v. Benedicat terra dño: benedicite mōtes et colles domino: benedicite oia nascentia terre domino. Chor⁹. Hymnum Clerici. v. Benedicite maria et flumina dño: benedicite fōtes domino: bñdicite cete et oia que mouētur i aquis domino. Chorus. Hymnū. Cleri. v. Benedicite volucres celi domino: bñdicite bestie ꝫ vniuersa pecora domino: benedicite filii hominū domino. Cho Hymnū Cleri. v. Benedicat israel domino: bñdicite sacerdotes domini dño: bñdicite serui dñi dño. Chor⁹. Hymnum. Clerici. v⁹ Bñdicite spiritus et aīe iustorū domino: bñdicite sctī ꝫ humiles corde domio. Chor⁹ Hymnū. Clerici v. Bñdicite anania azaria misael domino Chorus. Hymnum. Postea clerici reincipiant Tr. Benedictus es in firmamēto. et pcātet a choro. Sequit Dñs vobis. ꝫ Orem⁹. Hic nō dicat Flectam⁹ genua/ Leuate. Oratio

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniū: cōcede propici⁹: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per do. Hic dñr memorie consuete

¶Ad Thessalonicenses.

i. Ca. v. d. C. Fratres. Rogam⁹ vos: corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos/ patientes estote ad oes. Uidete/ ne quis malu pro malo alicui reddat sed semp quod bonu est/ sectamini in invice: et in oes. Semp gaudete
D sine intermissione orate: in oibus gratias agite. Hec est eni volutas dei in christo iesu: in oibus vobis. Spiritu nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Oia aute probate/ quod bonu est tenete/ ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem de⁹ pacis sctificet vos per omnia: vt iteger spiritus vester: et anima: et corpus/ sine querela i adventu dni nostri iesu xpi servetur. Duo clerici de secuda forma: i cappis nigris ad gradu chori / simul cantent totu et integru istu Tractu.

Psal. cxvi. Laudate dnm oes getes: et collaudate eum omnes populi. V⁹. Qm cofirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum.

¶ Secundum Mattheum. xvij.

Cap. xvij. A. 
In illo tpe. Assumpsit ies⁹ petru et iacobu / et ioanne fratre ei⁹: et duxit illos i monte excelsum seorsu et trasfigurat⁹ est ante eos. Et resplenduit facies ei⁹ sicut sol: vestimeta aute ei⁹ facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerut illis moyses et helyas/ cu eo loquentes. Respodes autem petrus: dixit ad iesum. Dne/ bonum est nos hic esse. Si vis/ faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum/ moysi vnu/ et helye vnu. Adhuc eo loquente/ ecce nubes lucida/ obubrauit eos. Et ecce vox de nube/ dicens. Hic est filius meus dilectus/ in quo mihi bene coplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli/ ceciderunt in faciem sua: et timuerunt valde. Et accessit iesus/ et tetigit eos/ dixitq; eis. Surgite/ et nolite timere. Levantes aut oculos suos/ nemine viderunt: nisi solum iesum. Et descedetib⁹ illis de monte/ precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hois a mortuis resurgat. Offr. Domine deus salutis mee: in die clamavi et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. V. Inclina aure tuam ad prece meam: dne longe fecisti notos meos a me: clamavi ad te domine/ tota die expandi manus meas ad te. Secreta.

Presentib⁹ sacrificijs qs dne ieiunia nostra sactifica: vt quod observantia nra profitetur extrinsec⁹: itrinsec⁹ operet. Per d. Prefa. Qui corpali. Coio. Dne de⁹ meus in te speravi: libera me ab omnibus persequetibus me et eripe me. Postcoio.

Quos divino domine reficis mysterio/ perpetuo defende presidio: et quos imbuisti celestib⁹ institutis: salutarib⁹ comitare solatijs. Per. Si Episcop⁹ defuerit: dicatur super populu hec oro. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Fideles tuos dne bndictio desiderata cfirmet: q eos a tua volutate nuq faciat discrepare: et tuis semp indulgeat bnficijs gratulari. Per. Tn si Eps presens fue. et ordines fecerit no dicet.

¶ Dnica secunda. xl. Officium.

Psal. xxiiii. Eminiscere misera
tionum tuarũ do-
mine: et misericor-
die tue que a seculo
sunt: ne vnq̃ domi-
nẽtur nobis inimi-
ci nostri: libera nos deus israel: ex
Idem omnibus angustijs nostris. Ps. Ad
te domine leuaui animã meã: deus meus
in te confido non erubescam. Oratio.
DEus q̃ conspicis omni nos
virtute destitui: interius ex-
teriusq̃ custodi: vt ab omnib⁹ ad-
uersitatibus muniamur in corpo
re: et a prauis cogitationib⁹ mun
demur in mente. Per dñm nostrũ.
Ad Thessalonicenses. j. iiij.
FRatres. Rogam⁹ vos ꝛ ob
secram⁹ i dño iesu: vt quẽ-
admodũ accepistis a nobis / quo-
modo vos oporteat ãbulare ꝛ pla
cere deo: sic ꝛ ambuletis / vt abũde
tis magis. Scitis enim que prece-
pta dederim vobis / p dñm iesum.
Hec est eñi voluntas dei sctificatio
vr̃a: vt abstineatis vos a fornica-
tione: vt sciat vnusquisq̃ vestrum
suũ vas possidere i sanctificatiõe
et honore: nõ i passiõe desiderij / si-
cut et gentes / que ignorãt deũ. Et
ne qs supergrediat̃ / neq̃ circũue-
niat i negocio fratrẽ suũ: qm̃ vin-
dex est dñs de his oĩbus sicut p̃dixi
mus vobis / ꝛ testificati sum⁹. Nõ
eñi vocauit nos deus in immũdiciã:
sed in sanctificationẽ. In xp̃o iesu /
Psal. dño nr̃o. Gr. Tribulatiões cordis mei
xxiiii. dilatate sũt de necessitatib⁹ meis eripe me
Idem dñe. ℣. Vide hũilitatẽ meã ꝛ laborẽ meũ:
et dimitte oĩa peccata mea. Tractus.
Math. DIxit dominus mulieri chananee
xv. c. non est bonum sumere panem fi-
liorum: ꝛ mittere canibus ad manducan- et oĩa i-
dum. ℣sus. At illa dixit: etiã dñe: nam ꝛ fra.
catelli edunt de micis que cadunt de mẽsa
dñorũ suorũ. ℣s⁹. Ait illi iesus: o mulier /
magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti.
¶ Secundum Mattheum. xv.



IN illo tem ca. xv.
pore Egres c.
sus iesus secessit
in partes tyri / et
sydõis / ꝛ ecce mu
lier chananea a
finib⁹ illis egres
sa clamauit / di-
cens ei Miserere
mei dñe fili dauid: filia mea male
a demonio vexat̃. Qui nõ respon-
dit ei verbũ. Et accedẽtes discipuli
eius / rogabãt eũ / dicẽtes. Dimitte
eã / q̃a clamat post nos. Ipse aũt re
spõdẽs / ait. Nõ sum miss⁹ / nisi ad
oues que perierũt dom⁹ israel. At
illa venit: ꝛ adorauit eum dicens.
Dñe / adiuua me. Qui respõdens /
ait. Nõ est bonum sumere panẽ fi
liorũ: ꝛ mittere canib⁹. At illa di-
xit. Etiã dñe. Nã ꝛ catelli edunt de
micis / q̃ cadũt de mẽsa dñoꝝ suoꝝ.
Tũc respõdẽs ies⁹: ait illi. O mu-
lier / magna est fides tua / fiat tibi
sicut vis. Et sanata est filia ei⁹: ex
illa hora. Offr. Meditabor i mãdatis Psal.
tuis que dilexi valde: ꝛ leuabo man⁹ me- cxviii.
as ad mandata tua que dilexi. Secreta
ECclesie tue domine mune-
ra placatus assume: que et
misericors offerẽda tribuisti: et in
nostre salutis potenter efficis trã-
sire mysterium. Per dñm. Prefa-
tio quotidiana. Cõio. Intellige cla- Psal.
morẽ meum: intẽde voci orationis mee rex v.
meus ꝛ de⁹ meus: qm̃ ad te orabo domine

C Orporis et san- Postcōio.
guinis sacrosancti domine
quesumus gratia nos sumpta vi
uificet: et quod mysticis actionib⁹
pollicetur: eternis effectib⁹ largiatur.
Per. ¶ Feria secunda post Remi
niscere. Ad missam. Officium.

Psal. xxv. R Edime me domine / et
miserere mei: pes enim
meus stetit in via re-
cta in ecclesijs benedi-
Eodem cam domini. Ps. Judica
me dñe: qm ego in innocētia mea ingressus
sum: & in domino sperans non infirmabor.
Flectamus genua / Leuate. Oro.

P Resta qs ops deus: vt fami
lia tua q se affligēdo carnē
ab alimētis abstinet: sectādo iusti
ciā a culpa ieiunet. Per dñm nrm.

¶ Lectio Danielis prophete. ix.

Cap. ix. D. I N dieb⁹ illis. Orauit daniel
ad dñm dicēs. Dñe deus no
ster / qui eduxisti p̄plm tuū de ter-
ra egypti in manu forti: & fecisti ti
bi nomē scd̄m diem hanc: peccaui-
mus / iniq̄tatē fecim⁹ dñe: in oēm
iusticiā tuā. Auertat obsecro ira
tua et furor tu⁹ / a ciuitate tua hie
rusalē: & a monte sancto tuo. Pro
pter peccata enī nostra: & iniquita
tes patrū nostrorū hierusalē / & po-
pulus tuus i opprobriū sunt oīb⁹
per circuitū nrm. Nūc ergo exau-
di deus noster orationē serui tui / &
preces eius: et ostēde faciē tuā sup
sanctuariū tuū / quod desertū est.
E. Propter temetipsum inclina deus
meus aurē tuā: et audi: aperi ocu
los tuos / & vide desolationem no-
stram / et ciuitatē super quā inuo-
catum est nomē tuū. Neq3 enim in
iustificationib⁹ nostris p̄sternim⁹
preces ante faciem tuam: sed i mi-
serationibus tuis multis. Exaudi
dñe / placare dñe / attēde / et fac. Ne
moreris p̄pter temetipsum deus
meus / qa nomē tuū inuocatū est su
per ciuitatē: & super populū tuum
dñe deus noster. Gr. Adiutor meus &
liberator meus esto domine ne tardaueris
V. Confundantur & reuereantur inimici
mei / qui q̄runt animam meam. Tract⁹.

D Omine non scd̄m peccā nostra q̄ fe
cimus nos: neq3 scd̄m iniquitates
nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memi
neris iniquitatum nostrarum antiquarum
cito anticipent nos mie tue: quia pau-
peres facti sumus nimis. Hic non fiat ge
nuflexio cum dicitur V. Adiuua nos
deus salutaris noster: & p̄pter gloriam no-
minis tui dñe libera nos: & propicius esto
peccatis nostris: propter nomen tuum.

¶ Secundum Joannem. viij.



I N illo tem
pore. Dixit
ie⁹ turbis iudeo
rum. Ego vado /
et q̄retis me / & in
peccō vr̄o morie-
mini. Quo ego
vado: vos nō po
testis venire. Di
cebāt ergo iudei. Nunqd interficiet
semetipsum: qa dicit / quo ego va-
do / vos non potestis venire? Et di
cebat eis. Vos de deorsū estis: ego
de super⁹ sum. Vos de mūdo hoc
estis: ego nō sum de hoc mūdo. Di
xi ergo vobis / qa moriemini i pec
catis vr̄is. Si enī non credideritis
quia ego sum / moriemini in pecca
to vestro. Dicebāt ergo ei. Tu qs
es? Dixit eis iesus. Principiū qui
et loquor vobis. Multa habeo de

vobis loqui/ et iudicare: sed qui mi
sit me/ verax est. Et ego que audi-
ui ab eo: hec loquor i mũdo. Et nõ
cognouerũt: quia patrẽ eius dice-
bat deũ. Dixit ergo eis ies⁹. Cum
exaltaueritis filiũ hoĩs/ tũc cogno
scetis/ quia ego sum. Et a meipso
facio nihil: sed sicut docuit me pa-
ter/ hec loquor. Et q̃ me misit/ me-
cum est: et non reliquit me solum.
Quia ego que placita sũt ei/ facio
semper. Offr̃. Bñdicã dñm qui tribuit
mihi intellectũ: prouidebam deum in con-
spectu meo semp̃: qm̃ a dextris est mihi ne
cõmouear. ỳ⁹. Conserua me dñe qm̃ in te
speraui: ego dixi deus meus es tu: domin⁹
pars hereditatis mee. Secreta.
Hec hostia domine placatio-
nis et laudis: tua nos propi
ciatione dignos efficiat. Per dñm
nr̃m iesũ chr̃m. Prefa. Qui corp̃ali.
Cõio. Dñe dñs noster: q̃ admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra. Postcõ.
Hec nos communio domine
purget a crimine: et celestis
remedij facias esse consortes. Per
dñm nostrum iesum christũ filiũ
tuum. Qui te. Sup̃ populum. Hu-
miliate capita vestra deo. Oratio
Adesto supplicatiõib⁹ nr̃is
oĩps de⁹: et q̃b⁹ fiduciã spe-
rãde pietatis ĩdulges: cõsuete mie
tribue benignus effectũ. Per dñm
nostrum iesum xp̃m filium tuum.
Qui tecum. ¶ Feria. iiij. post Re-
miniscere. Ad missam. Officium.
Tibi dixit cor meũ: que-
siuit vultum tuũ: vul-
tum tuum dñe requi-
ram: ne auertas faciẽ
tuam a me. ps. Dñs il-
luminatio mea: et salus mea quem timebo

Flectamus genua Leuate. Oõ.
Perfice q̃s dñe benign⁹ i no-
bis obseruãtie scẽ subsidiũ
vt que te auctore faciẽda cognoui
mus: te operãte cõpleam⁹. Per do
minũ nostrũ iesum xp̃m filiũ tuũ.
Qui. Lectio libri Regum. iij. xvij.
In diebus illis. Fact⁹ est ser iii. ca.
mo dñi ad heliam thesbiten xvii. B
dicens. Surge/ et vade i sareptam
sidoniorũ: et manebis ibi. Precepi
enim ibi mulieri vidue: vt pascat
te. Surrexit helyas: et abijt i sare-
ptã. Cũq̃ venisset ad portã ciuita-
tis: apparuit ei mulier vidua col-
ligens ligna. Et vocauit eã: dixit-
q̃ ei. Da mihi paululũ aque i va-
se: vt bibam. Cũq̃ illa p̃geret vt of
ferret clamauit post tergũ eius di
cens. Affer mihi obsecro et buccel
lam panis: in manu tua. Que re-
spõdit. Uiuit dñs deus tuus: quia
non habeo panẽ: nisi quãtũ pugil-
lus potest capere farine in hydria
et paululũ olei in lechito. En colli-
go duo ligna: vt ingrediar et faciã
illud mihi et filio meo: vt comeda-
mus et moriamur. Ad quã helyas
ait. Noli timere: sed vade: et fac si-
cut dixisti. Uerũtamẽ mihi primũ
fac de ipsa farinula: subcinericiũ
panẽ paruulũ: et affer ad me: tibi
autẽ et filio tuo: facies postea. Hec
autẽ dicit dñs deus israel. Hydria C
farine nõ deficiet: nec lechitus olei
minuet: vsq̃ in diẽ in qua dñs da-
turus est pluuiã sup̃ faciem terre.
Que abijt/ et fecit iuxta verbũ he-
lye: et comedit ipse et illa: et dom⁹
eius tota. Et ex illa die hydria fari
ne nõ defecit: et lechitus olei nõ est
imminut⁹ iuxta verbũ dñi: quod

Psal. liiii. locut⁹ fuerat i manu helye. Gr. Iacta cogitatū tuū in dn̄o: ꝛ ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dominū: exaudiuit vocem meā: ab his qui appropinquant mihi. ¶ Secundum Mattheum. xxiij.

Cap. xxiii. A



IN illo tempore: Locutus est ies⁹ ad turbas / ꝛ ad discipulos suos / dicens. Super cathedrā moysi: sederunt scribe ꝛ pharisei. Omnia ergo quecunqꝫ dixerint vobis / seruate et facite: scd̄m vero opera eoꝝ nolite facere. Dicūt enī / et nō faciunt. Alligant enī onera grauia ꝛ importabilia: ꝛ imponunt in humeros hominū: digito aūt suo / nolūt ea mouere. Oīa vero opera sua faciunt vt videāntur ab hoībus. Dilatant enim phylateria sua: et magnificant fimbrias. Amāt aūt primos recubitus i cenis: et primas cathedras in synagogis: et salutatiōes in foro: ꝛ vocari ab hoībus rabbi. Vos autem / nolite vocari rabbi. Un⁹ est enim magister vester / omnes autē vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis sup terram. Unus est enim pater vester / qui i celis est. Nec vocemini magistri / quia magister vester / vnus est xp̄s. Qui maior est vestrū: erit minister vester. Qui aūt se exaltauerit / humiliabit: et qui se humiliauerit / exaltabitur. Offr. Miserere

Psal. l. mihi dn̄e secundū magnā misericordiā tuā dele dn̄e iniquitatē meam. ℣. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco: ꝛ delictū meum contra me est semper. Secreta.

SAnctificatione tuā nobis dn̄e his mysterijs placatus operare: que nos et a terrenis purget vicijs: ꝛ ad celestia dona perducat. Per. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Narrabo omnia mirabi- Psal. ix. lia tua: letabor ꝛ exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Postcōio.

SIt nobis q̄s dn̄e medicina mentis ꝛ corporis / quod de sancto altari tuo percepim⁹ / vt nullis aduersitatibus fatigemur qui tanti remedij participatione munimur. Per do. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oro.

PRopiciare dn̄e supplicationibus nostris: et aīarū nostrarū medere lāguorib⁹: vt remissione percepta / in tua semper benedictione letemur. Per dn̄m. ¶ Feria. iiij. post Reminiscere. Officiū.



NE derelinquas me dn̄e deus me⁹ ne discedas a me / intēde i adiutoriū meū dn̄e virt⁹ salutis mee. Ps. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neqꝫ i ira tua corripias me. Flectamus genua / Leuate. Oro. Psal. xxxvii.

POpulum tuum q̄s dn̄e propici⁹ respice ꝛ quos ab escis carnalib⁹ precipis abstinere: a noxijs quoqꝫ vicijs cessare concede. Per dn̄m. Lectio libri hester. xiij.

IN dieb⁹ illis. Orauit hester ad dn̄m dicēs. Dn̄e deus rex oīps / in ditiōe tua cuncta sunt posita: ꝛ non est qui tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: cōtinuo liberabimur. Tu enī dn̄e fecisti celū ꝛ terrā: et quicquid celi ambitu ꝯtinet. Dn̄s oīm tu es nec est qui resistat maiestati tue. Cap. xiii.

Et nunc dñe rex regũ / deus abraham / miserere populo tuo: q̃a volunt nos inimici nostri perdere: et hereditatẽ tuam delere. Ne despicias p̃tẽ tuã quã redemisti de egypto: sed exaudi dep̃cationẽ nostrã: et propici⁹ esto sorti / ꝛ funiculo hereditatis tue: et converte luctũ nostrum i gaudiũ: vt viuẽtes / laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canẽtiũ te: dñe de⁹ noster. Gr. Saluum fac populũ tuũ dñe: et benedic hereditati tue. V. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas a me: et ero similis descendentibus in lacum. Tractus.

D E necessitatib⁹ meis eripe me domine / vide humilitatem meam: et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. V. Ad te leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neq̃ irrideant me inimici mei. V. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

¶ Secundum Mattheum. xx.



I N illo tempore. Ascẽdens ies⁹ hierosolymã / assũpsit duodeci discipulos suos secreto et ait illis. Ecce ascẽdim⁹ hierosolymam: ꝛ fili⁹ hois tradet̃ p̃ncipib⁹ sacerdotũ et scribis / ꝛ cõdẽnabũt eũ morte: ꝛ tradent eũ gẽtib⁹ ad illudẽdũ / ꝛ flagellandũ ꝛ crucifigẽdum: ꝛ tertia die resurget. Tũc accessit ad eum mr̃ filioꝝ zebedei cum filiis suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filii mei: vnus ad dexteram: et vn⁹ ad sinistrã / in regno tuo. Respõdens autẽ iesus: dixit. Nescitis q̃d petatis. Potestis bibere calicẽ / quẽ ego bibitur⁹ sũ? Dicunt ei. Possum⁹. Ait illis. Calicẽ quidẽ meũ bibetis: sedere autẽ ad dexterã meã vel ad sinistrã / nõ est meũ dare vobis: sed q̃bus paratũ est a p̃re meo. Et audientes decem indignati sunt de duob⁹ fratrib⁹. Jesus autem vocauit eos ad se: et ait. Scitis / quia principes gentiũ dominant̃ eorum: et qui maiores sunt / potestatẽ exercẽt in eos. Nõ ita erit inter vos. Sed quicũq̃ voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seru⁹. Sicut filius hominis / non venit ministrari sed ministrare: et dare animã suã / in redemptionem pro multis. Offr. Ad te dñe leuaui animã meam: deus meus in te confido non erubescam: neq̃ irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Vl⁹. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salutaris meus: et te sustinui tota die. Secreta.

H Ostias dñe quas tibi offerimus propici⁹ respice: et per hec sacrosancta cõmercia: vincula peccatorum nostroꝝ absolue. Per dñm. Pref. Qui corporali ieiu. Cõio. Justus dñs ꝛ iusticias dilexit equitatem vidit vultus eius. Postcõio.

P Rosit nobis dñe q̃s mysterij frequẽtata perceptio: vt a vetustatis cõditiõe purgati ad tue nouitatis icremẽta tẽdam⁹. Per. Super ppim. Humiliate capita vr̃a deo.

D Eus innocẽtie restitutor / et amator: dirige ad te

Margin notes: Psal. xxiiii. — Psal. xxiiii. — Psal. xxiiii. — Mat. xx. — D. — Psal. xxiiii. — Eodem — Psal. x

tuorum corda seruorum: vt spūs tui fer
uore cōcepto: & i fide inueniant sta
biles: et in opere efficaces. Per do
minum in vnitate eiusdem. ¶ Fe
ria. v. post Reminiscere. Officium
Psal. lxix.  Eus i adiutoriū meū
intēde/ dñe ad adiuuā
dū me festina: ɔfundā
tur et reuereātur ini
mici mei: qui querunt
Eodem aīam meā. Ps. Auertantur retrorsum et
erubescant: qui volunt mihi mala. Fle
ctamus genua/ Leuate. Oratio.
P Resta nobis q̄s dñe auxiliū
gratie tue: vt ieiunijs & ora
tionibus conuenienter intenti: li
beremur ab hostibus mētis & cor
poris. Per dominum nostrum.
Lectio Hieremie prophete. xvij.
Cap. xvii. A. I N diebus illis. Locutus est
hieremias propheta dicens
Maledictus homo/ q̄ cōfidit in ho
mine: & ponit carnē brachiū suū: &
a dño recedit cor ei⁹. Erit enī qua
si mirice i deserto: et nō videbit cū
venerit bonū: sed habitabit in sic
citate i deserto: i terra salsuginis:
B. et inhabitabili. Bñdict⁹ vir q̄ con
fidit i dño: & erit dñs fiducia eius.
Et erit quasi lignū quod trāsplan
tatur sup aquas: quod ad humo
rem mittit radices suas: et non ti
mebit/ cū venerit estus. Et erit fo
lium eius viride: et i tēpore siccita
tis nō erit sollicitū: nec aliquando
desinet facere fructū. Prauum est
cor hois & iscrutabile q̄s cognoscet
illud? Ego dñs scrutās corda & p
bās renes: q̄ do vnicuiq; iuxta viā
suā: & iuxta fructū adinuentionū
Psal. lxviii. suarum. Dicit dñs oīps. Gr. Propi
tius esto dñe peccatis nostris: nequando
dicant gentes vbi est deus eorum. V. Adiu
ua nos deus salutaris noster: et propter ho
norem nominis tui domine libera nos.
¶ Secundum Joannem. b.

I N illo tem
pore. Dixit
ie⁹ turbis iudeo
rū Nō possū ego
a meipso facere
q̄c̄q̄: sed sicut au
dio iudico. Et iu
diciū meū iustū est
q̄a non q̄ro volū
tatem meam: sed volūtatē eius qui
misit me. Si ego testimoniū perhi
beo de meipso: testimoniū meum
non est verum. Alius est qui testi
moniū perhibet de me: & scio quia
verum est testimonium ei⁹: quod
perhibet de me. Vos misistis ad io
annem: et testimonium perhibuit
veritati. Ego autem non ab homi
ne testimoniū accipio: sed hec dico
vt vos salui sitis. Ille erat lucer
na ardēs et lucēs: vos autē volui
stis ad horā exultare/ in luce eius.
Ego aūt habeo testimonium/ ma
ius ioanne. Opera enim que de
dit mihi pater vt perficiam ea: ip
sa opera q̄ ego facio/ testimonium
perhibēt de me: quia pater me mi
sit. Et qui misit me pater: ipse testi
moniū perhibet de me. Neq; voce
eius vnq̄ audistis: neq; speciē eius
vidistis. Et verbum eius non ha
betis in vobis manēs: quia quem
misit ille: huic vos non creditis.
Scrutamini scripturas/ i quibus
putatis vos vitam eternam habe
re: & ille sunt que testimoniū perhi
bent de me. Et nō vultis venire ad
me: vt vitā eternā habeatis. Cla

ritatē ab hoīb⁹ nō accipio: sed co-
gnoui vos: quia dilectionē dei nō
habetis in vobis. Ego veni in no-
mine pr̄is mei: ꝛ nō accepistis me
Si ali⁹ venerit in noīe suo: illū ac
cipietis. Quomodo vos potestis
credere: qui gloriā abinuicē acci-
pitis: ꝛ gloriā q̄ a solo deo est: non
q̄ritis. Nolite putare/ q̄a ego ac-
cusatur⁹ sū vos apud patrē. Est q̄
accusat vos moyses: in quo vos
speratis. Si eñ crederetis moysi
crederetis forsitā et mihi. De me
eñ ille scripsit. Si aūt illi⁹ litteris
nō creditis: quomodo verbis me-
is credetis. Offer. Precat⁹ est moyses
in ꝯspectu dñi dei sui et dixit: precatus est
moyses in ꝯspectu dñi dei sui ꝛ dixit qua
re domine irasceris in populo tuo: parce
ire anime tue: memento abrahā/ isaac/ ꝛ ia
cob: quibus iurasti dare terram fluentem
lac et mel: et placatus factus est dominus
de malignitate quam dixit facere populo
suo. V. Dixit dominus ad moysen. inue-
nisti gratiam in conspectu meo: et scio te
pre omnibus: ꝛ festinans moyses inclina-
uit se in terram ꝛ adorauit dicens: scio q̄a
misericors es in milibus: auferēs iniqui-
tatem et peccata. Secreta.

DEus cui oīm sacrificiorū
varietate finita hostiā nūc
offerim⁹ singularē: adesto votis
tua inspiratione cōceptis: vt in te
sperātiū/ ꝛ desideria iubeas p̄fici:
et peccata deleri. Per dominū no-
strum iesuz christū filiū tuū. Qui
tecū. Prefatio. Qui corpali ieiu.
Cōmunio. Qui manducat meam car-
nem et bibit meū sanguinez: in me manet
et ego in eo/ dicit dominus. Postcōio.

GRatia tua nos dñe q̄s non
derelinquat: q̄ et sacre nos
deditos faciat seruituti: ꝛ tuā no-
bis opem semp̄ acquirat largita-
tis: ꝛ ab oībus tueatur aduersis.
Per dominū. Sup̄ populum. Hu
miliate capita vestra deo. Oratio

ADesto dñe famulis tuis:
et perpetuā benignitatē
largire poscentibus: vt his qui te
auctore ꝛ gubernatore gloriant:
et cōgregata restaures: et restau
rata ꝯserues. Per dominū. ¶ Fe-
ria. vi. post Reminiscere. Officiū

EGo aūt cum iusticia ap Psal.
parebo in cōspectu tuo xvi.
satiabor dum manife-
stabitur gloria tua. Ps.
Exaudi domine iusticiam meam intende Eodem
deprecationem meam. Flectamus ge-
nua Leuate. Oratio.

DA quesumus omnipotēs
de⁹: vt sacro nos purificā-
te ieiunio: sinceris mētib⁹ ad san-
cta ventura facias puenire. Per
dñz. Lectio libri Genesis. xxxvij.

IN dieb⁹ illis. Dixit ioseph Capi.
fratrib⁹ suis. Audite som- xxxvii.
nium meuz quod vidi. Putabam B
nos ligare manipulos in agro: ꝛ
quasi cōsurgere manipulū meuz
et stare: vestrosq; manipulos cir-
cūstātes adorare manipulū meū.
Respōderunt fratres eius. Nun- C
q̄d rex noster eris aut subiiciemur
ditioni tue? Hec ergo causa sōnio
rum atq; sermonū inuidie ꝛ odij
fomitē/ ministrauit. Aliud quoq;
vidit somniū quod narrās fratri
bus/ ait. Vidi p̄ sōniū: quasi solē ꝛ
lunā ꝛ stellas vndeci: adorare me
Quod cū patri suo/ ꝛ fratrib⁹ re-
tulisset: increpauit eū pater suus
et dixit. Quid sibi vult hoc som-

Feria. vj. post Oculi.

nium quod vidisti? Numquid ego
et mater tua / et fratres tui: adora
bimus te sup terram? Inuidebāt
igit ei fratres sui / pr vero / rem ta
citus cōsiderabat. Cūqz fratres
illius in pascendis gregibus pa-
tris / morarentur in sichem: dixit
ad eum israel. Fratres tui pascūt
oues in sichimis: veni mittam te
ad eos. Quo respondente presto
sum / ait. Vade: et vide si cūcta pro
spera sint erga fratres tuos / et pe-
cora: et renuncia mihi quid aga-
tur. Missus de valle ebron: venit
in sichem. Inuenitqz eū vir erran
tem in agro: et interrogauit eum
quid quereret. At ille respondit.
Fratres meos quero. Indica mi-
D. hi vbi pascant greges. Dixitqz ei
vir: recesserūt de loco isto Audiui
autem eos dicentes: eamus in do
thaim. Perrexit ergo ioseph post
fratres suos: et inuenit eos in do-
thaim. Qui cum vidissent eum p-
cul: añqz accederet ad eos: cogita-
uerūt illum occidere: et mutuo lo-
quebātur. Ecce somniator venit
venite occidamus eum: et mitta-
mus in cisternā veterē / dicemusqz
fera pessima deuorauit eum. Et
tunc apparebit: qd illi psint som-
nia sua. Audiens autē hec ruben /
nitebat liberare euz de manibus
eor: et dicebat. Nō interficiamus
animam ei9 / nec effundam9 san-
guinem: sed proiicite eū in cister-
nam hāc / que est i solitudine: ma-
nusqz vestras / seruate innorias.
Hoc autē dicebat: volens eum eri
pere de manibus eorum: et redde-
re patri suo. Gr. Ad dnm cum tribula
Psal. rer clamaui: et exaudiuit me. Vsus. Do-
cxix.

mine libera animam meam / a labiis ini-
quis: et a lingua dolosa. Tractus.

Domine nō secundum peccata no
stra que fecimus nos: neqz secun
dum iniquitates nostras retribuas nobis
V. Domine ne memineris iniquitatū no-
strarum antiquarum: cito anticipent nos
mie tue: quia pauperes facti sum9 nimis.
Hic non fiat genuflexio cum dici-
tur V9. Adiuua nos deus salutaris no-
ster: et propter gloriam nominis tui domi-
ne libera nos: et ppicius esto peccatis no
stris / propter nomen tuum. ¶ Secun-
dum Mattheum. xxi.



In illo tpe
Dixit ies9
discipulis suis et
turbis iudeorū.
Homo quidam
erat paterfami-
lias q plantauit
vineā: et sepem
circūdedit ei. Et
fodit i ea torcular et edificauit tur
rim: et locauit eā agricolis: et per-
egre profectus est. Cum autem
tempus fructuum appropinquas
set: misit seruos suos ad agrico-
las vt acciperēt fruct9 ei9 Et agri
cole apprehēsis seruis ei9: alium
ceciderunt: alium occiderunt: ali
um vero lapidauerūt Iterum mi
sit alios seruos plures priorib9: et
fecerūt illis similiter. Nouissime
autem misit ad eos filium suum /
dicēs. Verebūtur forte filiū meū.
Agricole aūt videntes filium: di-
xerūt itra se. Hic est heres: venite
occidam9 eū et habebim9 heredita
tem eius. Et apprehēsum eū / eiece
runt extra vineā: et occiderūt. Cū
ergo venerit dñs vinee: qd faciet

agricolis illis. Aiunt illi. Malos male pdet: et vineā suā locabit aliis agricolis qui reddēt ei fructum tēporib9 suis. Dicit illis ies9. Nūq legistis in scripturis: lapidem quē reprobauerūt edificātes: hic fact9 est i caput anguli. A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nřis. Ideo dico vobis: qa auferet a vobis regnū dei: et dabit gēti facienti fructus ei9. Et qui ceciderit sup lapidē istū: cōfringet. Sup quē vero ceciderit: cōteret eū. Et cū audissent principes sacerdotū et pharisei parabolas eius: cognouerūt q de ipsis diceret. Et querentes eū tenere: timuerūt turbas. Quoniā sicut prophetā: eum habebāt. Offr.

Dñe i auxiliū meū respice: cōfundāt et reuereāt q querūt aiam meā / vt auferāt eam. ℣. Auertant retrorsum et erubescant: q cogitant mihi mala. Secreta.

Hec in nobis sacrificia dñe deus: et actione permaneāt et operatione firmētur. Per dñm nřz. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. Tu dñe seruabis nos: et custodies nos a gñatiōe hac in eternū. Postcōio.

Hac nos domine quesumus accepto pignore salutis eterne sic tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per dominum nostrum iesum chřistū filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da qs dñe populo tuo / salutē mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo: tue semp virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum. ¶ Sabbato post Reminiscere. Officium.

Lex dñi irreprehensibilis cōuertēs aias: testimoniū dñi fidele sapiētiā prestans paruulis. Ps. Celi enarrant gloriā dei: et opa manuū eius ānunciat firmamentum. Psal. xviii. Eodem

Flectamus genua leuate. Oratio

Da quesumus domine nřis effectū ieiunijs salutarē: vt castigatio carnis assūpta: ad nostrarū vegetationem transeat animarum. Per dominum nostrum. Lectio libri Genesis. xxvii.

In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob Audiui patrem tuū loquētē cum esau fratre tuo: et dicentē ei. Affer mihi de venatiōe tua: et fac cibos: vt comedā et bñdicā tibi corā dño / anteq moriar. Nūc ergo fili mi / acquiesce consilijs meis: et pgens ad gregē affer michi duos hedos optimos: vt faciam ex eis escas patri tuo / quib9 libenter vescit. Quas cū intuleris et comederit: bñdicat tibi / priusq moriatur. Cui ille respondit. Nosti q esau frater meus / homo pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater me9 / et senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et iducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater In me sit / ait / ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam: et pergens affer que dixi. Abijt / et attulit: deditq matri. Parauit illa cibos / sicut nouerat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi / induit eum. Pelliculasq hedorum / circundedit manibus: et colli nuda protexit. Deditq pulmentum: et

[Margin: Capi. xxvii. A. — B. — C.]

panes quos coxerat tradidit. Qui
bus illatis/dixit. Pater mi. At il-
le respondit. Audio. Quis es tu fi
li mi? Dixitq3 iacob. Ego sũ esau
primogenit⁹ tuus: feci tibi sicut p̃
cepisti michi. Surge: sede/ & come-
de de venatione mea: vt benedicat
michi anima tua. Rursumq3 isaac
ad filium suum. Quomodo inq̃t
tam cito inuenire potuisti fili mi?
Qui respõdit. Voluntas dei fuit:
vt cito occurreret michi/quod vole
D bam. Dixitq3 isaac. Accede huc/ vt
tangam te fili mi: et probem verũ
tu sis filius meus esau/ an non.
Accessit ille ad patrem: et palpato
eo/ dixit isaac. Vox quidem/ vox ia
cob est: sed man⁹/ man⁹ sunt esau.
Et non cognouit eum: quia pilose
man⁹/ similitudinem maioris ex-
presserant. Benedicens ergo illi/
ait. Tu es fili⁹ me⁹ esau? Respon-
dit. Ego sum. At ille. Affer michi
/inquit/ cibos de venatione tua fi-
li mi: vt benedicat tibi anima mea
Quos cũ oblatos comedisset: ob-
tulit ei etiam et vinum. Quo hau-
sto: dixit ad eum. Accede ad me: et
da michi osculum fili mi. Accessit
et osculatus est eum. Statimq3 vt
sensit vestimentorũ illius fragrã-
tiam: benedicẽs illi/ ait. Ecce odor
filij mei/ sicut odor agri pleni/ cui
benedixit dominus. Det tibi deus
de rore celi et de pinguedine terre/
abundantiã frumenti/ vini/ et olei
et seruiãt tibi populi/ et adorent te
tribus. Esto dominus fratrũ tuo-
rum: et incuruentur ante te/ filij
matris tue. Qui maledixerit tibi/
sit ille maledictus: & qui bñdixerit
tibi/ bñdictionibus repleatur. Vix

isaac sermonẽ impleuerat: et egres
so iacob foras venit esau/ coctosq3
de venatiõe cibos/ intulit patri/ di
cẽs. Surge pater mi: et comede de
venatione filij tui: vt bñdicat mi-
chi anima tua. Dixitq3 illi isaac.
Quis enim es tu? Qui respondit.
Ego sum fili⁹ tuus primogenitus
esau. Expauit isaac stupore vehe-
menti: et vltra q̃ credi potest admi
rans/ ait. Quis igit ille est/ qui du-
dum captã venationẽ attulit mihi
et comedi ex oĩbus priusq̃ tu veni-
res? Benedixiq3 illi: et erit bñdict⁹.
Auditis esau sermonib⁹ patris: ir
rugijt clamore magno: & cõsterna
tus/ ait. Benedic etiã & mihi pater
mi. Qui ait. Venit german⁹ tuus
fraudulẽter: et accepit benedictio-
nem tuam. At ille subiunxit. Iu-
ste vocatum est nomen eius iacob
supplantauit eñ me/ en altera vi-
ce. Primogenita mea ante tulit: et
nunc secundo surripuit bñdictio-
nem meam. Rursumq3 ad patrẽ.
Nunq̃d nõ reseruasti/ ait/ et mihi
bñdictionẽ. Respõdit isaac. Dñm
tuum illũ cõstitui: & oẽs fratres su
os/ seruituti ill⁹ subiugaui. Fru-
mento/ et vino/ et oleo/ stabiliui eũ
et tibi post hec fili mi vltra quid fa
ciã? Cui esau. Num vnã/ inquit/
tantũ benedictionem habes pater
Michi quoq3 obsecro/ vt bñdicas.
Cũq3 eiulatu magno fleret: mot⁹
isaac dixit ad eum. In pinguedine
terre: et in rore celi desuper: erit be-
nedictio tua. Gr. Bonum est confiteri do.
domino: et psallere nomini tuo altissime. ps.
Vs⁹ Ad annunciandum mane misericor. Cor
diam tuam: et veritatem tuam per noctẽ.
¶ Secundum Lucam. xv.

Lu. xv C



In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidam habuit duos filios et dixit adolescẽtior ex illis patri. Pater/ da mihi portionem substãtie: que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies: congregatis omnibus/ adolescẽtior filius peregre profectus est in regionem lõginquam & ibi dissipauit substantiam suam: viuendo luxuriose. Et postq̃ omnia consumasset: facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abijt/ & adhesit vni ciuium regionis illius: et misit illum in villam suam/ vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vẽtrem suum de siliquis/ quas porci manducabãt et nemo illi dabat. In se autem reuersus: dixit. Quanti mercennarij in domo patris mei/ abũdant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam: & ibo ad patrẽ meum/ et dicam ei. Pater/ peccaui in celum/ & coram te: iam nõ sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum ex mercennarijs tuis. Et surgens: venit ad patrem suũ. Cum autem adhuc lõge esset: vidit illum pater ipsius: & misericordia motus est. Et accurrẽs/ cecidit super collum eius: & osculatus est eum. Dixitq; ei filius. Pater/ peccaui i celũ: et coram te: iam nõ sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam/ et induite illum: & date annulũ in manu eius/ et calciamẽta in pedes eius Et adducite vitulum saginatum et occidite: et manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat/ et reuixit: perierat/ & inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cũ veniret & appropinquaret domui: audiuit simphoniã/ et chorum. Et vocauit vnum de seruis: et interrogauit q̃d hec essent. Isq; dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulũ saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem & nolebat introire. Pater ergo illius egressus: cepit rogare illum. At ille respondens: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: & nunq̃ mandatũ tuum preterijui: & nũq̃ dedisti mihi hedũ: vt cum amicis meis epularer. Sed postq̃ filius tuus hic/ qui deuorauit substãtiã suam cũ meretricibus venit: occidisti illi vitulum saginatũ. At ipse dixit ei. Fili tu semper mecum es: & oĩa mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat quia frater tuus hic mortuus fuerat: et reuixit: perierat/ & inuentus est. Offer. Illumina oculos meos/ ne vnq̃ obdormiam in morte/ nequando dicat inimicus meus/ preualui aduersus eum. Vs. Usq; quo domine obliuisceris me in finem: q̃diu ponam cõsilia in anima m:a. Secreta.

F

G

Psal. xii.

Eodem

His sacrificijs domine cõcede placatus: vt q̃ proprijs oramus absolui delictis/ penis non grauemur eternis. Per dñz. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Oport.

Luce xv. G. tet te fili gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat / et reuixit: perierat: et inuentus est. Postcõio.

Sacramenti tui dñe diuina libatio / penetralia nr̃i cordis infundat et sui nos participes potenter efficiat. Per dominum nostrum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Familiã tuam q̃s dñe conti nua pietate custodi vt que in sola spe gratie celestis innititur / celesti etiam protectione muniatur. Per dñm. ¶ Dñica iij. quadragesime Ad missam. Officiũ.

Psal. xxiiii. 
Oculi mei semp ad dominum / quoniã ipse euellet de laqo pedes meos: respice in me et miserere mei quoniam vnicus et pauper sum ego. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Ibidẽ

Quesumus omnipotens deus / vota humilium respice atq; ad defensionem nostram: dexteram tue maiestatis extẽde. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum viuit. Et

¶ Ad Ephesios. quinto

Cap. v. A. Fratres. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectiõe / sicut et xp̃s dilexit nos: et tradidit semetipsm pro nobis: oblationem et hostiam deo / in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis inmũdicia aut auaritia: nec nominetur ĩ vobis / sicut decet sanctos. aut turpitudo / aut stultiloquium / aut scurrilitas / que ad rẽ nõ pertinet: sed magis gratiar actio. Hoc autem scitote intelligentes: quod oĩs fornicator / aut imũdꝰ aut auarꝰ / q̃d est idolorũ seruitus: nõ habet hereditatẽ in regno christi / et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis Propter hec enim venit ira dei in filios diffidẽtie. Nolite ergo effici pticipes eorũ. Eratis enĩ aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Ut filij lucis ãbulate. Fructus enim lucis est: in omni bonitate / et iustitia / et veritate. Gr. Exurge dñe nõ preualeat homo: iudicẽtur gentes in conspectu tuo. V. In cõuertẽdo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur et peribunt a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. V. Ecce sicut oculi seruorum: in manibꝰ dñorum suorum. V. Et sicut oculi ancille in manibus dñe sue. V. Ita oculi nostri ad dominum deũ nostrum donec misereatur nostri. V. Miserere nobis domine miserere nobis.

¶ Secundum Lucam. xj.



In illo tempore. Erat iesus eijciens demonium: et illud mutum. Et cum eiecisset demonium: locutus est mutus: et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis / dixerunt. In beelzebub pricipe demoniorũ eijcit demonia. Et alij tentantes signum de celo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum: dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisũ / desolabitur et domꝰ supra domũ cadet. Si aũt

et sathanas i seipm diuis9 est: quo
modo stabit regnū ipsius: q̄a dici-
tis i beelzebub eijcere me demonia
Si autē ego in beelzebub eijcio de-
monia: filij vr̄i i quo eijciūt? Ideo
et ipsi iudices vr̄i erūt. Porro si in
digito dei eijcio demonia: pfecto
peruenit in vos regnum dei. Cum
fortis armat9 custodit atrium su-
um: in pace sunt ea que possidet.
Si autem fortior illo superueniens
vicerit eū: vniuersa arma eius au-
feret/in quibus confidebat: et spo-
lia eius distribuet. Qui nō est me-
cum: contra me est. Et qui non col-
ligit mecum: dispergit. Cum im-
mundus spūs exierit ab homine:
ambulat per loca inaquosa/que-
rens requiem: et non inueniens di
cit. Reuertar in domū meam: vn-
de exiui. Et cū venerit: iuenit eam
scopis mundatam. Tunc vadit: et
assumit septē alios spirit9 secum
nequiores se: et ingressi/habitant
ibi. Et fiunt nouissima hominis il
lius: peiora prioribus. Factum est
autē cum hec diceret: extollens vo
cem quedam mulier de turba dixit
illi. Beatus vēter qui te portauit:
et vbera que suxisti. At ille dixit.
Quinimmo: beati qui audiūt ver
bum dei: et custodiunt illud. Offer.
Iusticie domini recte letificantes corda: et
dulciora super mel et fauum: nam et seruus
tuus custodit ea. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e deuotorū mu-
nera famulorū/et tua diui-
nis purifica seruiētes pietate my-
sterijs: q̄b9 etiā iustificas ignoran
tes. Per. Prefa. quotid. Cōio. Pas-
ser inuenit sibi domum: et turtur nidum:
vbi reponat pullos suos: altaria tua domi
ne virtutum: rex meus et deus meus: beati
qui habitant in domo tua: in seculum secu
li laudabunt te. Postcōio.

A Cunctis nos dn̄e reatib9:
et periculis propiciat9 ab-
solue: quos tanti mysterij tribuis
esse participes. Per do. ¶ Feria. iij
post Oculi. Ad missam Officium



N deo laudabo ver Psal. lv.
bū in dn̄o laudabo
sermonē i deo sperau
nō timebo quid faciat Ibidē
mihi homo. Ps. Mi-
serere mei de9 quoniā cō
culcauit me hō: tota die īpugnās tribula-
uit me. Flectam9 genua Leua. Or.

Cordibus nostris quesum9
dn̄e gratiam tuā benignus
infunde: vt sicut ab escis corporali
bus abstinemus: ita sensus quoqꝫ
nostros a noxijs retrahamus ex-
cessib9. Per dn̄m nostrum iesum.

¶ Lectio libri Regum. iiij. v.

In dieb9 illis. Naamā prin- iiii. ca.
ceps militie regis syrie: erat v. A.
vir magnus apud dn̄m suū: et ho-
noratus. Per illū eī dedit dn̄s sa-
lutem syrie. Erat autē vir fortis et
diues: sed leprosus. Porro de syria
egressi fuerāt latrūculi: et captiuā
duxerāt de terra israel puellā par-
uulam/que erat in obsequio vxo-
ris naaman. Que ait ad dn̄am su-
am. Utinā fuisset dn̄s meus ad p-
phetam qui est in samaria: profe-
cto curasset eū a lepra/quam ha-
bet. Ingressus est itaqꝫ naamā ad B
dominum suum: et nūciauit ei di-
cens. Sic et sic locuta est puella/de
terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie Ua
de: et mittā litteras ad regē israel.
Qui cum profectus esset: et tulisset

secū decē talenta argēti ꝙ sex milia
aureos: et decē mutatoria vestimē
toꝝ: detulit litteras ad regē isra-
el in hec verba. Cū acceperis episto
lā hanc scito ꝙ miserim ad te naa-
mā seruū meū: vt cures eū a lepra
sua. Cūq; legisset rex israel literas
scidit vestimēta sua / et ait. Nunqd
deus ego sum: vt occidere possim /
ꝛ viuificare: quia iste misit ad me
vt curē hominē a lepra sua. Ani-
E aduertite ꝛ videte: quod occasiōes q-
rat aduersū me. Quod cū audisset
heliseus vir dei / scidisse videlicet re
gem israel vestimēta sua: misit ad
eū dicēs. Cur scidisti vestimēta tua
Veniat ad me: et sciat esse prophe
tam in israel. Venit ergo naaman
cū eqs ꝛ curribus: ꝛ stetit ad ostiū
domus helisei. Misitq; ad eū heli-
seus nunciū dicēs. Vade / et laua-
re septies in iordane: et recipiet sa
nitatem caro tua atq; mūdaberis.
Iratusq; naamā. recedebat dicēs
Putabā quod egrederet ad me et
stans inuocaret nomē dn̄i dei sui ꝛ
tāgeret manu sua locū lepre / et cu-
D raret me. Nūquid nō meliores sūt
abana et pharfar fluuij damasci /
oībus aquis israel: vt lauer in eis
et munder. Cum ergo vertisset se et
abiret indignās: accesserūt ad eū
serui sui / et locuti sūt ei. Pater / ꝛ si
rem grandem dixisset tibi ꝓpheta:
certe facere debueras. Quāto ma-
gis qa nūc dixit tibi: lauare / et mū
daberis. Descēdit et lauit in iorda
ne septies / iuxta sermonē viri dei:
ꝛ restituta est caro eius / sicut caro
pueri paruuli / et mūdatus est a le-
pra. Reuersusq; ad virū dei cū vni-
uerso comitatu: venit ꝛ stetit coram
eo / ꝛ ait. Vere scio ꝙ nō sit deꝰ aliꝰ E
in vniuersa terra nisi tantum do-
minꝰ deꝰ israel. Gr. Deus vitā meā
nunciaui tibi: posuisti lachrimas meas in
conspectu tuo. V. Miserere michi domine
quoniam conculcauit me homo: tota die bel
lans tribulauit me. Tractus.

Domine nō secundum pctā nostra que fecimus nos: neq; scdm ini-
quitates nostras retribuas nobis. Vsus.
Domine ne memineris iniquitatū nostra
rum antiquarum: cito anticipēt nos mi
sericordie tue: quia pauperes facti sumꝰ nimis. Hic
non fiat genuflexio cum dicitur V.
Adiuua nos deus salutaris noster: et pro
pter gloriam nominis tui domine libera
nos: et propicius esto peccatis nostris pro
pter nomen tuum.

¶ Secundum Lucam. iiij.



In illo tpe. ca. iiij.
Dixerunt D
pharisei ad iesū.
Quanta audiui-
mus facta in ca-
pharnaum: fac ꝛ
hic in patria tua.
Ait autem. Amē
dico vobis: quia
nemo propheta acceptꝰ est ī patria
sua. In veritate dico vobis: multe
vidue erant in diebꝰ helye in israel
quando clausum est celum annis
tribꝰ / et mēsibꝰ sex: cum facta esset
fames magna in omni terra: ꝛ ad
nullā illarū missus est helyas: nisi
in sareptā sydonie / ad mulierē vi-
duā. Et multi leprosi erāt in israel E
sub heliseo ꝓpheta: ꝛ nemo eorum
mundatꝰ est: nisi naamā syrus. Et
repleti sunt omnes in synagoga
ira / hec audiētes. Et surrexerūt / et
eiecerunt illū extra ciuitatē: et du

rexit illū vsq; ad supercilium montis: sup quē ciuitas illoꝝ erat edificata vt precipitarēt eū. Ipse aūt trāsiēs per medium illoꝝ ibat. Offr. Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris deprecationē meā: intēde in me ꝛ exaudi me. Vs. Conturbatus sum a voce inimici: et a tribulatione peccatoꝛis: et expectabam eū qui me saluum faceret. Secreta.

Munus qđ tibi dñe nr̄e seruitutis offerim⁹ tu salutare nobis perfice sacramētū. Per do. Prefa. Qui corporali. Cōio. Quis dabit ex syō salutare isrl̄: cum auerterit dñs captiuitatē plebis sue / exultabit iacob: et letabitur israel. Postcōis.

Presta quesumus oīpotens et misericoꝛs deus: vt que oꝛe cōtingim⁹: pura mēte capiam⁹. Per dñm nostrū iesum christum filium tuum. Qui. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Or.

Subueniat nobis q̄s domine gr̄a tua: vt ab imminētib⁹ peccatoꝝ nostroꝛū periculis: te mereamur protegēte eripi: te liberāte saluari. Per dominū. ¶ Feria.iij. post Oculi. Ad missam Officium.

Ego clamaui quoniam exaudisti me deus. inclina aurē tuā ꝛ exaudi verba mea. custodi me domine vt pupillā oculi: sub vmbra alarū tuarū protege me. Ps. Exaudi domine iusticiam meam intende deprecationem meam. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Exaudi nos oīps ꝛ misericoꝛs de⁹: ꝛ cōtinētie salutaris ppicius nobis dona concede. Per do.

Lectio libri Regum.iiij. iiij.

In diebus illis. Mulier q̄dā iiii. ca.
clamabat ad heliseū pphetā iiii. A.
dicēs. Seru⁹ tuus vir meus mortuus est: ꝛ tu nosti quia seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditoꝛ venit / vt tollat duos filios meos: ad seruiendū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciā tibi? Dic michi: quid habes in domo tua? At illa respōdit. Nō habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea: nisi parū olei quo vngar. Cui ait. Vade / et pete mutuo ab oībus vicinis tuis vasa vacua nō pauca: et igredere domū tuā: ꝛ claude ostiū cū itrinsec⁹ fueris / tu ꝛ filij tui. Et mitte inde i omnia vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier: et clausit ostiū super se: et super filios suos.
Illi offerebāt vasa: et illa infundebat. Cumq; plena fuissent vasa: dixit ad filiū suū. Affer michi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. B
Stetitq; oleū. Venit aūt illa: ꝛ indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit / vende oleum: ꝛ redde creditori tuo. Tu aūt et filij tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis munda Psal.
me dñe: ꝛ ab alienis parce seruo tuo. Vs. xviij.
Si mei nō fuerint dñati / tunc immacula- Eodem
tus ero / ꝛ emundaboꝛ a delicto maximo.

¶ Secundum Mattheum. xviij.



In illo tpe. Capi.
Respiciēs xviii.
ies⁹ discipulos su- B.
os: dixit simōi petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te: et ipsum solum. Si te audierit: lucrat⁹ eris fratrē tuū

Si autē te nō audierit: adhibe tecum adhuc vnū vel duos: vt in ore duorū vel triū testiū: stet omne verbum. Quod si nō audierit eos: dic ecclesie. Si autē ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus: et publicanus. Amē dico vobis. Quecūqꝫ alligaueritis sup terrā: erunt ligata et in celo. Et quecūqꝫ solueritis super terrā: erunt soluta et in celo. Iterū dico vobis: qꝫ si duo ex vobis cōsenserit sup terrā de omni re quācūqꝫ petierint: fiet illis a patre meo q in celis est. Ubi enī sunt duo vel tres cōgregati in noīe meo: ibi sum in medio eorū. Tunc accedēs petrus ad eū: dixit. Dñe: quotiens peccabit in me frater meꝰ: et dimittam ei: vsqꝫ septies? Dixit illi iesꝰ. Non dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ

Psal. xxxij. septuagies septies. Offr. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuam: et narrabo ope-

Eodem ra domini. Vsꝰ. In tribulatione inuocaui dominū: et exaudiuit me in latitudine: quoniam dominꝰ adiutor meꝰ est. Secreta.

Per hec veniat qs dñe sacramēta nostre redēptiōis effectus: q nos et ab humanis retractus: q nos et ab humanis retrahat semp excessibꝰ: et ad salutaria cūcta pducat. Per. Prefa. Qui cor

Psal. xiiij. porali. Cōio. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo: qui ingreditur sine macula: et operatur iusticiam. Postcōio.

Sacris dñe mysterijs expiati et veniā qs consequamur: et gratiā. Per dñm nrm iesum xpm filiū tuū. Qui. Sup populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tua nos dñe ptectiōe defende: et ab omni semp iniquitate custodi. Per dñm nrm iesum xpm filiū tuū. Qui te. ¶ Fer. iiij. post Oculi. Ad missam. Officium.



Ego aūt i dño sperabo Psal. xxx.
ui: exultabo et letabor i mia tua: qꝫ respexisti hūilitatem meā. Ps. In te dñe spe Eodem
raui nō ɔfundar in eternū: in iusticia tua libera me. Flectamꝰ genua. Leuate. Oratio.

Presta nobis qs dñe: vt salutaribꝰ ieiunijs eruditi a nostris quoqꝫ vicijs abstinētes ppiciationē tuā facilius impetremꝰ. Per dñm nrm. Lectio libri Exodi. xx.

Hec dicit dñs deus. Honora Ca. xx.
patrē tuū et matrē tuam: vt C
sis lōgeuus sup terrā: quā dñs deus tuus dabit tibi. Nō occides: nō mechaberis: non furtū facies: nō loquaris ɔtra proximū tuū falsum testimoniū. Nō ɔcupisces domum pximi tui: nec desiderabis vxorem eius: nō seruū: non ancillā: nō bouem: non asinū: nec oīa que illius sunt. Cunctꝰ aūt populꝰ audiebat voces: et videbāt lāpades, et sonitum buccine: mōtemqꝫ fumigātē: et perterriti ac pauore percussi: steterūt procul dicētes moysi. Loquere tu nobis: et audiemꝰ. Nō loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū. Nolite timere. Ut enī pbaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis, et nō peccaretis. Stetitqꝫ populus de longe: moyses autē accessit ad caliginē in qua erat deus. Dixitqꝫ preterea dñs ad moysen. Hec dices filijs israel. Uos vidistis, qd de celo locutꝰ sū vobis. Nō facietis de- D

es argẽteos: nec deos aureos / facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: et offeretis sup eo holocausta ⁊ pacifica vr̃a: oues vr̃as et boues: in oĩ loco / in quo memoria fuerit noĩs mei. Gr. Miserere mihi dñe: quoniã ĩfirm⁹ sũ sana me dñe. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea: et anima mea turbata est valde. Tractus.

De necessitatib⁹ meis eripe me domine: vide humilitatem meam: ⁊ laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te leuaui animã meã: de⁹ me⁹ in te ɔfido non erubescam: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur: confundãtur omnes facientes vana. ¶ Secundum Mattheum. xv.



In illo tẽpore Accesserunt ad iesũ ab hierosolimis scribe et pharisei dicẽtes. Quare discipuli tui transgrediũtur traditiones seniorum Non eñ lauãt man⁹ suas / cũ panẽ mãducãt. Ipse aũt respõdens / ait illis Quare ⁊ vos trãsgredimini mãdatũ dei / ꝑpter traditionẽ vestrã? Nã deus dixit. Honora patrem et matrẽ: et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur: Uos aũt dicitis: qcũq; dixerit patri vel mr̃i / munus quodcunq; est ex me / tibi proderit: ⁊ nõ honorificabit patrẽ suũ / ⁊ matrẽ suã: et irritũ fecistis mãdatũ dei ꝑpter traditionẽ vr̃am. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis esaias dicẽs Popul⁹ hic labijs me honorat: cor autem eorũ / longe est a me. Sine causa aũt colũt me: docẽtes doctrĩas ac mãdata hoĩm. Et ɔuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite / ⁊ itelligite. Nõ quod intrat in os / coinqnat hoiem: sed qđ procedit ex ore / hoc coinquinat hoiem. Tũc accedentes discipuli eius: dixerũt eis. Scis / qa pharisei audito ũbo hoc scãdalizati sunt? At ille respõdẽs ait. Oĩs plãtatio quã nõ plãtauit pater me⁹ celestis: eradicabit. Sinite illos: ceci sunt / ⁊ duces cecorũ. Cecus aũt / si ceco ducatũ prestet: ambo in foueã cadũt. Respõdens autẽ petr⁹ dixit ei. Edissere nobis parabolã istã. At ille dixit. Adhuc et vos / sine itellectu estis? Nõ itelligitis / qa omne qđ in os itrat: in vẽtrẽ vadit / ⁊ in secessum emittit. Que aũt ꝓcedunt de ore: de corde exeunt: ⁊ ea coinqnant hoiem. De corde eñ exeũt cogitatiões male: homicidia / adulteria / fornicationes furta falsa testĩonia / blasphemie. Hec sunt q̃ coinqnant hoiem. Nõ lotis aũt manib⁹ mãducare: nõ coinquinat hoiem. Offr. Dñe fac mecũ scḋm miam tuã ꝑpter nomẽ tuũ quia suauis est mia tua. ℣. De⁹ laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris ⁊ dolosi super me apertum est. Secreta. Psal. cviii. Eodem

Suscipe q̃s dñe preces populi tui cũ oblationib⁹ hostiarum: ⁊ tua mysteria celebrantes: ab oĩb⁹ nos defende piculis. Per dñm nostrũ iesum xp̃m filiũ tuũ. Prefatio. Qui corpali. Cõio. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Postcõio Psal. xv.

Sanctificet nos q̃s dñe / qua pasti sum⁹ mẽsa celestis ⁊ a

cunctis erroꝛib⁹ expiatos/ suis
promissionibus reddat acceptos.
Per dñm no. Sup populum. Hu-
miliate capita vestra deo. Oratio
Concede quesum⁹ oĩpotens
de⁹: vt qui protectionis tue
gratiam q̃rim⁹: liberati a malis
oib⁹/ secura tibi mente seruiam⁹.
Per dominũ nostrũ iesum christũ
filiũ tuum. Qui. ¶ Feria. v. post
Oculi. Ad missam. Officium.
Salus populi ego sum
dicit dñs: de quacũq3
tribulatiõe clamaue-
rit ad me/ exaudiam
eos: et ero illorum do-
Psal. lxxvij. minus in perpetuum. Ps. Attendite
popule meus legem meam: inclinate aurẽ
vestram in verba oris mei. Flectamus
genua/ Leuate. Oratio.
Concede q̃s oĩs deus: vt ie-
iuniorum nobis sancta deuo-
tio: purificationẽ tribuat: et ma-
iestati tue nos reddat acceptos.
Per do. Lec. Hieremie ꝓphete. vij
Ca. vij A In dieb⁹ illis. Fact⁹ est ser-
mo dñi ad me dicẽs. Sta i
porta dom⁹ dñi: et ꝑdica ibi ver-
bũ istud/ et dic. Audite verbũ dñi
ois iuda: q̃ ingredimini ꝑ portas
has/ vt adoretis dñm. Hec dicit
dñs exercituũ/ de⁹ israel. Bonas
facite vias vr̃as/ et studia vr̃a: et
habitabo vobiscũ in loco isto. No
lite cõfidere in v̈bis mendacij/ di-
centes: templũ dñi: tẽplũ dñi: tem
B plum dñi est. Qm̃ si benedixeritis
vias vestras/ et studia vestra: si fe
ceritis iudiciũ inter virũ et ꝓximũ
eius: aduene/ et pupillo/ et vidue/
non feceritis caluñiã: nec sangui-
nem innocẽtẽ effuderitis i loco hoc:

et post deos alienos non ambula-
ueritis i malũ vobismetipsis: habi
tabo vobiscũ i loco isto i terra quã
dedi patrib⁹ vestris: a seculo et vs-
q3 i seculum. Dicit dñs oĩs. Gr.
Oculi oim in te sperant dñe: et tu das il- Psal. cxliiij.
lis escam in tempore opoꝛtuno. V⁹. Ape-
ris tu manũ tuã: et imples omne animal
bñdictione. Sc̃dm Joannem. vj.



In illo tem Ca. vi C
pore Dixit
ies⁹ turbis iudeo
rũ. Opamini nõ
cibũ q̃ perit: sed
qui ꝑmanet in vi
tam eternã: quẽ
filius hois dabit
vobis. Hũc enim
pater signauit de⁹. Dixerũt ergo
ad eũ. Quid faciem⁹: vt opemur
opera dei? Respõdit iesus: et dixit
eis. Hoc est op⁹ dei: vt credatis in
eũ quẽ misit ille. Dixerũt ergo ei.
Qd̃ ergo tu facis signũ: vt videa- D
mus/ et credam⁹ tibi? Quid opera
ris? Patres nostri mãducauerũt
mãna in deserto: sicut scriptũ est.
Panẽ de celo dedit eis mãducare.
Dixit ergo eis ies⁹. Amen amẽ di-
co vobis: non moyses dedit vobis
panẽ de celo: sed pr̃ meus dat vo-
bis panẽ de celo verũ. Panis enim
dei est qui descẽdit de celo: et dat vi
tam mundo. Dixerũt ergo ad eũ.
Dñe/ semꝑ da nobis hũc panẽ. Di
xit aũt eis ies⁹. Ego sũ panis vite.
Qui venit ad me: non esuriet. Et
qui credit in me: non sitiet vnq̃.
Offer. Si ambulauero in medio tribula Psal. cxxxvij.
tionis viuificabis me dñe: et super iram
inimicorum meorum extendes manũ tuã:
et saluũ me fecit dextera tua. V⁹. In qua

Eodem cūq; die inuocauero te exaudi me dn̄e multi
plicabis i aīa mea virtutē tuā. Secreta.
HAc nos domine quesumus
ad sctā mysteria / purifica-
tis mentibus accedere: vt tibi sem-
per cōpetens deferamus obsequiū.
Per. Prefatio. Qui corpāli. Cōio.
Psal. cxviii. Tu mandasti mandata tua custodiri ni-
mis: vtinam dirigantur vie mee: ad custo-
diendas iustificationes tuas. Postcōio.
SAcramēti tui dn̄e veneran-
da perceptio: et mystico nos
mundet effectu / et perpetua virtu-
te defendat. Per dominū nostrū ie-
sum. Super populum. Humiliate
capita vestra deo. Oratio.
SVbiectū tibi populū q̄s dn̄e
ppiciatio celestis āplificet ꝛ
tuis semper faciat seruire manda
tis. Per dn̄m nostrū iesum christū
filium tuū. Qui tecū. ¶ Feria. vj.
post Oculi. Ad missam. Officium.



Psal. lxxxv. FAc mecū dn̄e signū
in bonū: vt videant
qui me oderūt / ꝛ cō-
fundant: quoniā tu
dn̄e adiuuisti me: et
cōsolat⁹ es me. Ps.
Eodem Inclina domine aurē tuam et exaudi me:
quoniam inops et pauper sum ego. Orō.
IEiunia nr̄a q̄s dn̄e benigno
fauore ꝓsequere vt sicut ab
alimētis abstinem⁹ in corpore: ita
a vicijs ieiunemus in mente. Per
dn̄m nr̄m iesum xp̄m filium tuum
Qui te. Lectio libri Numeri. xx.
Ca. xx. A IN dieb⁹ illis. Cōuenerūt fi-
lij israel aduersū moysen et
aaron: ꝛ versi i seditionē dixerunt.
Date nobis aquā vt bibam⁹. In-
gressiq; moyses et aaron: dimissa
multitudine ante tabernaculū fe-
deris: corruerūt proni in terrā: cla
maueruntq; ad dn̄m / atq; dixerūt.
Dn̄e deus / exaudi clamorē populi
huius: et aperi eis thesaurū tuum
fontem aque viue: vt satiati cesset
murmuratio eorum. Et apparuit
gloria dn̄i sup eos. Locutusq; est B
dn̄s ad moysen dicēs. Tolle virgā
et cōgrega populū / tu et aarō fra-
ter tu⁹: et loquimini ad petrā corā
eis: et illa dabit aquas. Cūq; edu-
xeris aquā de petra: bibet oīs mul
titudo: et iumēta ei⁹. Tulit igitur
moyses virgā que erat in cōspectu
dn̄i: sicut p̄ceperat ei. Congregata
omni multitudine ante petram: di
xitq; eis. Audite rebelles / et incre-
duli. Nū de petra hac / vobis aquā
poterimus eijcere? Cūq; eleuasset
moyses manū: pcutiens virga bis
silicem: egresse sunt aque largissi-
me: ita vt popul⁹ biberet: et iumen
ta. Dixitq; dn̄s ad moysen ꝛ aarō.
Quia non credidistis mihi: vt scti-
ficaretis me corā filijs israel: nō i-
troducetis hos populos i terram
quam dabo eis. Hec est aqua con-
tradictionis: vbi iurgati sunt filij
israel contra dominum: et sancti-
ficatus est in eis. Gr. In deo sperauit Psal.
cor meum et adiutus sum: et refloruit caro xxvii.
mea: ꝛ ex voluntate mea confitebor illi. V.
Ad te domine clamabo deus me⁹ ne sileas Eodem
ne discedas a me. Tractus.
DOmine nō secūdū peccata nostra Psal.
que fecimus nos: neq; secūdū ini- ci
quitates nostras retribuas nobis. V. Dn̄e Psal.
ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiqua- lxxviij.
rum: cito anticipēt nos mie tue: quia pau-
peres facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat ge-
nuflexio cum dr̄ V. Adiuua nos deus Eodem
salutaris noster: et propter gloriā nominis

tui domine libera nos: et propicius esto pec
catis nostris propter nomen tuum.

¶ Secundum Joannem. iiij.

Ca. iiij 
I. In illo tpe. Venit ies' in ciuitatē samarie q̄ dicit̄ sichar: iuxta p̄diū q̄d dedit iacob ioseph filio suo. Erat aū tē ibi fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontē. Hora autē erat quasi sexta. Venit mulier de samaria/haurire aquā. Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli enī eius abierūt in ciuitatē/ vt cibos emerēt. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iude' cū sis: bibere a me poscis/que sum mulier samarita-
B na? Non enī coutunt̄ iudei samaritanis. Respōdit iesus/ et dixit ei. Si scires donū dei: et quis est q̄ dicit tibi/da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: et dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dn̄e/neq̄ in quo haurias habes: et pute' al' est. Unde ergo habes aquā viuam Nūquid tu maior es p̄re nostro iacob/qui dedit nobis puteū: et ipse ex eo bibit/ et filij ei': et pecora eius. Respōdit iesus: et dixit ei. Oīs qui bibit ex aqua hac: sitiet iterū. Qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō sitiet in eternum. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aq̄
C. salientis in vitā eternā. Dicit ad eū mulier. Dn̄e/da mihi hāc aquā/vt non sitiā: neq̄ veniā huc haurire. Dicit ei ies'. Vade/voca virū tuū/ et veni huc. Respōdit ei mulier: et dixit. Nō habeo virū. Dicit ei ies'. Bene dixisti: quia nō habeo virū. Quinq̄ enī viros habuisti: et nūc quē habes/nō est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Dn̄e video/quia p̄pheta es tu. Patres nostri in mōte hoc adorauerūt: et vos dicitis: q̄a hierosolimis est locus/ vbi adorare oportet. Dicit iesus Mulier/crede mihi: quia veniet hora: quādo neq̄ in mōte hoc/neq̄ in hierosolymis/adorabitis patrem.
Vos adoratis/quod nescitis: nos adoramus quod scim': quia sal' D.
ex iudeis est. Sed venit hora et nūc est: q̄n veri adoratores: adorabūt patrem/in sp̄u et veritate. Nam et pater tales querit/qui adorent eū. Spirit' est de': et eos qui adorant eum/ in sp̄u et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio q̄a messias venit: qui dicit̄ christ'. Cū ergo venerit: ille nobis annunciabit oīa. Dicit eis ies'. Ego sum: qui loquor tecū. Et ɔtinuo venerūt discipuli eius: et mirabātur/q̄a cū muliere loquebat̄. Nemo tamen dixit ei/quid queris: aut q̄d loqueris cū ea. Reliquit ergo hydriā suā mulier/et abijt in ciuitatem: et dicit illis hoībus. Venite/ et videte hoīem: q̄ dixit mihi oīa quecunq̄ feci. Nunquid ipse est christ'. Exierunt ergo de ciuitate: et veniebāt ad eū. Interea rogabāt eū discipuli: dicētes Rabbi/mādūca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo mādūcare/ quem vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli adinuicē. Nūquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis iesus. Me' cib' est/ vt faciā volūtatē ei'/ E.
qui misit me: vt p̄ficiā opus eius.

Nōne vos dicitis: qđ adhuc quat
tuor menses sunt/ ⁊ messis venit.
Ecce dico vobis: levate oculos ve
stros ⁊ videte regiōes: q̄a albe sūt
iam ad messem. Et qui metit/ mer
cedē accipit: et cōgregat fructū in
vitā eternā. Ut ⁊ q̄ seminat/ simul
gaudeat: et qui metit. In hoc enim
est vbū verū: q̄a ali⁹ est q̄ seminat
et ali⁹ est qui metit. Ego misi vos
metere/ quod vos non laborastis
Alij laborauerūt: ⁊ vos i labores
F. eorū introistis. Ex civitate aūt illa
multi crediderūt in eū samarita-
D. norū ꝓpter verbū mulieris testi-
monium ꝑhibētis: q̄a dixit mihi om-
nia q̄cūqʒ feci. Cū venissent ergo
ad illū samaritani: rogauerūt eū
vt ibi maneret. Et mālit ibi duos
dies. Et multo plures crediderūt
in eū ꝓpter sermonē ei⁹: et mulie-
ri dicebāt: quia iā nō ꝓpter tuā lo
quelā credim⁹. Ipsi enim audiuim⁹
et scimus: q̄a hic est vere saluator
Psal. mundi. Offr. Intende voci orationis
mee / rex meus et deus meus quoniā ad te
Eodem orabo domine. ℣. Uerba mea auribus
percipe domine / intellige clamorē meum
et exaudi me. Secreta.
Respice dn̄e ꝓpicius ad mu-
nera q̄ sacramus: vt et tibi
grata sint: ⁊ nobis salutaria sem
per existāt. Per d. Prefa. Qui cor-
Ioan. porali ie. Cōio. Qui biberit aquā quā
iiij. B. ego do/ dicit dn̄s samaritane: fiet i eo fōs
aque salientis in vitā eternā. Postcōio.
Huius nos dn̄e pceptio sa-
cramēti mūdet a crimine:
et ad celestia regna ꝑducat. P. Su
per po. Humiliate ca. ve. deo. Oro.
E. Presta q̄s omnipotēs deus/
vt qui in tua protectiōe cō-
fidimus: cuncta nobis aduersan
tia te adiuuante vincamus. Per.
¶ Sabbato post Oculi. Officiū.



Erba mea aurib⁹ p- Psal. v
cipe dn̄e itellige cla
morē meū/ itē de vo
ci orationis mee. Ps.
Rex meus ⁊ de⁹ meus: Eodem
Flectam⁹ ge. Oro.
Presta q̄s ops deus: vt qui
se affligēdo carne ab alimē
tis abstinēt: sectādo iusticiā a cul-
pa ieiunēt. P. Lectō Dan. ꝓphe. xiij.
In diebus illis. Erat vir in Ca. xiij
babilone: et nomē eius ioa- A.
chim. Et accepit vxorē noīe susan-
nam/ filiā helchie: pulchrā nimis:
et timētē deum. Parētes aūt illi⁹/
cū essent iusti: erudierūt filiā suā/
scd'm legem moysi. Erat aūt ioa
chim diues valde: ⁊ erat ei pome-
rium vicinum domui sue. Et ad
ipsum cōfluebant iudei eo ꝙ esset
honorabilior oīʒ. Et ꝯstituti sunt
duo senes iudices in anno illo: de
q̄b⁹ locutus est dn̄s: q̄a egressa est
iniq̄tas de babilone/ a senioribus
iudicib⁹: q̄ videbant regere popu-
lum. Isti frequētabāt domū ioa-
chim: ⁊ veniebāt ad eos oēs q̄ ha-
bebāt iudicia. Cū aūt ppl's reuer- B
tisset post meridiē igrediebat susā
na: et deābulabat i pomerio viri
sui. Et videbāt eā senes quotidie
ingredientē ⁊ deambulātē: ⁊ exarse
rūt in cōcupiscētiā eius. Et euerte
rūt sensū suū: ⁊ declinauerūt ocu-
los suos vt nō viderēt celū: neqʒ re
cordarent iudiciorū iustorū. Factū
est aūt cū obseruarēt diē aptū q̄
eam possent inuenire solā: igressa
est aliq̄n sicut heri: et nudiuster-

tiꝰ/cū duabꝰ solis puellis: voluit-
qꝫ lauari ĩ pomerio: estꝰ qppe erat
Et nō erat ibi quisq̃: p̃ter duos se-
nes abscōditos/ ꝯtēplātes eā. Di-
xit ergo puellis Afferte mihi oleū
et smigmata ⁊ ostia pomerij clau
dite/ vt lauer. Cū aūt egresse essēt
puelle/ surrexerūt duo senes: ⁊ ac-
currerunt ad eam: ⁊ dixerūt. Ecce
ostia pomerij clausa sunt/ ⁊ nemo
nos videt: ⁊ in ꝯcupiscentia tui su
mus. Quāobrē assentire nobis/ ⁊
C. ꝯmiscere nobiscū. Qđ si nolueris
dicemꝰ testimoniū cōtra te/ q̃ fuerit
tecū iuuenis: ⁊ ob hāc causā emi-
seris puellas a te. Ingemuit susā
na/ ⁊ ait. Angustie mihi sūt vndi-
q̃. Si eñ hoc egero mors mihi est
si autē nō egero/ nō effugiā manꝰ
vřas. Sed meliꝰ mihi ē absqꝫ ope
incidere ĩ manꝰ vřas: q̃ peccare ĩ
cōspectu dñi. Et exclamauit voce
magna susāna: exclamauerūt au
tem ⁊ senes aduersꝰ eā/ ⁊ cucurrit
vnus ⁊ aperuit ostia pomerij. Cū
aūt audissent clamorē ĩ pomerio
famuli domꝰ: irruerūt p posticuꝫ
vt viderēt qđnā esset Postq̃ aūt se
nes locuti sūt: erubuerūt serui ve
hemēter: q̃a nūq̃ dictꝰ fuerat ser-
mo huiuscemodi de susāna. Et fa
cta est dies crastia. Cūqꝫ venisset
D. ppls ad virū eiꝰ ioachim: venerūt
et duo p̃sbyteri/ pleni iniqua cogi
tatiōe aduersꝰ susannā vt interfi
cerēt eā. Et dixerūt corā pplo. Mit
tite ad susānā filiā helchie vxorē
ioachī. Et statī miserūt. Et venit
cū parētibꝰ/ ⁊ filijs/ ⁊ vniuersis co
gnatis suis. Flebāt igit̃ sui: ⁊ oēs
qui eā nouerāt. Cōsurgētes autē
duo presbyteri in medio ppli: po-

suerūt manꝰ suas sup caput eius
Que flens/ suspexit ad celū. Erat
aūt cor eiꝰ/ fiduciā habens in dño
Et dixerūt presbyteri. Cū deābu-
laremꝰ ĩ pomerio soli: ĩgressa est
hec cum duabus puellis: ⁊ clausit
ostia pomerij: et dimisit a se puel-
las. Uenitqꝫ ad eā adolescēs q̃ erat
abscōditꝰ ⁊ cōcubuit cū ea. Porro
nos cū essemꝰ in angulo pomerij:
vidētes iniq̃tatē/ cucurrimꝰ ad eos
⁊ vidimꝰ eos pariter ꝯmisceri. Et
illū q̃dē nequimꝰ ꝯprehendere: q̃a
fortior erat nobis. Et apto ostio:
exiliuit. Hāc aūt cū apprehendisse
mus: interrogauimꝰ quisnā esset
adolescēs: ⁊ noluit ĩdicare nobis.
Huiꝰ rei testes sumꝰ. Credidit eis
multitudo/ quasi senioribꝰ ⁊ iudi
cibꝰ ppli: ⁊ ꝯdēnauerūt eā ad mor
tē. Exclamauit autē voce magna
susanna/ et dixit. Deꝰ eterne: qui
abscōditorū es cognitor: qui nosti
oīa anteq̃ fiāt: tu scis qm̃ falsum
cōtra me tulerūt testimoniū. Et ec-
ce morior: cū nihil horū fecerim: q̃
isti maliciose ꝯposuerūt aduersū
me. Exaudiuit aūt dñs vocē eius.
Cūqꝫ duceret̃ ad mortem: suscita
uit deꝰ spm̃ pueri iunioris/ cui no-
mē daniel: et exclamauit voce ma
gna. Mūdꝰ ego sū a sāguine huiꝰ.
Et cōuersꝰ oīs ppls ad eum dixit.
Quis est iste sermo/ quē tu locutꝰ
es? Qui cū staret in medio eorū/ di
xit. Sic fatui filij israel: nō iudicā
tes/ neqꝫ qđ verū est cognoscētes cō
dēnastis filiā isrl' Reuertimini ad
iudiciū: q̃a falsū testimoniū: locu
ti sunt aduersꝰ eā. Reuersꝰ est er-
go populꝰ cum festinatione: et di-
xit ad eos daniel. Separate illos

ab inuicē procul: ꝫ dijudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnū de eis ꝫ dixit ad eū Inueterate dierū malorū: nūc venerūt peccā tua q̄ operabaris prius iudicās iudicia iniusta inocētes opprimens: et dimittēs noxios/ dicente dn̄o. Innocentē ꝫ iustū/ nō interficies. Nūc ergo si vidisti eam: dic sub qua arbore videris eos colloquētes sibi? Qui ait. Sub scino. Dixit aūt daniel. Recte mētitus es in caput tuum. Ecce eīn angelus dn̄i accepta sentētia ab eo: scidet te medīū. Et amoto eo iussit venire aliū et dixit ei. Semen chanaan et non iuda/ species decepit te: et concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: ꝫ ille timētes/ loquebātur vobis. Sed non filia iuda/ sustinuit iniquitatē vestrā Nunc ergo dic mihi/ sub qua arbore cōprehēderis eos loquētes sibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autē ei daniel. Recte mētit⁹ es et tu/ in caput tuum. Manet eīn angelus domini gladiū habēs/ vt secet te mediū: ꝫ interficiet vos. Exclamauit itaq̄ omnis cetus voce magna: et benedixerūt deum: qui saluat sperātes in se. Et cōsurrexerūt aduersus duos presbyteros. Cōuicerat enim eos daniel ex ore suo: falsum dixisse testimoniū. Feceruntq̄ eis/ sicuti male egerant aduersus proximum: ꝫ interfecerūt eos. Et saluatus est sanguis innoxius: in die illa. Gr. Si ambulē in medio vmbre mortis nō timebo mala/ quoniā tu mecum es domine. Vsus Uirga tua ꝫ baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Psal. xxiii. Eodem

Secundum Joannem. viij.



In illo tpe. Perrexit iesus i montē oliueti: ꝫ diluculo iterꝫ venit in tēplū. Et ois ppl's venit ad eū: ꝫ sedens docebat eos Adducūt aūt scribe et pharisei mulierē in adulterio dephēsā et statuerūt eā in medio/ et dixerūt ei. Magister/ hec mulier modo deprehēsa est i adulterio. In lege aūt moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare Tu ergo q̄d dicis? Hoc aūt dicebāt tentātes eū: vt possent accusare eū. Jesus aūt inclinās se deorsum/ digito scribebat in terrā Cū aūt pseuerarent interrogātes eū/ erexit se ꝫ dixit eis. Qui sine peccato est vestrū: prim⁹ in illam lapidem mittat. Et iterū se iclinās/ scribebat in terra. Audientes aūt hec/ vn⁹ post vnū exibāt/ incipiētes a senioribus. Et remansit solus iesus/ ꝫ mulier i medio stans. Erigēs aūt se iesus: dixit ei. Mulier/ vbi sunt qui te accusabāt? Nemo te cōdēnauit? Que dixit nemo dn̄e. Dixit autem ei iesus. Nec ego te condemnabo. Uade/ ꝫ iam amplius noli peccare. Offr. Gress⁹ meos dirige domine secundum eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniusticia domine. V⁹. Declaratio sermonum tuorum illuminat me: et intellectum dat paruulis. Secreta.

ca. viii A.

B

Psal. cxviii. Eodem

Efficiatur hec hostia quesumus dn̄e solēnib⁹ grata ieiuniis: et vt tibi fiat acceptior: purificatis mētib⁹ immoletꝫ. Per do. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Nemo te condemnauit mulier/ ne-

Joan. viii.

mo domine: nec ego te condemnabo / iam amplius noli peccare. Postcõio.

Q Uesum⁹ oĩs de⁹: vt inter ei⁹ mẽbra numeremur cui⁹ corpori cõicamus ⁊ sanguini iesu xpi filij tui dñi nři. Qui te. Sup pplm. Humiliate capita vestra deo. Orõ.

P Retẽde dñe fidelib⁹ tuis dexterã celestis auxilij: vt te toto corde pquirant: ⁊ q̄ digne postulant ɔsequi mereant. Per. ¶ Dñica media. xl. Ad missam. Officiũ.

Esaie. ca. vlti



L Etare hierusalẽ / et cõuentum facite oẽs qui diligitis eam: gaudete cũ leticia / qui in tristicia fuistis: vt exultetis: et satiemini ab vberib⁹ cõsolationis vestre. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt mihi i domum dñi ibimus. Oratio.

Psal. cxxi.

C Oncede q̄s omnipotẽs deus vt q̄ ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatione respiremus. Per dominum. Ad Galathas. iiij.

ca. iiii

C

F Ratres. Scriptũ est: quoniã abrahã duos filios habuit: vnũ de ancilla: et vnũ de libera. Sed qui de ancilla: scdm carnẽ nat⁹ est. Qui autem de libera: per repromissionẽ / que sunt per allegoriã dicta: hec eñi sunt duo testamẽta. Vnũ quidẽ in mõte syna / in seruitutẽ generans que est agar. Syna enim mons est in arabia: q̄ coniunctus est ei / que nunc est hierusalem: et seruit cũ filijs suis. Illa autem q̄ sursum est hierusalẽ / libera est: que est mater nr̃a. Scriptũ est eñi. Letare sterilis q̄ nõ paris: erũpe ⁊ clama q̄ nõ parturis: q̄a multi filij deserti / magis q̄ ei⁹ que habet vir. Nos aũt fratres scdm isaac pmissionis filij sum⁹. Sed quomodo tũc is q̄ scdm carnem natus fuerat: psequebat eũ / q̄ scdm spiritũ: ita et nũc. Sed qd dicit scriptura?

D

B

Eijce ancillã: ⁊ filiũ ei⁹. Nõ eñi heres erit filius ancille cũ filio libere. Itaq̄ fratres nõ sum⁹ ancille filij sed libere. Qua libertate: christus nos liberauit. Gr. Letatus sum i his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. V⁹. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Tractus.

Q Ui confidũt in dño sicut mõs syõ nõ cõmouebitur in eternũ: qui habitat in hierusalem. V⁹. Montes in circuitu eius: et dominus in circuitu populi sui / ex hoc nunc et vsq̄ in seculum.

¶ Secundum Joannem. vj.



I N illo tpe. Abijt ies⁹ trans mare galilee / qd est tyberiadis / ⁊ seqbat eum multitudo magna: q̄a videbãt signa que faciebat sup his / qui infirmabant. Subijt ergo in montẽ iesus: ⁊ ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat aũt primũ pascha: dies fest⁹ iudeorũ. Cũ subleuasset ergo oculos iesus: et vidisset q̄a multitudo maxima venit ad eũ: dixit ad philippũ. Vnde emem⁹ panes / vt manducent hi? Hoc aũt dicebat tẽtans eum. Ipse eñi sciebat / quid esset facturus. Respondit ei philipp⁹. Ducentorũ denariorũ panes non sufficiũt eis / vt vnusquisq̄ modicum quid accipiat. Dixit ei vnus ex di-

scipulis ei⁹/ andreas frater simo-
nis petri. Est puer vn⁹ hic: qui ha-
bet quinq̄ panes ordeaceos/ et duos
pisces. Sed hec q̄d sunt iter tantos?
Dixit ergo iesus. Facite homines
B. discūbere. Erat autē fenū multū in
loco. Discubuerūt ergo viri nume
ro quasi quinq̄ milia. Accepit ergo
iesus panes: et cum grās egisset/ di
stribuit discūbētib⁹. Similiter et ex
piscib⁹ quātū volebant. Ut aūt im
pleti sūt/ dixit discipulis suis. Colli
gite q̄ superauerūt fragmenta/ ne
pereant. Collegerūt ergo: et imple-
uerūt duodeci cophinos fragmēto
rū/ ex quinq̄ panib⁹ ordeaceis/ q̄ su-
perfuerūt his q̄ mādūcauerāt. Il-
li ergo hoīes cū vidissēt q̄ ies⁹ fece-
rat signū: dicebāt. Quia hic est ve-
re ppheta q̄ vēturus est in mundū.
Psal. Offer. Laudate dn̄m/ q̄a benign⁹ est psal
xcv. lite noī eius/ quoniā suauis est: oīa q̄cunq̄
iiii. voluit fecit/ in celo et in terra. Secreta.

Annue nobis q̄s dn̄e: vt et
diuinis semp solēnitatib⁹
occupemur: et mysteriis sacris/ mē
te pariter cōgruamur et corpe. Per.
Psal. Prefa. quoti. Cōio. Hierusalē q̄ edifi-
xxi. catur vt ciuitas: cui⁹ participatio ei⁹ i id-
ipsum. illuc enim ascenderunt tribus trib⁹
dn̄i: ad confitendū noī tuo dn̄e. Postcōio

Da nobis quesumus miseri
cors de⁹/ vt sancta tua/ qui
bus icessanter explemur: sinceris
tractemus obsequiis: et fideli sem
per mēte sumamus. Per dominū.

¶ Feria.ij.post Letare. Officium

Psal. Deus in noīe tuo saluū
liii. me fac/ et i virtute tua
iudica me: deus exau-
di orationē meam.
Eodem Quoniā alieni isurrexerūt
aduersum me: et fortes q̄sierūt aīam meam.
Flectamus genua/ Leuate. Oro.

Presta q̄s oīps deus: vt obser
uationes sacras/ annua de
uotione recolentes: et corpore tibi
placeamus et mente. Per dominū.

Lectio libri Regum.iij. iij.

In dieb⁹ illis. Uenerunt due iii.Re.
mulieres meretrices ad re- iii.C.
gem salomonē: steterūtq̄ corā eo.
Quarū vna ait. Obsecro mi dn̄e:
ego et mulier hec/ habitabam⁹ i do
mo vna: et peperi apud eā i cubicu-
lo Tertia vō die postq̄ ego peperi:
peperit et hec. Et eram⁹ simul: nul
lusq̄ alī⁹ i domo nobiscū/ exceptis
nobis duab⁹. Mortu⁹ est autē fili⁹
mulieris hui⁹ nocte: dormiēs quip
pe oppressit eū. Et cōsurgēs i tēpe-
ste noctis silētio: tulit filiū meū de
latere meo ancille tue dormiētis: et
collocauit in sinu suo: suū aūt fili-
um qui erat mortu⁹ posuit in sinu
meo. Cūq̄ surrexissē mane/ vt da-
rem lac filio meo: apparuit mortu
us. Quē diligēti⁹ intuēs clara luce
dephēdi nō esse meū: quē genuerā.
Respōditq̄ altera mulier Non est
ita vt dicis: sed fili⁹ tu⁹ mortu⁹ est
meus autē viuit. Ecōtrario illa di
cebat. Mētiris. Fili⁹ quippe meus
viuit: et fili⁹ tuus mortu⁹ est. Atq̄
in hunc modum/ contendebant co
ram rege. Tunc rex ait. Hec dixit.
Filius me⁹ viuit/ et fili⁹ tuus mor- D
tuus est: et ista respōdit/ non: sed fi
lius tuus mortu⁹ est/ meus aūt vi-
uit. Dixit ergo rex. Afferte michi
gladiū. Cūq̄ attulissent gladiū co
rā rege: ait. Diuidite (inq̄t) īfantē
viuū in duas ptes: et date dimidiā
partē vni: et dimidiā partē alteri.

Dixit autē mulier cuius fili⁹ erat
viuus/ad regē. (Cōmota sūt quip
pe viscera ei⁹/ sup filio suo) Obse-
cro dn̄e date illi infantē viuū: ⁊ no
lite iterficere eū. Econtrario illa di-
cebat. Nec mihi nec tibi sit sed diui
dat. Respōdit rex et ait. Date huic
infantē viuū: et nō occidat. Hec est
eīn mater ei⁹. Audiuit itaq; ois is-
rael iudiciū qđ iudicasset rex: et ti-
muerunt regem. Videntes sapien
tiam dei esse in eo: ad faciendū iu-
Psal. dicium. Gr. Esto mihi in deum protecto
xxx. rem: et in locum refugii vt saluum me fa-
Eodem cias. ℣. Deus in te speraui domine: non
confundar in eternum. Tractus.
Psal. Domine non sc̄dm peccata nostra
cii. que fecimus nos: neq; secūdū ini
Psal. quitates nostras retribuas nobis. ℣. Do
lxxviij mine ne memineris iniquitatū nostrarum
antiquarum: cito anticipent nos mīe tue:
quia pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nō
fiat genuflexio cum dicitur vsus.
Eodem Adiuua nos deus salutaris noster: et pro-
pter gloriam nominis tui domine libera
nos: et propicius esto peccatis nostris: pro-
pter nomen tuum.

¶ Secundum Joannem. ij.



ca. ij. C In illo tpe. Prope e-
rat pascha iudeo
rū: et ascēdit ies⁹
hierosolymā. Et
inuenit i tēplo vē
dentes oues ⁊ bo
ues: ⁊ colūbas: ⁊
nummularios se
dētes. Et cū fecisset quasi flagellū
de funiculis: oēs eiecit de templo.
Oues quoq;/et boues: et nūmula-
riorū effudit es: ⁊ mēsas subuertit
Et his qui colūbas vendebant/ di-
xit. Auferte ista hinc: et nolite face
re domū pr̄is mei: domū negocia-
tionis. Recordati vero sūt discipu D
li ei⁹/quia scriptū est zelus domus
tue comedit me. Respōderūt ergo
iudei: ⁊ dixerunt ei Quod signum
ostēdis nobis: qa hec facis? Respō
dit ies⁹ ⁊ dixit eis. Soluite templū Psal.
hoc et in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. liiii.
Dixerūt ergo iudei. Quadragīta
et sex annis edificatū est templum
hoc: et tu in tribus dieb⁹ excitabis Eodem
illud? Ille autem dicebat de tēplo
corporis sui. Cum ergo resurrexis
set a mortuis: recordati sunt disci-
puli eius: quia hoc dicebat: et credi
derunt scripture/et sermoni quē di
xit iesus. Cum aūt esset hierosoly-
mis i pascha/ in die festo: multi cre
diderūt in nomine eius: vidētes si- xxxii
gna eius que faciebat. Ipse autem B.
iesus nō credebat semetipsū eis: eo
q ipse nosset oēs: et qa opus ei non
erat/ vt qs testimoniū phiberet de
hoie. Ipse eīn sciebat: qđ esset in ho
mine. Offer. Jubilate deo omnis terra: Psal.
iubilate deo omnis terra: seruite domino in xx.ij.
leticia: intrate in conspectu eius in exulta
tione/quia dn̄s ipse est deus. ℣. Ipse fecit Eodem
nos: et non ipsi nos: nos autem populus
eius/et oues pascue eius. Secreta.
Tuis dn̄e qs operare myste-
rijs: vt hec tibi munera di-
gnis mentib⁹ offeramus. Per do-
minum nostrum iesum christum.
Prefatio. Qui corporali ie. Cōio.
Ab occultis meis munda me domine: et ab Psal.
alienis parce seruo tuo. Postcōio. xviii.
Quos diuinis dn̄e refitis sa-
cramentis tuis qs sustenta
presidijs: ⁊ quos beneficijs tempo
ralibus refoues: pasce perpetuis.

Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

D Eprecationē nostram q̄s dn̄e benign⁹ exaudi: et qb⁹ supplicādi p̄stas affectū: tribue defensionis auxiliū. Per d. ℂ Feria.iij. post Letare. Ad missam. Officiū.

Psal. liiii. E Xaudi de⁹ orationē meā ꝛ ne despexeris dep̄cationē meā: itēde i me/ ꝛ exaudi me d̄s. Cōtristat⁹ sū i exercitatiōe mea: ꝛ cōturbat⁹ sum a voce inimici. Flectam⁹ ge. le. Or.

S Acre nobis q̄s dn̄e obseruationis ieiunia: et pie cōuersationis augmētū: ꝛ tue ppiciatiōis continuū p̄estent auxiliū. Per do. Lectio libri Exodi. xxxij.

xxxii B. I N diebus illis. Locutus est dn̄s ad moysen/ dicens. Descende de monte: quia peccauit populus tuus quem eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito de via/ quā ostendisti eis. Feceruntq̄ sibi vitulū conflatilem/ et adorauerunt: atq̄ immolantes ei hostias/ dixerunt. Isti sunt dij tui israel: qui te eduxerūt de terra egypti. Rursumq̄ ait dominus ad moysen. Cerno q̄ populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furor me⁹ contra eos: et deleam eos: faciāq̄ te in gētem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum dicens. Cur domine irascitur furor tuus contra populū tuum: quem eduxisti de terra egypti/ i fortitudie magna: et in manu robusta? Ne queso dicāt egyptij/ callide eduxit eos: vt interficeret in montibus: et deleret eos de terra Quiescat ira tua et esto placabilis/ sup nequitia populi tui. Recordare abrahā/ isaac/ et israel seruorum tuorum: quib⁹ iurasti p temetipsum dicens. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas celi: et vniuersam terram hanc de qua locutus sum/ dabo semini vestro/ et possidebitis eā semp. Placatusq̄ est dominus ne faceret malum/ quod locutus fuerat aduers⁹ populum suum. Et misert⁹ est populo suo dn̄s de⁹ noster. Gr. Exurge dn̄e fer opē nobis: et libera nos propter nomen tuum. V. Deus aurib⁹ nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis: opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis.

ℂ Secundum Joannem. vij.



I N illo tempore. Jam die festo mediante: ascendit iesus in tēplum/ ꝛ docebat. Et mirabantur iudei dicētes. Quomodo hic litteras scit: cū non didicerit? Respondit ei iesus: et dixit. Mea doctrina/ non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit volūtatem eius facere: cognoscet de doctrina/ vtrū ex deo sit/ an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquit: gloriā propriā querit. Qui autē querit gloriā eius q̄ misit illum: hic verax est: et iniusticia in illo non est. Nōne moyses dedit vobis legē: et nemo ex vobis facit legē. Quid me queritis iterficere? Respōdit ei turba/ et dixit. Demoniū habes. Quis te querit iterficere? Respondit ies⁹: et dixit eis. Unū ca. vii. B C

opus feci: et oms miramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionem: non quia ex moyse est: sed ex patribus: et in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato / vt non soluatur lex moysi mihi indignamini / quia totum hoiem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant autem quidam ex hierosolymis. Nonne hic est / quem querunt interficere? Ecce palam loquitur: et nihil ei dicunt. Numquid vere cognouerunt principes quia hic est christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo iesus / et dicens. Et me scitis: et vnde sim scitis: et a meipso non veni: sed est verus qui misit me / quem vos nescitis. Ego autem scio eum. Et si dixero: quia nescio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum: quia ab ipso sum: et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem: multi crediderunt in eum. Offer. Expectans expectaui dominum / et respexit me: et exaudiuit deprecationem meam: et immisit in os meum canticum nouum: hymnum deo nostro. V. Statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos. Secreta.

Fidelium tuorum domine quesumus hostias propicius intuere: vt quod oblatum est pro obsequium: et deuotorum vota famulorum: tua potius propiciatione firmetur. Per. Prefa. Qui corporali. Com. Letabimur in salutari tuo: et in nomine domini dei nostri magnificabimur. Postcom.

Prosit nobis quesumus domine sacer cibus potusque salutaris qui et temporalem vitam muniat: et prestet eternam. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Miserere quesumus domine populo tuo: et continuis tribulationibus laborantem / propicius respirare concede. Per dominum nostrum.

Feria.iiij.post Letare. Officium.

Dum sanctificatus fuero in vobis / congregabo vos de vniuersis terris: et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et dabo vobis spiritum nouum. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Sequitur oro sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus. et Flectamus genua / Leuate. Oro.

Deus qui et iustis premia meritorum / et peccatoribus per ieiunium veniam prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio: indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominum nostrum.

Lectio Ezechielis prophete. xxxvj.

Hec dicit dominus deus. Sanctificabo nomen meum magnum: vt sciant gentes quia ego dominus: cum sanctificatus fuero in vobis / coram eis. Tollam quippe vos de gentibus: et congregabo vos de vniuersis terris: et adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: et spiritum nouum ponam in medio vestri Et auferam cor lapideum de carne vestra: et dabo vobis cor carneum: et spiritum meum po

nam i medio vestri. Et faciã vt in
preceptis meis ambuletis: et iudi-
cia mea custodiatis / ꝛ operemini.
Et habitabitis i terra quã dedi pa-
tribus vestris: ꝛ eritis mihi i popu
lum / et ego ero vobis in deũ. Dicit
dñs omnipotens. Gr. Venite filii au
dite me: timorem dñi docebo vos. V. Acce-
dite ad eum et illuminamini: et facies ve-
stre non confundentur. Non repetatur
Gr. sed sequatur Dominus vobiscũ. et
Flectamus genua / Leuate. Oro.

Presta qs ops deus vt quos ie
iunia votiua castigãt: ipsa
quoqꝫ deuotio sctã letificet: vt ter-
renis affectibus mitigatis: facilius
celestia capiamus. Per. Hic dñr me-
mo. ꝯsuete. Lectio Esaye pphete. j.

Esaye. i. C.

Hec dicit dñs deus. Lauamini
mundi estote: auferte malũ
cogitationũ vestrarum / ab oculis
meis. Quiescite agere puerse disci
te bñfacere. Querite iudiciũ subue
nite oppresso / iudicate pupillo / de-
fendite viduã: et venite et arguite
me / dicit dñs. Si fuerit peccã vr̃a vt
coccinũ: quasi nix dealbabũt. Et si
fuerint rubra quasi vermiculus: ve-
lut lana alba erũt. Si volueritis /
et audieritis me: bona terre come-
detis. Dicit dñs ops. Gr. Beata gẽs
cuius est dominus deus eorũ: populus quem
elegit dñs in hereditatem sibi. Vs. Verbo
domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius
omnis virtus eorum. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me do
mine: vide humilitatem meam / et
laborem meum: et dimitte omnia peccata
mea. Vsus. Ad te leuaui animam meam:
deus meus in te confido non erubescam:
neqꝫ irrideant me inimici mei. Vs. Etenim
vniuersi qui te expectant non confundentur
confundantur omnes facientes vana.

Secundum Joannem. ix.



In illo tpe. Preteriens Jo. ix. A.
iesus vidit hoiem
cecũ a natiuitate
Et interrogaue-
rũt eũ discipli sui
Rabbi / qs pecca-
uit / hic: aut parẽ-
tes eius / vt cecus na-
sceret? Respõdit ies. Neqꝫ hic pec-
cauit: neqꝫ parẽtes eius: sed vt mani
festent opa dei in illo. Me oportet
opari opera eius q misit me / donec
dies est. Venit nox: quando nemo
potest opari. Quãdiu sum i mũdo
lux sum mũdi. Hoc cũ dixisset: expu
it in terrã / et fecit lutũ ex sputo: ꝛ li
niuit lutũ sup oculos eius / et dixit
ei. Vade / et laua i natatoria syloe: B
qd iterptat missus. Abijt ergo et la-
uit: et venit vidẽs. Itaqꝫ vicini / et q
viderãt eum prius / quia mendicus
erat: dicebãt. Nõne hic est qui sede-
bat / et mendicabat. Alij dicebãt qa
hic est: alij autẽ / nequaqꝫ: sed simi-
lis est eius. Ille vero dicebat / quia
ego sum. Dicebãt ergo ei. Quomo
do aperti sũt tibi oculi? Respõdit /
ille homo qui dicit iesus / lutũ fecit
et vnxit oculos meos: ꝛ dixit mihi.
Vade ad natatoriã syloe / et laua.
Et abij / et laui / et video. Dixerunt
ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Addu- C
cunt eum ad phariseos: qui cecus
fuerat. Erat autẽ sabbatũ quãdo
lutũ fecit ies: ꝛ aperuit oculos eius.
Iterũ ergo iterrogabãt eum pha-
risei: quomodo vidisset. Ille autẽ
dixit eis. Lutũ posuit michi super
oculos: et laui / et video. Dicebant

ergo ex phariseis qdam. Nō est hic
homo a deo: qui sabbatū nō custo-
dit. Alij aūt dicebant. Quō potest
homo peccator: hec signa facere?
Et scisma erat inter eos. Dicūt er-
go ceco iterū. Tu qd dicis de eo: qui
D aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit
quia ppheta est. Nō crediderūt er-
go iudei de eo / qa cecus fuisset & vi-
disset: donec vocauerūt parētes ei⁹
qui viderat: & iterrogauerunt eos
dicētes. Hic est fili⁹ vester: quē vos
dicitis / qa cecus nat⁹ est. Quō ergo
nūc videt? Respōderūt eis parētes
eius et dixerūt. Scimus: qa hic est
filius nr̄: & qa cecus nat⁹ est. Quō
autē nūc videat nescimus: aut qs
eius aperuit oculos: nos nescim⁹.
E. Ipsū iterrogate. Etatē habet. Ip-
se de se loquat̄. Hec dixerūt parētes
eius: qm̄ timebāt iudeos. Iam enī
cōspirauerāt iudei / vt si qs eū con-
fiteretur esse xp̄m: extra synagogā
fieret. Propterea parētes ei⁹ dixe-
rūt: qa etatē habet: ipsum interro-
gate. Vocauerūt ergo rursū hoiē
qui fuerat cecus: & dixerunt ei. Da
gloriā deo: Nos scimus: qa hic ho
mo peccator est. Dixit ergo eis ille
Si peccator est nescio: vnū scio: qa
cecus cū essem: modo video. Dixe-
runt ergo illi. Quid fecit tibi: aut
quomodo aperuit tibi oculos? Re
spōdit eis. Dixi vobis iam: et audi
stis. Quid iterū vultis audire? Nū-
quid et vos vultis discipuli ei⁹ fie-
ri? Maledixerūt ergo ei: et dixerūt.
F Tu discipulus illius sis: nos autē
moysi discipuli sum⁹. Nos scimus
quia moysi locut⁹ est de⁹: hūc autē
nescimus vn̄ sit. Respondit ille ho-
mo: et dixit eis. In hoc enī mirabi-
le est: quia vos nescitis vnde sit: et
aperuit oculos meos. Scim⁹ autē
qa peccōres deus non audit. Sed si
quis dei cultor est: et volūtatē eius
facit: hunc exaudit. A seculo nō est
auditū: qa aperuit qs oculos ceci
nati. Nisi esset hic a deo: non pote-
rat facere quicq̄. Respōderūt & di-
xerūt ei. In peccatis natus es totus:
et tu doces nos. Et eiecerūt eum fo
ras. Audiuit ies⁹ qa eiecerūt eū fo
ras: & cū iuenisset eum dixit ei. Tu
credis in filiū dei. Respondit ille: &
dixit. Quis est dn̄e vt credā in eum
Et dixit ei iesus. Et vidisti eum & q
loquit̄ tecū: ipse est. At ille ait. Cre-
do dn̄e. Et procidēs adorauit eum.
Offer. Benedicite gētes dn̄m deū nostrū:
et obaudite vocem laudis eius: qui posuit
animam meam ad vitā: et nō dedit commo
ueri pedes meos: benedictus dominus qui
non amouit deprecationem meam: et mise-
ricordiam suam a me. ℣. Jubilate deo om
nis terra: psalmum dicite nomini eius da-
te gloriam laudi eius. Secreta.

Supplices te rogam⁹ oīps de⁹
vt his sacrificijs pccā nostra
mundent̄: quia tūc verā nobis tri-
buis / & mentis & corporis sanitatem.
Per dn̄m. Prefatio. Qui corpora-
li ieiunio. Cōio. Lutum fecit ex sputo Jo. ix
dn̄s: et liniuit oculos meos: et abii / et laui:
et vidi: et credidi deo. Postcōio.

Sacramēta que sūpsim⁹ dn̄e
de⁹ noster: et spiritalib⁹ nos
repleāt alimentis: & corporalib⁹ tue-
ant̄ auxilijs. Per do. Super ppl̄m.
Humiliate capita vestra deo. Oro.

Pateāt aures mie tue dn̄e p̄-
cibus supplicātiū: & vt petē-
tibus desiderata concedas: fac eos q̄
tibi placita sūt / postulare. Per do.

¶ Fe. v. post Letare. Ad mis. Offi.



Letetur cor querentium dominum: querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper. Ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Flectamus ge. le. Oro.

Presta quesumus omnipotens deus: ut quos ieiunia votiua castigat/ ipsa quoque deuotio sancta letificet: ut terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per dominum.

¶ Lectio libri Regum. iiij. iiij.

In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad heliseum prophetam/ in montem carmeli. Cumque vidisset eam vir dei decontra: ait ad giezi puerum suum. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius: et dic ei. Recte ne agitur circa te: et circa virum tuum/ et circa filium tuum? Que respondit. Recte. Cumque venisset ad virum dei in montem: apprehendit pedes eius. Et accessit giezi ut amoueret eam Et ait homo dei. Dimitte eam: anima enim eius in amaritudine est: et dominus celauit a me: et non indicauit michi. Que dixit illi. Numquid petiui filium a domino meo? Numquid non dixi tibi/ ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculum meum in manu tua/ et vade. Si occurrerit tibi homo: non salutes eum. et si salutauerit te quispiam: non respondeas illi: et ponas baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dominus: et viuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo/ et secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos: et posuerat baculum super faciem pueri: et non erat vox neque sensus

Reuersusque est giezi in occursum eius et nunciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum: et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium F.
super se: et super puerum: et orauit ad dominum. Et ascendit/ et incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius et oculos suos/ super oculos eius: et manus suas/ super manus eius: et incuruauit se super eum et calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo semel huc/ atque illuc. Et ascendit et incubuit super puerum: et oscitauit puer septies/ aperuitque oculos suos. At ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca sunamitem hanc. Que vocata: ingressa est ad eum. Cui ait. Tolle filium tuum. Venit illa: et corruit ad pedes eius/ et adorauit super terram. Tulitque filium suum: et egressa est. Heliseus vero: reuersus est in galgala.

Gr. Respice domine in testamentum tuum: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Psal. lxxiii.
V. Exurge domine et iudica causam tuam: memor esto opprobrii seruorum tuorum. Eodem

¶ Secundum Joannem. v. ca. v. C



In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum Pater meus usque modo operatur: et ego operor. Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum: sed et patrem suum dicebat deum: equalem se faciens deo. Respondit itaque iesus/ et dixit eis. Amen amen dico vobis: non D
potest filius a se facere quicquam: nisi quod viderit patrem facientem. Quecunque enim

ille fecerit/ hec q filiꝰ similiter facit. Pater em̄ diligit filiū/ q oīa demōstrat ei q̄ ipse facit: q maiora his demōstrabit ei opa: vt q vos miremini. Sicut em̄ pater suscitat mortuos/ q viuificat: sic q filiꝰ quos vult viuificat. Neq enim pater iudicat quēq̄: sed oē iudiciū dedit filio: vt oēs honorificēt filiū sicut honorificāt patrē. Qui nō honorificat filiū nō honorificat patrē/ q̄ misit illum. Amē amen dico vobis: q̄a q̄ verbū meū audit/ et credit ei q̄ misit me: habet vitā eternā. Et in iudiciū nō venit: sed transiet a morte in vitā. Amē amē dico vobis: q̄a venit hora et nūc est: quādo mortui audiēt vocē filij dei: q q̄ audierint/ viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso: sic dedit q filio vitā habere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q̄a filius hoīs est. Nolite mirari hoc: q̄a venit hora/ in qua oēs q̄ in monumētis sūt: audiēt vocē filij dei. Et procedēt q̄ bona fecerūt/ in resurrectionē vite. Qui vero mala egerūt: i resurrectionē

Psal. iudicij. Offer. Domine ad adiuuandum
xxxix. me festina: cōfundantur omnes aduersarij
Eodem mei/ qui cogitant mihi mala. V. Expectās expectaui dominum: et respexit me de lacu miserie/ et de luto fecis. Secreta.

Viuificet nos misericordia deꝰ: vt ecclesie tue seru. q̄ tibi grate sint/ pia munera deferētes: fiāt expiatis mētibꝰ gratiores. Per dnm.

Psal. Prefatio. Qui corpali ieiunio. Domi-
lxx. ne memorabor iustitie tue solius: deꝰ docuisti me a iuuentute mea: q vsq in senectā q senium/ deus ne derelinquas me. Postcōio.

Celestia dona capientibꝰ quesumus dn̄e/ nō ad iudiciū prouenire patiaris: q̄ tuis fidelibꝰ/ ad remediū prouidisti. Per. Sup pplm. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Populi tui deꝰ institutor q rector/ peccata quibꝰ impugnat expelle/ vt semp tibi placitꝰ q tuo munimine sit securꝰ. Per dn̄m nostrū iesum xp̄m filiū tuum. ¶ Feria. vj. post Letare. Ad missam. Officiū.



Meditatio cordis mei Psal.
in cōspectu tuo sem- xviij
per domine adiutor meus et redemptor
meus. Ps. Celi enarrāt Eodem
gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentū. Flectamus genua/ Leuate. Oratio.

Deus qui ineffabilibꝰ mundum renouas sacramētis: presta q̄s: vt ecclesia tua eternis pficiat institutis: et temporalibꝰ nō destituatur auxilijs. Per dominū. Lectio libri Regum. iij. xvij.

In diebꝰ illis. Egrotauit fili iij. re.
us mulieris matrisfamilias: q xvij.
erat languor fortissimꝰ: ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad heliā. Quid mihi et tibi vir dei? Ingressꝰ es ad me: vt rememorarentur iniquitates mee: q interficeres filiū meū. Et ait ad eam helyas. Da mihi filiū tuū. Tulitq̄ eū de sinu illius: et portauit eū i cenaculū vbi ipse manebat: q posuit eū sup lectū suū: et clamauit ad dn̄m/ et dixit. Dn̄e deꝰ meus/ etiā ne viduā apud quā ego vtcūq̄ sustentor afflixisti/ vt interficeres filiū eius. Et expandit se/ atq̄ mensus est sup puerū tribus vicibꝰ: clamauitq̄ ad dn̄m/ et ait. Dn̄e deus meus: reuertat oro aīa pueri huiꝰ/ i viscera eius. Exaudi

uit autē dn̄s vocē helye: et reuersa est aīa pueri itra eū/ et reuixit. Tulitq; helyas puerū: et deposuit eum de cenaculo / in inferiorē domū: et tradidit illum matri sue/ et ait illi. En/ viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad heliam. Nunc in isto cognoui/ qm̄ vir dei es tu et vbū dn̄i i ore tuo verū est. Gr. Bonum est cōfidere in dn̄o/ q̄ confidere in hoīe. V. Bonum est sperare in dn̄o/ q̄ sperare i principibus. Tractus.

Domine non scd̄m peccata nostra que fecimus nos: neq; scd̄m iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos mīe tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflexio cum dicitur vsus. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris: propter nomē tuū. Scd̄m Joannē. xi.



In illo tpe. Erat qdam lāguens lazarus a bethania de castello marie/ et marthe sororis eius. Maria aūt erat q̄ vnxit dn̄m vnguēto et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabat. Miserūt ergo sorores eius ad eum dicētes. Dn̄e/ ecce quē amas/ ifirmat. Audiēs aūt iesus/ dixit eis. Infirmitas hec/ non est ad mortē: sed p gl'ia dei: vt glorificetur filius dei p eā. Diligebat autē iesus marthā et sororem eius mariā: et lazarū. Vt ergo audiuit quia ifirmabat: tūc quidē mansit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hec/ dixit discipulis suis. Eamus in iudeā iterū. Dicunt ei discipuli. Rabbi/ nūc querebāt te iudei lapidare: et iterū vadis illuc? Respōdit iesus. Nōne duodeci sūt hore diei? Si q̄s ābulauerit i die: nō offendit quia lucē huius mūdi videt. Si autē ambulauerit i nocte/ offēdit/ quia lux nō est in eo. Hec ait/ et post hec dixit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitē eū. Dixerūt ergo discipuli eius. Dn̄e/ si dormit/ saluus erit. Dixerat autē iesus de morte eius: illi aūt putauerūt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos/ vt credatis: qm̄ nō erā ibi sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas/ q̄ dicit didimus/ ad cōdiscipulos. Eamus et nos: et moriamur cū eo. Venit itaq; iesus/ et inuenit eum quattuor dies iā in monumēto habētē. Erat aūt bethania iuxta hierosolymā/ quasi stadijs quidecim. Multi autē ex iudeis: venerant ad marthā et mariā: vt cōsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Maria aūt domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesū. Dn̄e/ si fuisses hic/ frater meus nō fuisset mortuus. Sed et nūc scio: q̄a quecunq; poposceris a deo: dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit i me/ etiam si mortuus fuerit/ viuet. Et oīs q̄ viuit/ et credit i me: nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; dn̄e.

Ego credidi / qa tu es christ⁹ filius dei viui: q in hūc mundū venisti. Et cū hec dixisset: abijt et vocauit mariā sororē suā silētio / dicēs. Magister adest / et vocat te. Illa vt audiuit: surrexit cito ꝫ venit ad eū. Nōdū eñ venerat iesus in castellū: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo q erāt cū ea i domo ꝫ ꝯsolabanē eā: cū vidissent mariā / qa cito surrexit / ꝫ exijt secuti sūt eā dicētes: quia vadit ad monumentū / vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat ies⁹ / vidēs eū / cecidit ad pedes eius: et dixit ei. Dñe / si fuisses hic: nō esset mortu⁹ frater me⁹. Iesus ergo vt vidit eā plorātē: et iudeos q venerant cū ea plorātes: ifremuit spū / et turbauit semetipm: ꝫ dixit. Ubi posuistis eū. Dicunt ei. Dñe / veni: ꝫ vide. Et lachrymat⁹ est ies⁹. Dixerūt ergo iudei. Ecce quō amabat eū. Quidam autē ex ipsis dixerūt. Non poterat hic qui apuit oculos ceci nati: facere vt ꝫ hic nō moreretur. Iesus ergo rursū fremēs i semetipso: venit ad monumētū. Erat aūt spelūca: et lapis supposit⁹ erat ei. Ait ies⁹. Tollite lapidē. Dicit ei martha / soror ei⁹ q mortu⁹ fuerat. Dñe: iā fetet quatriduan⁹ eñ est. Dixit ei iesus Nōne dixi tibi: qm si credideris videbis gl'iam dei. Tulerūt ergo lapidē. Iesus aūt eleuatis sursū oculis i celū / dixit. Pater / grās ago tibi: qm audisti me. Ego autē sciebā quia semp me audis: sed pp̄ter populū q circūstat dixi / vt credant / qa tu me misisti. Hec cū dixisset: voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et statim pdijt q fuerat mortuus: ligat⁹ pedes ꝫ man⁹ institis: et facies ill⁹ sudario erat ligata. Dixit ei iesus. Soluite eū: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis / qui venerant ad mariam et martham: ꝫ viderāt que fecit iesus: crediderūt in eum. Offer. Populum humilem saluum facies domine: et oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine. V⁹ Clamor meus in conspectu ei⁹ introiuit in aures eius. Secreta. (Psal. xvii.)

Munera nos dñe q̄s oblata purificent: et te nobis faciāt iugiter esse placatū. Per d. Preфa. Qui corporali. Cōio Uidens dominus flentes sorores lazari ad monumētum lachrymatus est coram iudeis: et clamabat lazare veni foras: et prodiit ligatis manibus et pedibus / qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcōio. (Jo. xi.)

Hec nos q̄s dñe participatio sacramēti: et a ppriis reatibus idesinēter expediat: et ab oīb⁹ tueaē aduersis. Per d. Sup ppłm. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Da q̄s oīs de⁹: vt q infirmitatis nr̄e conscij / de tua pietate cōfidim⁹: sub tua ptectiōe sēper gaudeam⁹. Per do. ¶ Sabbō post Letare Ad missam Officiū.

Sitientes / venite ad aquas dicit dñs: et qui non habetis precium: venite et bibite cum leticia. Ps. Attendite popule meus legem meam / inclinate aurem vestram / in verba oris mei. Flectamus genua / Leuate. Oratio. (Esa. lv.) (Psal. lxxvii.)

Fiat q̄s dñe per grātiā tuā / fructuos⁹ nostre deuotiōis affect⁹: qa tūc nobis pderūt suscepta ieiunia si tue sint placita pieta

ti. Per do. Lec. Esaie pphete. xlix.

Capi. xlix. C

Hec dicit dñs de⁹. In tpe placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sũ tui. Et seruaui te: et dedi te in fed⁹ populi: vt suscitares terrã: et possideres hereditates dissipatas: vt diceres his q̃ vincti sunt / exite: et his q̃ i tenebris / reuelamini. Sup vias pascent: et in oibus planis / pascue eoꝝ. Nõ esurient neq sitient: ꝛ nõ pcutiet eos estꝰ ꝛ sol quia miserator eoꝝ reget eos et ad fõtes aquaꝝ potabit eos. Et ponã oẽs mõtes meos in viã: et semite mee exaltabũt. Ecce isti de lõge venient: et ecce illi ab aqlone / et mari: et isti de terra australi. Laudate celi: et exultet terra: iubilate mõtes laudẽ: quia ꝯsolat⁹ est dñs populũ suũ: et pauperũ suoꝝ miserebitur. Et dixit syon. Dereliqt me dñs: et dñs oblit⁹ est mei. Nunqd obliuisci potest mulier ifantẽ suũ: vt nõ misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamẽ nõ obliuiscar tui: dicit dñs oĩps. Gr. Tibi dñe derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. Vꝰ. Ut quid dñe recessisti longe despicis in opoꝛtunitatibus in tribulatione: dum superbit impius: incenditur pauper.

Psal. xvii.

Eodem

Psal. Eodem

Secundum Joannem. viij.

Jo. viii B



In illo tpe. Dixit iesꝰ turbis iudeoꝝ. Ego sũ lux mũdi. Qui sequitur me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Dixerũt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Respõdit iesus: ꝛ dixit eis. Et si ego testimoniũ phibeo de meipso: verum est testimoniũ meũ: quia scio vnde veni / et quo vado. Uos autẽ nescitis vnde venio aut quo vado. Uos scdm carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quẽq. Et si iudico ego / iudicium meũ verũ est: qa solꝰ nõ sũ: sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptũ est: qa duoꝝ hoim testimoniũ verũ est. Ego sũ q̃ testimonium phibeo de meipso: et testimoniũ phibet de me / q̃ misit me pater. Dicebãt ergo ei. Ubi est pater tuꝰ? Respõdit iesꝰ. Neq me scitis: neq patrẽ meũ. Si me sciretis: foꝛsitan et patrẽ meũ sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio / docens i tẽplo. Et nemo apprehendit eum: quia necdum venerat hoꝛa eius. Offr. Factus est dñs firmamẽtum meum: et refugium meum: ꝛ liberatoꝛ meꝰ sperabo in eum. Vꝰ. Persequar inimicos meos / et comprehendam illos: et non conuertar donec deficiant.

C

Psal. xvii. Eodem

Secreta.

Oblationibꝰ q̃s dñe placare susceptis: ꝛ ad te nr̃as etiã rebelles cõpelle ppiciꝰ voluntates Per do. Pfa. Qui coꝛpali. Cõio. Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me.

Psal. xxii.

Postcõio.

Tua nos q̃s dñe que sumpsimus scta purificent: ꝛ operationis sue remedio / te nobis faciãt esse placatũ. Per. Sup ppłm. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Deus qui sperantibus in te misereri potꝰ eligis q̃ irasci: da nobis digne flere mala que fecimus: vt tue consolationis gratiam inuenire valeamus. Per do.

Dñica in passione.

Psal. xlij ¶ Dñica in passione dñi. Officiũ.



Iudica me de⁹ / et discerne causam meã de gẽte nõ sãcta / ab hoie iniquo et doloso eripe me: quia tu deus meus / et forti-
Eodem tudo mea. Ps. Emitte lucem tuam ꝫ veritatem tuã: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montẽ sanctũ tuũ / et in tabernacula tua. Ab hac die vsq; ad pas. nõ dr Gloria patri. post officiũ ad missam de tẽporali: nisi tãtum in die cene / quãdo episcopus celebrat. Oratio

Quesumus oṗs de⁹: familiã tuã ꝓpici⁹ respice: vt te largiẽte regat in corpe: ꝫ te seruãte custodiat i mẽte. Per. Ad hebreos.

Ca. ix. D Fratres. Christ⁹ assistẽs pontifex futuroꝝ bonorũ pamplius ꝫ pfecti⁹ tabernaculũ nõ manufactũ: id est nõ huius creatiõis: neq; p sanguinẽ hircoꝝ / aut vitulorum: sed p ꝓpriũ sãguinẽ / itroiuit semel in scã eterna redẽptiõe inuẽta. Si eñ sanguis hircoꝝ / aut taurorũ: ꝫ cinis vitule asperl⁹ / iquinatos sctificat ad emũdationẽ carnis: q̃to magis sanguis christi / q̄ p spiritũ sctm̃ semetipm̃ obtulit immaculatũ deo / emũdabit cõsciẽtiã nostrã ab operib⁹ mortuis / ad seruiẽdũ deo viuẽti. Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte itercedẽte in redẽptionẽ eaꝝ puaricationũ / q̄ erãt sub priori testamẽto repromissionẽ accipiãt / q̄ vocati sunt eterne hereditatis In christo iesu / dño nostro. Gr. Eripe me de inimicis meis: do-
Psal. cxxxix. ce me facere voluntatem tuam. Vl⁹. Liberator meus dñe de gentibus iracundis: ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus.

Psal. cxx. viij. et ola infra. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Dicat nunc israel: sepe expugnauerunt me / a iuuentute mea. Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. Prolongauerunt iniquitatem sibi: dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

¶ Secundum Joannem. viij.



ca. viij. I. In illo tpe. Dicebat iesus turbis iudeorũ / ꝫ pricipib⁹ sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatem dico: quare nõ creditis mi? Qui ex deo est: vba dei audit. Propterea vos non auditis: q̄a ex deo non estis. Respõderũt igit iudei: et dixerũt ei. Nõne bene dicim⁹ nos: quia samaritan⁹ es tu / ꝫ demoniũ habes? Respõdit iesus. Ego demoniũ nõ habeo: sed honorifico patrẽ meũ / ꝫ vos inhonorastis me. Ego aũt nõ quero gloriã meã / est q̄ querat ꝫ iudicet. Amẽ amẽ dico vobis si quis sermonẽ meum seruauerit mortẽ non videbit in eternũ. Dixerunt ergo iudei. Nũc cognouim⁹ / q̄a demoniũ habes. Abrahã mortuus est: et ꝓphete: et tu dicis: si q̄s sermonẽ meũ seruauerit: mortem nõ gustabit i eternũ. Nunquid tu maior es pře nřo abrahã / q̄ mortuus est? Et ꝓphete mortui sũt. Quẽ teipsũ facis? Respõdit ies⁹. Si ego glorifico meipsũ: gl̃ia mea nichil est. Est pater meus q̄ glorificat me: quẽ vos dicitis / q̄a de⁹ vester est: ꝫ nõ cognouistis eũ. Ego autẽ noui

eū. Et si dixero q̄a nescio eū: ero si-
milis vobis/ mēdax. Sed scio eum
et sermonē eius seruo. Abrahā pa
ter vester exultauit vt videret diē
meū: vidit/ et gauis⁹ est. Dixerūt
ergo iudei ad eum. Quinquaginta
annos nondum habes: et abrahā
vidisti? Dixit eis iesus. Amē amen
dico vobis: anteq̄ abraham fieret
ego sum. Tulerūt ergo lapides: vt ca. viij.
iacerent in eum. Jesus autē abscō f.
dit se ꝫ exiuit de templo. Offer. Con- Psal.
fitebor tibi domine in toto corde meo: retri- cxviij.
bue seruo tuo vt viuam/ et custodiam ser-
mones tuos: viuifica me secundum verbū
tuum domine. Secreta.

Hostias fideliū tuorꝫ oīps de⁹
propitius intuere: ꝫ cōcede
ne cathena seculi captiuos teneat
quos passione filij tui/ in oībus li-
beros esse voluisti. Qui te. Prefa.
quotī. Hac die dum sacerdos se cō-
municat/ cātetur hec Cōio. Hoc cor- Luce.
pus quod pro vobis tradetur: hic calix no- xxij.
ui testamenti est in meo sanguine dicit do- B
minus: hoc facite quotienscunq̄ sumitis/
in meam commemorationem. Postcōio.

Adesto nobis q̄s dn̄e de⁹ no-
ster: et quos tuis mysterijs
recreasti: perpetuis defende presi-
dijs. Per dn̄m nostrū. ¶ Feria. iij.
post Judica. Ad missam officium



Miserere michi dn̄e/ Psal.
q̄m conculcauit me ho lv.
mo: tota die bellās
tribulauit me. ℣. Cō Eodem
culcauerunt me inimici
mei tota die: quoniā mul
ti bellātes aduersū me. Nō dr̄ Gloria pa.
Flectamus genua/ Leuate. Oro.

Sanctifica q̄s dn̄e nr̄a ieiu-
nia: et cunctarū nobis ppici⁹
indulgentiā largire culparū. Per
dn̄m. Lectio Jone prophete. iij.

In dieb⁹ illis. Factū est vbū ca. iij.
dn̄i ad ionā pphetā secundo A
dicēs. Surge/ et vade in niniuē ci-
uitatē magnā: ꝫ p̄dica in ea p̄dica-
tionē/ quā ego loquar ad te. Et sur-
rexit ionas: ꝫ abijt in niniuem/ iu-
xta vbū dn̄i. Et niniue erat ciuitas
magna: itinere dierū triū. Et cepit
ionas introire ciuitatē itinere diei
vnius/ ꝫ clamauit/ et dixit. Adhuc B
quadraginta dies: et niniue subuer
tetur. Et crediderunt viri niniuite
in dn̄o/ ꝫ p̄dicauerūt ieiuniū: et ve-
stiti sūt saccis/ a maiore vsq̄ ad mi
norē. Et puenit verbū ad regē nini C
ue/ ꝫ surrexit de solio suo: ꝫ abiecit
vestimētū suū a se/ ꝫ indut⁹ est sac-
co/ et sedit in cinere: et clamauit/ et
dixit in niniue ex ore regis/ et prin-
cipū ei⁹/ dicēs. Hoīes/ et iumēta/ et D
boues/ et pecora/ nō gustent quicq̄
nec pascātur: et aquā nō bibant: et
operiātur saccis hoīes/ ꝫ iumēta cla
ment ad dn̄m/ ī fortitudine. Et con
uertatur vir a via sua mala: ꝫ ab ini
quitate q̄ est in manib⁹ eorū. Quis
scit si cōuertatur et ignoscat de⁹: ꝫ re
uertatur a furore ire sue/ ꝫ nō peribi
mus. Et vidit de⁹ opera eorꝫ: quia
cōuersi sūt de via sua mala. Et mi
sertus est deus sup maliciā/ quā lo
cut⁹ fuerat vt faceret eis: ꝫ nō fecit
Et misert⁹ est populo suo: dn̄s de⁹
noster. Gr. Deus exaudi orationē meā: Psal.
auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus liij.
in nomine tuo saluum me fac: et in virtute Eodem
tua libera me. Tractus.

Domine nō secūdū peccata nostra Psal.
que fecimus nos: neq̄ secūdū ini- ciij.
quitates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e

Psal. lxxviij ne memineris iniqtatū nostrarū antiquarum: cito anticipēt nos mie tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflexio cum dr ỽ⁹. Adiuua nos deus
Eodem salutaris noster: et propter gloriā nominis tui dñe libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

¶ Secundum Joannem. vij.

Ca.vij E.



IN illo tpe. Miserunt pricipes et pharisei ministros: vt apprehēderent iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū tēp⁹ vobiscū sū: et vado ad eū q misit me. Queretis me: ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi sū ego/ vos nō potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: quia nō inueniem⁹ eū? Nūqd in dispersionē gentiū itur⁹ est: ⁊ docturus gētes? Quis est hic sermo quē dixit: queretis me/ ⁊ nō inuenietis: ⁊ vbi sum ego/ vos nō potestis venire?
F. In nouissimo autē die magno festiuitatis: stabat iesus et clamabat dicēs. Si quis sitit: veniat ad me/ ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de vētre ei⁹ fluent aque viue. Hoc autē dixit de spiritu: quē accepturi erāt/ credentes in eū. Offr. Dñe conuertere et eripe aiam meā: saluum me fac propter miam
Psal. vi. Eodem tuā. ỽ. Dñe ne in ira tua arguas me: neqꝫ in furore tuo corripias me. Secreta.

SAcrificiū laudis de pceptione tuor dñe deferimus presidior: qs: vt pcipiēda securius: veriusqꝫ sumam⁹. Per d. Pfa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Domin⁹ virtutum: ipse est rex glorie. Postcōio.

SAcramēti tui qs dñe participatio salutaris: et purificationem nobis prebeat: et medelam. Per dñm. Suꝑ populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DA qs dñe pplo tuo spm veritatis ⁊ pacis: vt te tota mēte cognoscat: et q tibi placita sunt/ pia deuotione exerceat. Per dñm. In vnitate eiusdē spirit⁹ sctī deus.

¶ Feria.iiij. post Officiū.

EXpecta dñz viriliter age et cōfortetē cor tuū: ⁊ sustine dñm. ps. Dñs illuminatio mea: ⁊ salus mea quem timebo. Nō dicitur Gloria pa. Flectamus genua/ Leuate. Oratio.

NOstra tibi qs dñe sint accepta ieiunia: q nos ⁊ expiando gratia tua dignos efficiant: et ad remedia perducāt eterna. Per.

Lectio Danielis prophete. xiiij.

IN dieb⁹ illis. Cōgregati sūt babylonij ad regē: ⁊ dixerūt ei. Trade nobis danielem/ q bel destruxit: et draconē iterfecit: alioqn interficiem⁹ te/ ⁊ domū tuā. Vidit ergo rex qd irruerēt in eū vehemēter/ et necessitate cōpuls⁹/ tradidit eis danielē. Qui miserūt eū in lacū leonū: et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erāt leones septē: ⁊ dabant eis quotidie duo corpa ⁊ due oues Et tūc nō data sunt eis: vt deuorarēt danielē. Erat aūt abachuc propheta in iudea: et ipse coxerat pulmētū: ⁊ intriuerat panes in alueolo: et ibat i campū: vt ferret messorib⁹. Dixitqꝫ āgel⁹ dñi ad abachuc Fer prādiū qd habes in babylonē danieli: qui est in lacu leonū. Et di-

rit abachuc. Dñe/ babylonē nō vi-
di: ꝛ lacū nescio. Et apphēdit eū an
gelus dñi i vertice ei⁹: et portauit eū
capillo capitis sui: posuitqꝫ eū i ba-
bylonē sup lacū/ i impetu spūs sui.
Et clamauit abachuc dicēs. Dani
el serue dei/ tolle prandiū qđ tibi mi-
sit de⁹. Et ait daniel. Recordat⁹ es
es mei dñe de⁹ me⁹: et nō dereliqsti
diligentes te. Surgēsqꝫ daniel/ co-
medit. Porro angel⁹ dñi restituit
abachuc cōfestim i loco suo. Uenit
ergo rex die septimo/ vt lugeret da
nielē. Et venit ad lacū: ꝛ itrospexit.
Et ecce daniel/ sedēs i medio leonū
Et exclamauit rex voce magna/ di
cens. Magn⁹ es dñe deus danielis
Et extraxit eū de lacu. Illos aūt q
pditiōis ei⁹ causa fuerāt: intromi-
sit in lacū: ꝛ deuorati sūt in momē-
to corā eo. Tunc rex ait. Paueant
oēs hitātes i vniuersa tra deū da-
nielis: qa ipse est liberator ꝛ salua-
tor: faciēs signa ꝛ mirabilia/ i celo
ꝛ in terra. Qui liberauit danielem
Psal. de lacu leonum. Gr. Discerne causam
xlii. meā dñe: ab hoīe iniquo et doloso eripe me.
Eodem V. Emitte lucē tuā ꝛ veritatē tuam ipa me
deduxerūt: ꝛ adduxerunt in mōtē sctm̄ tuū.

¶ Secundum Joannem. vij.

Ca. vii A. IN illo tpe. Ambulabat ie⁹ in galileā Non eni volebat in iudeā ābulare quia querebāt eū iudei interficere. Erat autē in primo dies festus iudeorū scenophegia. Dixerūt ergo ad eū fratres ei⁹. Trāsi hinc: ꝛ vade i iudeā/ vt et discipuli tui videāt opera tua que facis. Nemo qppe in occulto aliqđ facit: et querit ipse in palam esse. Si hec facis/ manifesta teipsm mundo. Neqꝫ eñ fratres eius/ credebant in eū/ dixit ergo eis iesus. Tēpus meū nondū aduenit tēpus aūt vestrū semp est paratū. Nō potest mūd⁹ odisse vos/ me autem odit: qa ego testimoniū perhibeo de illo/ qa opa eius mala sunt. Uos ascēdite ad diē festū hunc: ego autē nō ascēdā ad diē festū istū: qa tēpus meū nondū impletū est. Hec cum dixisset: ipse māsit in galilea.
Ut aūt ascēderūt fratres eius: tūc B
et ipse ascēdit ad diē festū/ nō manifeste: sed quasi i occlto. Judei ergo qrebāt eū i die festo/ et dicebāt. Ubi est ille? Et murmur mult⁹ erat de eo in turba. Quidā eñ dicebāt/ qa bonus est: alij autē dicebāt/ nō: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebat de illo propter metū
iudeoꝝ. Offr. Sperent in te oēs qui no Psal.
uerunt nomē tuū dñe: quoniā non derelin- xi.
quis querētes te. psallite dño qui habitat in syon: quoniā nō est oblitus orationē pau
perum. V. Sedes super thronum qui iudi- Eodem
cas equitatem/ increpasti gentes/ et periit impius: iudicate populum cum iusticia: et fact⁹ es refugium pauperum. Secreta.

HOstias tibi dñe deferim⁹ imolādas: q̄ tpalē cōsolationē nobis impēdāt: vt pmissa certi⁹ non desperem⁹ eterna. Per. Prefa.
Qui corporali. Cōio. Redime me de⁹ xxiiii.
israel: ex oib⁹ angustiis meis. Postcōio.

DA q̄s ops deus. vt q̄ diuina sunt iugiter exequētes: donis mereamur celestibus propinquare. Per dñm. Super populum
Humiliate capita vestra deo. Ora.

Feria. iiij. post Judica.

Da nobis dñe q̃s perseuerã-
tem in tua volũtate famu-
latũ: vt in diebus nostris ꝯ merito
et numero / populus tibi seruiens
augeatur. Per. ¶ Feria. iiij. post
Judica. Ad missam. Officium.



Psal. xvij. Liberator me⁹ de gẽ
tib⁹ iracũdis: ab in
surgẽtib⁹ i me exal-
tabis me: a viro ini
quo eripe me dñe. ℣
Eodem. Diligã te dñe fortitudo
mea: dñs firmamentũ meũ ꝯ refugiũ meũ.
Nõ dr Gła. Flectam⁹ genua le. Oꝛ

Sanctificato hoc ieiunio de⁹
tuorum corda fideliũ mise-
rator illustra: ꝯ quibus deuotiõis
presta affectum: prebe supplicanti
bus pium benign⁹ auditum. Per.
Lectio libri Leuitici. xix.

ca. xix. In dieb⁹ illis. Locut⁹ est dñs
ad moysen / dicẽs. Loq̃re ad
vniuersũ cetũ filiorũ israel: ꝯ dices
ad eos. Ego dñs de⁹ vester. Nõ fa-
cietis furtũ: nõ mentiemini: nec de
cipiet vnusq̃sq; primũ suũ. Nõ piu
rabis in noie meo: nec pollues no-
men dei tui. Ego dñs. Non facies
calũniam primo tuo: nec vi oppri-
mes eũ. Non morabitũ opus mercẽ
narij tui apud te vsq; mane. Non
maledices surdo: nec corã ceco po-
nes offendiculũ: sed timebis dñm
deũ tuũ: q̃a ego sũ dñs. Nõ facies
quod iniquũ est: nec iniuste iudica-
bis. Nõ cõsideres psonã pauperis
nec honores vultũ potentis. Juste
iudica primo tuo. Nõ eris crimina-
tor: nec susurro in populis. Nõ sta
bis ɔtra sanguinẽ primi tui. Ego
dñs. Nõ oderis fratrẽ tuũ in corde
tuo: sed publice argue eũ / ne habe-
as sup illo peccatũ. Nõ queras vl-
tionẽ inimicorũ: nec memor eris in-
iurie ciuiũ tuor. Diliges amicum
tuum / sicut teipsum. Ego dñs. Le- D
ges meas custodite. Ego eñi sum:
dominus deus vester. Gr. Exaltabo Psal.
te dñe quoniam suscepisti me: nec delecta- xix.
sti inimicos meos super me. ℣. Domine Eodem
deus clamaui ad te et sanasti me: domine
abstraxisti ab inferis animã meam: salua-
sti me a descẽdẽtibus in lacũ. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me do Psal.
mine: vide humilitatem meam / et xxiiij.
laborem meum: et dimitte omnia peccata oia
mea. Vsus. Ad te leuaui animam meam:
deus meus in te confido non erubescam:
neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim
vniuersi qui te expectant non confundẽtur
confundantur omnes facientes vana.
¶ Secundum Joannem. x.



In illo tpe. ca. x.
Facta sũt
encenia i hieroso
limis ꝯ hyẽs erat
ꝯ ãbulabat iesus
in tẽplo / i porticu
salomonis: circũ
dederunt ergo eũ
iudei: ꝯ dicebãt ei
Quousq; aiam nrãm tollis? Si tu
es xp̃s dic nobis palã. Respõdit eis
ies⁹. Loquor vobis: et nõ creditis.
Opera q̃ ego facio i noie p̃ris mei:
hec testioniũ phibẽt de me. Sz vos
nõ creditis: q̃a non estis ex ouibus
meis. Oues mee vocẽ meã audiũt: f.
ꝯ ego cognosco eas / ꝯ sequunẽ me.
Et ego vitã eternã do eis / ꝯ nõ peri
bũt in etnũ: ꝯ nõ rapiet eas q̃sq̃ de
manu mea. P̃r me⁹ qđ dedit mihi
maius omnibus est: ꝯ nemo potest
rapere de manu p̃ris mei. Ego et

pater vnũ sum⁹. Sustulerũt ergo
lapides iudei vt lapidarent eũ. Re-
spõdit eis ies⁹. Multa bõa opa ostẽ
di vobis ex pr̃e meo ꝑpter qḋ eorũ
G. op⁹/me lapidatis: Respõderunt ei
iudei. De bono opere nõ lapidam⁹
te/sed de blasphemia: et quia tu ho
mo cũ sis: facis teipsũ deũ. Respõ-
dit eis ies⁹. Nõne scriptũ est in lege
vr̃a: q̃a ego dixi/dij estis. Si illos
dixit deos ad quos sermo dei fact⁹
est: et nõ potest solui scriptura/quẽ
pater sctificauit: et misit in mũdũ:
vos dicitis q̃a blasphemas: q̃a di-
xi fili⁹ dei sũ. Si nõ facio opa pr̃is
mei: nolite credere mihi. Si aũt fa
cio: ꝫ si mihi nõ vultis credere: opi-
bus credite. Ut cognoscatis et cre-
datis/q̃a pater i me est: ꝫ ego in pa
Psal. tre. Offer. Eripe me de inimicis meis deus
lviii. meus: ꝫ ab insurgentibus in me/libera me
Eodem dñe. ℣. Quia ecce captauerunt animam
meam: irruerunt in me fortes. Secreta.

Annue nobis quesum⁹ mi-
sericors de⁹: vt hostias pla
cationis: et laudis/sincero tibi de-
feramus obsequio. Per. Prefatio.
Psal. Qui corporali. Cõio. Lauabo inter
xxv. innocentes manus meas: et circuibo alta-
re tuũ dñe: vt audiam vocem laudis tue: et
enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Postcõ.

Celestis doni bñdictione pce-
pta supplices te de⁹ oĩs dep̃
camur: vt hoc idẽ nobis ꝫ sacramẽ
ti causa sit ꝫ salutis. Per. Sup po-
pulũ. Humiliate capita vr̃a deo. Or.

Adueniat q̃s dñe misericor-
dia sperata supplicibus: et
eis celesti munificẽtia tribuat qua
tenus ꝫ recte petenda postulent: et
postulata percipiãt. Per dominũ.
¶ Feria. v. post Judica. Officium


Omnia q̃ fecisti no-
bis dñe/i vero iudi-
cio fecisti: q̃a pecca-
uimus tibi: ꝫ mãda
tis tuis nõ obedi
uimus: sed da gl̃iã
noĩ tuo: ꝫ fac nobiscũ scd̃m multi-
tudinẽ mĩe tue. Ps. Magnus dominus Psal.
ꝫ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in xlvii.
monte sancto ei⁹. Non dicitur. Gloria.
Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.

Presta q̃s oĩs deus vt digni
tas cõditiõis humane per
imoderantiã sauciata medicinalis
parsimonie studio reformet. Per.
Lectio danielis prophete. iij

In diebus illis. Orauit dani Ca. iii.
el dicẽs. Dñe de⁹ isrl̃ ne des- D.
picias populũ tuũ: neqꝫ auferas
miam tuã a nobis. Propter abra-
ham dilectũ tuũ: et isaac seruũ tu-
um: et israel sanctũ tuũ: quib⁹ lo-
cutus es pollicẽs qḋ multiplicares
semen eorum sicut stellas celi: et si-
cut arenã que est in littore maris
Quia dñe imminuti sumus plusq̃
oẽs gẽtes: sumusqꝫ humiles in vni-
uersa terra hodie/propter peccata
nostra. Et nõ est in tpe hoc pnceps
et dux/et ꝑpheta: neqꝫ holocaustũ/
neqꝫ sacrificiũ/neqꝫ oblatio/ neqꝫ i-
cẽsũ/neqꝫ loc⁹ primiciarꝝ corã te: vt
possim⁹ inuenire miam tuã: sed in
aĩo contrito: et spũ humilitatis su
scipiamur. Sicut i holocausto arie
tum et taurorꝝ: et sicut in milibus
agnorꝝ pinguiũ sic fiat sacrificiũ no
strũ in cõspectu tuo hodie: vt place
at tibi: qm̃ nõ est confusio cõfidẽti-
bus i te. Et nũc dñe sequimur te in to
to corde ꝫ timem⁹ te: ꝫ q̃rim⁹ faciẽ
tuã. Ne cõfundas nos: sed fac no-

biscũ iuxta mãsuetudinẽ tuã: ꝗ secũdũ multitudinẽ mĩe tue. Et erue nos ĩ mirabilib⁹ tuis: et da gl'iam noĩ tuo dñe: ꝗ ɔfundant oẽs ꝗ ostẽdũt seruis tuis mala. Cõfundant in oĩpotẽtia et robur eoꝝ ɔteratur. Et sciãt/ ꝗa tu es dñs de⁹ sol⁹/ ꝗ gloriosꝰ sup oẽm terrã dñe de⁹ nr̃. Gr. Tollite hostias ꝗ introite ĩ atria eius: adorate dñm in aula scã eius. V⁹. Reuelabit dñs cõdẽsa: ꝗ ĩ tẽplo eius oẽs dicẽt gloriã.

Psal. xcv. Psal. xxviii. ca. vii.

¶ Secundum Joannem. vij.

F.



In illo tẽpe. Cũ audissent quidã de turba sermões iesu: dicebãt. Hic est vere propheta. Alij dicebant. Hic est christ⁹. Quidam aũt dicebãt. Nũquid a galilea christ⁹ venit? Nõne scriptura dicit: ꝗa ex semine dauid et de bethleẽ castello vbi erat dauid vẽtur⁹ est christ⁹? Dissẽtio itaqꝫ facta est ĩ turba/ ꝑpter eũ. Quidã autem ex ipsis volebãt apꝑhendere eũ sed nemo misit sup illũ manus. Ve-

G. nerũt ergo ministri ad põtifices: et phariseos: ꝗ dixerunt eis illi. Quare nõ adduxistis eum? Respõderũt ministri. Nũꝗ sic locut⁹ est homo: sicut hic loquit'. Respõderunt ergo eis pharisei. Nũquid ꝗ vos seducti estis? Nũquid aliꝗs ex pꝛincipib⁹ credidit ĩ eum: aut ex phariseis? Sed turba hec ꝗ non nouit legẽ: maledicti sũt. Dixit nicodem⁹ ad eos/ ille qui venit ad eũ nocte/ ꝗ vn⁹ erat ex ipsis. Nũquid lex nr̃a iudicat hoĩem nisi pri⁹ audierit ab ipso/ et cognouerit ꝗd faciat? Respõderũt ꝗ dixerũt ei. Nũquid ꝗ tu galile⁹ es? Scrutare scripturas/ et vide: ꝗa ꝑpheta a galilea nõ surgit. Et reuersi sũt: vnusquisqꝫ ĩ domũ suã. Offer. Sup flumina babylonis illic sedim⁹ ꝗ fleuim⁹: dũ recordaremur tui syõ. V. Memẽto dñe filios edom: in diem hierusalem. Secreta.

Psal. cxxxvi. Eodem.

Domine deus noster/ qui in his potius creaturis: quas ad fragilitatis nostre subsidiũ cõdidisti/ tuo quoqꝫ nomini munera iussisti dicanda cõstitui: tribue q̃s vt et vite nobis pꝛesentis auxiliũ: et eternitatis efficiant sacramentum. Per. Pꝛefa. Qui corpoꝛali. Cõio. Memento verbi tui seruo tuo domine/ in quo mihi spem dedisti: hec me consolatus est in humilitate mea. Postcõio.

Psal. cxviii.

Quod oꝛe sumpsim⁹ dñe pura mente capiam⁹: ꝗ de munere tpali fiat nobis remediũ sempiternũ. Per dñm. Super populũ. Oro. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Esto q̃s dñe propitius plebi tue: vt que tibi non placent respuẽtes: tuoꝝ potius repleãt' delectationib⁹ mandatoꝝ. Per do.

¶ Feria vj. post Judica. Officiũ.

Miserere michi dñe qm̃ tribuloꝛ: libera me/ et eripe me de manibus inimicoꝝ meoꝛum/ et a persequentib⁹ me: dñe nõ cõfundar: quoniam inuocaui te. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me. Non di. Gloꝛia patri. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Psal. xxx. Con.

Cordib⁹ nr̃is q̃s dñe gr̃am tue benign⁹ infunde: vt pctã nr̃a castigatiõe voluntaria cohibẽtes/ tpaliter poti⁹ maceremur ꝗ̃ suppliciis/ deputemur eternis.

Per. Lec. Hieremie pphete. xvij.
ca. xvii I N diebꝰ illis. Dixit hieremi-
C. as. Dñe oẽs q̄ te dereliquūt/
cōfundent. Recedētes a te/ in terra
scribent: qm̄ dereliquerūt venam
aquarꝫ viuētiū dñz. Sana me dñe/
et sanabor: saluū me fac/ ꝫ saluus
ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipsi di
cūt ad me. Ubi est verbū dñi? Ueni
at. Et ego nō sū turbatꝰ te pastorē
sequēs/ ꝫ diē hoīs nō desideraui/ tu
scis. Qđ egressū est de labijs meis
rectū ī cōspectu tuo fuit. Nō sis mi
hi tu formidini: spes mea tu in die
afflictiōis. Cōfundāt q̄ me ꝑsequū
tur: ꝫ nō ꝯfundar ego. Paueāt illi:
et nō pauea ego. Induc sup eos diē
afflictiōis: ꝫ duplici ꝯtritione/ cōte
Psal. re eos dñe deus noster. Gr. Pacifice
xxxiiii loquebantur mihi inimici mei: et in ira mo
lesti erant mihi. V. Uidisti dñe/ deus meus
ne sileas: ne discedas a me. Tractus.
Psal. D Omine non secundum peccata no
cii. stra que fecimus nos: neqꝫ secūdū
Psal. iniquitates nostras retribuas nobis. V. Do
lxxviii mine ne memineris iniquitatū nostrarum
antiquarum: cito anticipēt nos misericor-
die tue: quia pauperes facti sumus nimis.
Eodem Hic nō fiat genuflexio cū V. V. Adiu
ua nos deus salutaris noster: et propter glo
riā nominis tui domine libera nos: et propi-
cius esto peccatis nostris/ ꝓpter nomē tuū.
C Secundum Joannem. xi.
ca. xi. I N illo tpe.
F. Collegerūt
pōtifices ꝫ phari
sei ꝯsiliū aduersꝰ
iesum: ꝫ dicebāt.
Quid facimꝰ: q̄a
hic homo multa
signa facit? Si di
mittimꝰ eum sic:
omnes credent ī eum. Et venient ro-
mani: ꝫ tollent nostrū locū/ et gen-
tem. Unꝰ aūt ex ipsis cayphas no-
mine: cū esset pōtifex anni illius: di
xit eis. Uos nescitis q̄cq̄/ nec cogi-
tatis: q̄a expedit vobis/ vt vnꝰ mo-
riat homo pro pplo: et nō tota gēs
pereat. Hoc autē a semetipso nō di- G.
xit: sed cū esset pōtifex anni illiꝰ/ p-
phetauit: q̄a iesus moriturꝰ erat p
gēte. Et nō tantū pro gēte: sed vt fi-
lios dei q̄ erant dispersi/ ꝯgregaret
in vnū. Ab illo ergo die: cogitaue-
rūt: vt īterficerēt eū. Jesꝰ ergo iam
nō ī palā ambulabat apud iudeos
sed abijt ī regionē iuxta desertū/ in
ciuitate q̄ dicit effrem. Et ibi mora
bat: cū discipulis suis. Offr. Bñdi- Psal.
ctus es domine: doce me iustificationes tu- cxviii.
as: et ne tradas calūniantibus me super-
bis: et respondebo exprobantibus michi
verbum. Vsus. Uidi non seruantes pactū Eodem
et tabescebam: domine quando facies de p-
sequentibus me iudicium? Secreta.
P Resta nobis misericors de-
us: vt digne tuis seruire sē-
per altaribus mereamur: et eorū
ppetua participatiōe saluari. Per
Prefatio. Qui corporali. Cōio. Ne Psal.
tradideris me dñe in alas ꝑsequētiū me: q̄a xxvi.
insurrexerunt in me testes iniqui: et menti-
ta est iniquitas sibi. Postcōio.
S Umpti sacrificij dñe perpe-
tua nos tuitio non derelin-
quat: et noxia semper a nobis cun
cta depellat. Per. Super populum
Humiliate capita vestra deo. Oro.
C Oncede nobis quesumꝰ do-
mine veniā peccatorū: et re-
ligionis augmētum: atqꝫ vt in no-
bis tua dona multiplices: tuis fac
mandatis promptiores. Per dñm.

Sabbato post Judica. Officiu.

Psal. xxx. 
Miserere mihi domine qm tribulor: libera me: et eripe me de manib⁹ inimicorum meor: et a psequetibus me: dñe nõ cõfundar: qm inuocaui te. Ps. In te dñe speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me. Non dicit Gloria patri.

Eodem
Flectamus genua / Leuate. Oro.

Proficiat qs dñe plebs tibi dicata / pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita / quto maiestati tue sit gratior: tanto donis potioribus augeat. Per.

Lectio hieremie prophete. xviij.

c. xviii.
In dieb⁹ illis. Dixerũt impij iudei adiuicẽ: Uenite cogitem⁹ cõtra iustũ cogitatiões. Nõ eñi peribit lex a sacerdote: neq̃ cõsiliũ a sapiẽte: nec sermo a ppheta. Uenite / et pcutiam⁹ eum lingua: et nõ attẽdam⁹ ad vniuersos sermones ei⁹.

G
Attẽde dñe ad me: et audi voces aduersarior meor. Nũqd reddet pro bono malũ: qa foderunt foueã aĩe mee. Recordare q̃ steterim in cõspectu tuo / vt loquerer pro eis bonũ: et auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eor in famẽ: et deduc eos i man⁹ gladij. Fiãt vxores eor absq̃ liberis et vidue: et viri earũ interficiãtur morte. Juuenes eorũ cõfodiant gladio in prelio audiat clamor de domib⁹ eorum. Adduces enim super eos latronẽ repente: quia foderũt foueã vt caperent me: et laqueos abscõderunt pedibus meis. Tu autem dñe scis omne consiliũ eorũ / aduersum me in mortẽ. Ne propicieris iniquitati eorum: et peccatum eorum / a facie tua non deleatur. Fiant corruẽtes in conspectu tuo in tempore furoris tui: domine deus me⁹. Gr. Pacifice loquebantur mihi inimici mei: et in ira molesti erant mihi. V. Uidisti domine de⁹ meus ne sileas: ne discedas a me.

Secundum Joannem. vj.



In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis: et turbis iudeorũ. Amen amẽ dico vobis / nisi mãducaueritis carnẽ filij hois et biberitis ei⁹ sanguinẽ: nõ habebitis vitã i vobis. Qui mãducat meã carnẽ: et bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternã: et ego resuscitabo eũ / in nouissimo die. Caro eñi mea / vere est cib⁹: et sanguis meus / vere est pot⁹. Qui mãducat meã carnẽ: et bibit meũ sãguinẽ: in me manet / et ego i illo. Sicut misit me viuens pr: et ego viuo pp̃ter patrem. Et q mãducat me: et ipse viuet pp̃ter me. Hic est panis q de celo descendit. Nõ sicut mãducauerũt patres vẽri mãna in deserto: et mortui sũt. Qui mãducat hũc panẽ: viuet in eternũ. Hec dixit i synagoga: docẽs sabbato i capharnaũ. Multi autẽ audiẽtes ex discipulis ei⁹ / dixerũt. Dur⁹ est hic sermo. Quis potest eũ audire. Sciens autẽ iesus apud semetipsum / qa murmurarẽt de hoc discipuli ei⁹ / dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filiũ hominis ascẽdẽtẽ / vbi erat pri⁹. Spirit⁹ est q viuificat: caro nõ prodest quicq̃. Uerba q̃ ego locut⁹ sum vo

bis spūs et vita sunt. Sed sunt quidā
ex vobis: qui nō credūt. Sciebat aūt
ab initio iesus, qui essent credētes: et
quis traditurus esset eum, et dicebat.
Propterea dixi vobis, quia nemo po
test venire ad me nisi fuerit ei datū
a patre meo. Ex hoc ergo multi disci-
pulorum eius abierunt retro: et iam nō
cū illo ambulabant. Dixit ergo ie-
sus ad duodecī. Nunquid et vos vul-
tis abire? Respōdit ergo ei symon
G petrus. Dñe, ad quē ibimus? Verba
vite eterne habes. Et nos credimus
et cognovimus quia tu es xp̄s filius
dei. Respōdit eis iesus. Nonne ego
vos duodecī elegi: et unus ex vobis
diabolus est. Dicebat aūt de iuda sy
monis scariothis. Hic enī erat tra-
diturus eū: cū esset unus ex duodecim
Psal. xix. Offer. Recordare quod steterim in conspectu
tuo: ut loquerer pro eis bonum: et averte-
rem indignationem tuam ab eis. Psalmus.
Eodem Qui regis israel intende: qui deducis ve-
lut ovem ioseph. Secreta.

Suscipe creator omnipotēs, que
ieiunātes de tue munificentie
largitate deferimus: et pro tēporali
nobis collata subsidio, ad vitā conver-
te propiciatus eternā. Per. Prefatio.
Psal. xxvi. Qui corporali. Cōio. Ne tradideris
me domine in animas persequentium me:
quia insurrexerunt in me testes iniqui: et
mentita est iniquitas sibi. Postcōio.

Divini mūeris largitate sa
ciati qs dñe deus noster: ut
huius semper participatiōe viva-
mus. Per dñm. Sup populum. Hu-
miliate capita vestra deo. Oratio.

Tueatur qs dñe dextera tua
populū deprecātē: et purifica-
tū dignāter erudiat: ut et consolatio-
ne p̄senti foveat et ad futura bona
proficiat. Per dñm nostrū iesum.

¶ Dñica in ramis palmarum post
aspersionem aque benedicte, lega-
tur hec lectio ad gradum altaris
ex parte australi ab accolito alba
induto sup flores et frondes cū suo
titulo. Lectio libri Exodi. xv. et xvi

In diebus illis. Venerunt fi- Ca. xv D
lii israel in helim: ubi erant
fontes aquarum duodecim: et septua-
ginta palme: et castrametati sunt
iuxta aquas. Profectique sunt de he ca. xvi. A.
lim: et venit omnis multitudo filio
rum israel in desertum syn, quod
est inter helim et synai, quintodeci-
mo die mēsis secūdi: postquā egressi
sunt de terra egypti. Et murmura
vit oīs cōgregatio filiorum israel: cō-
tra moysen, et aaron in solitudine.
Dixeruntque filii israel ad eos. Uti-
nam mortui essemus per manum do-
mini in terra egypti, quando sede-
bamus sup ollas carnium et come
debamus panē in saturitate. Cur in-
duxistis nos in desertum istud ut oc
cideretis oēm multitudinem fame
Dixit autem dñs ad moysen. Ecce
ego pluā vobis panes de celo. Egre
diatur populus: et colligat que suffi-
ciunt per singulos dies: ut tentem
eum: utrum ambulet in lege mea,
an non. Die aūt sexto, parent quod
inferant: et sit duplū quam colligere so- B
lebāt, per singulos dies. Dixerūt-
que moyses et aaron, ad omnes fili-
os israel. Vespere scietis, quod domi-
nus eduxerit vos de terra egypti et
mane videbitis gloriā dñi. Audivit
enim murmur vestrum contra do
minum. Nos vero quid sumus: quia
mussitastis cōtra nos? Et ait moy-
ses. Dabit vobis dñs vespere carnes

edere: et mane panes in saturitate eo q audierit murmurationes vras quibus murmurati estis cotra eu. Nos eni qd sum? Nec contra nos est murmur vestru: sed ctra dnm. Dixitq moyses ad aaron. Dic vniuerse cogregationi filioꝝ israel. Accedite corā dño. Audiuit eni murmur
C vestrum. Cuq loqueret aaron ad omnē cetum filiorum israel: respexerūt ad solitudinē. Et ecce gloria dñi apparuit i nube. Statim sequat Euangeliū q legit / vbi legunt euāgelia in ferialib diebꝰ a diacono ad orientem conuerso / more simplicis festi / post acceptā benedictionem. Scdm Joannem. xij

ca. xij. 
B In illo tēpore. Turba multa que conuenerat ad diem festū: cum audisset quia venit iesus hierosolymā acceperunt ramos palmarū: & processerunt obuiā ei / & clamabāt. Osanna / bñdictus qui venit in noie dñi: rex israel. Et inuenit iesꝰ asellum: et sedit super eum / sicut scriptū est. Noli timere filia syon: ecce rex tuꝰ venit tibi māsuetus / sedēs sup pul-
C lum asine. Hec nō cognouerunt discipuli eiꝰ primum: sed quādo glorificatꝰ est iesꝰ: tūc recordati sunt quia hec erāt scripta de eo: & hec fecerunt ei. Testimoniū ergo phibebat turba que erat cū eo / quādo lazarū vocauit de monumēto: et suscitauit eū a mortuis. Propterea & obuiā venit ei turba: qa audierāt eū fecisse hoc signū. Pharisei ergo dixerūt ad semetipsos. Uidetis / qa nihil pficimꝰ. Ecce mūdꝰ totꝰ: post eū abijt. Finito Euāgel. sequat bñdictio floꝝ & frōdiū a sacer. indu to cappa serica rubea / sup grt tertium altaris ad australē cuerso / positis prius palmis cū floribꝰ supra altare / p clericis: p alijs vero / sup gradum altaris: in parte australi.

Exorcizo te creatura floꝝ vel frōdiū: in noie dei patris oipotētis & in noie iesu christi filij eiꝰ dñi nri: & i virtute spūs sancti: proinde ois virtus aduersarij: ois exercitꝰ diaboli: oisq potestas inimici ois incursio demonum / eradicare & explātare ab hac creatura floꝝ / vl frōdiū: vt ad dei grām festinātium vestigia / insidiādo nō assequaris. Per eū q ventūrꝰ est iudicare viuos et mortuos / & sclm per ignem. Amē. Amē. Deinde dicat orōnes sine Dñs vobiscū. sed tātū cū Oremus. Orō.

Omnipotens sēpiterne deꝰ: q in diluuij effusiōe noe famlo tuo / p os colūbe gestātis ramū oliue / pacem terris redditā nūciasti: te supplices depcamur: vt hanc creaturā floꝝ & frondiū / spatulasq palmaꝝ seu frōdes arboꝝ: quas ante cspectum glorie offerimꝰ: veritas tua scti ficet: vt deuotꝰ pplꝰ i manibus suscipiens eas: bñdictiōis tue grām cōsequi mereat. Per christū dñm nrm. Et dic oēs orōnes sub tono lectionis / & cū Oremus. Orō.

Deus cuiꝰ filius p salute generis humani de celo descēdit ad terras: & appropinquāte hora passiōis sue: hierosolymā in asino sedēs venire a turbis rex appellari ac laudari voluit: auge fidem

in te sperātiū: ꝛ supplicū preces clementer exaudi: veniat sup nos q̄s dn̄e bn̄dictio tua: et hos palmarū cetarūq; arboꝝ ramos/ bn̄ ✠ dicere dignare: vt oēs q̄ eos laturi sūt: benedictionis tue dono repleātur. Cōcede ergo dn̄e: vt sicut hebreoꝝ pueri osanna in excelsis clamātes eidē filio tuo dn̄o nr̄o iesu christo: cū ramispalmaꝝ occurrerunt: ita nos arboꝝ ramos gestātes: cū bonis operib9 occurram9 obuiā christo: ꝛ pueniam9 ad gaudiū sempiternum. Per eundem xp̄m. Oratio

Deus qui dispersa ꝯgregas et cōgregata cōseruas: qui populis obuiā xp̄o iesu / ramospalmarū portātib9 bn̄dixisti: bn̄ ✠ dic etiam ꝛ hos ramos palmarū/ ceterarumq; arboꝝ: quos tui famuli/ ad nois tui bn̄dictionē fideliter suscipiūt: vt in quēcūq; locū introducti fuerint: tuam bn̄dictionē habitatores illius loci oēs cōsequātur: ita vt omni aduersa valitudine ef fugata/ dextera tua ꝓtegat: quos redemit. Per eundē. Hic aspergantur flores et frondes aqua benedicta: ꝛ thurificent. Deinde dicit Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio

Domine iesu xp̄e fili dei viui mundi conditor ꝛ redēptor qui nr̄e liberationis ꝛ saluationis gr̄a/ et summa celi arce descendere carnē sumere/ ꝛ passionē subire dignat9 es: quiq; sponte ꝓpria/ loco eiusdē passiōis appropiquās a turbis cum ramispalmaꝝ obuiātib9: bn̄dici/ laudari/ et rex bn̄dictus veniens i noīe dn̄i clara voce appellari voluisti: tu nūc nr̄e ꝯfessiōis laudationē acceptare: ꝛ hos palmarū ceterarū arboꝝ ac floꝝ ramos bene ✠ dicere et scti ✠ ficare digneris: vt q̄cūq; i tue v̄tutis obsequio exinde aliq̄d tulerit/ celesti bn̄dictiōe sctificat9/ pctoꝝ remissionē / et vite eterne p̄mia ꝑcipere mereat. Per te iesu christe saluator: q̄ cū patre ꝛ spū sctō viuis et regnas deus. Per oīa scl'a scloꝝ. ℟. Amē. His itaq; peractis: statī distribuāt palme/ et interī cātent he seq̄ntes Añe cantore incipiente. Añ. Pueri hebreorum tollētes. Alia Añ. Pueri hebreoꝝ vestimē. Dum distribuunt rami: pparetur feretrū cū reliquijs/ in quo corpus xp̄i in pixide depēdeat: ꝛ ad locū prime stationis a duobus clericis de scda forma nō ꝓced. seq̄ndo: sed ad locū prime statiōis obuiā veniēdo habitu nō mutato: lumē deferat i lāterna ꝓcedēte cū cruce denudata et duob9 vexillis p̄cedētib9. Deinde eat ꝓcessio / vsq; ad locū prime stationis. Sintq; ministri processiōis albis circūamicti absq; tunicis vel casulis induti: ita tn̄ q̄ sacer. sit in cappa serica rubea: choro itaq; sequēte/ habitū nō mutato. In eūdo Añ. Prima autē. Añ. Cum appropinquaret. Si autem non sufficiūt he due Añe p̄dicte / vsq; ad locū prime stationis: tūc sequant he añe: scz Añ. Cum audisset. Añ Ante sex. Añ Ante sex dies passionis. Hic fiat prima statio: videlicet ex parte ecclesie boreali in extrema parte orietali: ꝛ legat hoc Euāgel. Cum appropinquasset iesus. Reqre hoc Euāg. in .j. do. aduētus dn̄i: et legat ab ipso diaco. induto ad ꝓcessionē nō iuxta crucē: sed ante sacerdotē loco parūper secus stationē illi9 diaconi mutato. Etiam

ipso diacono ad boꝛealē conuerso: et legatur sicut in festo simplici .ix. lec. benedictione pꝛius accepta more solito. Finito euāgelio / tres clerici de secunda foꝛma / habitu non mutato / conuersi ad populū / stantes ante magnā crucē ex parte occidētali / simul cantent. ꝟ. En rex venit. Post singulos vero ꝟ. executoꝛ officij incipiat Añ. Salue. conuersus ad reliquias: quā pꝛosequat chorꝰ cum genuflexiōe osculādo terram Ab ipso etiam executoꝛe officij / pꝛimo cum choꝛo fiat genuflexio. Clerici ante reliquias ꝟ. En rex. Senioꝛ Añ. Salue quem. Choꝛus resurgendo ꝓsequat. Testatur. Itē clerici ante reliquias loco non mutato dicant ꝟ. Hic est qui de edom. Item senioꝛ loco non mutato / dicat ꝟsus. Salue lux mūdi. Choꝛꝰ resurgēdo ꝓsequat. Rex regum. Itē clerici ante reliquias / loco nō mutato dicant ꝟ. Hic est ille. Item senioꝛ loco non mutato / dicat Aña. Salue nostra salus. Choꝛus resurgendo pꝛosequatur. Pax vera. Deinde eat ꝓcessio ad locum secūde statiōis: et feretrū cum capsula reliquiaꝝ pariter cū luce i lāterna inter subd. et thuribul. deferat / cum vexillis ex vtraqꝫ parte cantoꝛe incipiente Aña. Dignus es domine. Aña. Occurrunt turbe. Si aūt non sufficiunt he due Añe / ad locū secunde statiōis: tunc cantent hec duo ℟. vl' vnum eoꝛum ℟. Dominꝰ iesus. ꝟ. Conuenerunt. ℟. Cogitauerunt. vlꝰ. Testimonium. Hic fiat secunda statio: videlicet ex parte ecclesie australi: vbi septem pueri in loco eminentioꝛi simul cantent ꝟsus. Gloꝛia laus. Choꝛꝰ idem repetat post vnū

quēqꝫ ꝟ. Clerici ꝟ. Israel es tu. ꝟsus Cetus i excel. ꝟ. Plebs hebrea. Peracta hac statione: eat ꝓcessio per mediū claustri a dextera manu / vsqꝫ ad ostiū eccl'ie occidētale / cantādo ℟. Collegerunt. Hic fiat tertia statio / scilicet ante pꝛedictum ostiū: vbi tres clerici de superioꝛi gradu in ipso ostio habitu nō mutato / conuersi ad populum cantēt ꝟꝰ. Unus autem. Repetitio Ne forte. His finitis / intrēt ecclesiā per idē ostiū sub feretro / et capsula reliqarū ex trāsuerso ostij eleuata / cātādo ℟. Ingrediente dño. Hic fiat quarta statio / scilicet ante crucē in ecclesia: ꝙ in ipsa statione executoꝛ officij incipiat Aña. Aue. cruce iam discooperta: et respondeat choꝛus. Rex noster. cum genuflexione / osculādo terrā: et sic incipiat senioꝛ Añ. ter singulis vicibꝰ vocē exaltando / vna cū choꝛo fiat genuflexio: et post tertiam inceptionem / choꝛus eandem Añ. in ipsa statiōe stando ꝓsequat. Qua finita intrent choꝛum. Omnes cruces per ecclesiam sint discooperte / vsqꝫ post ves. In introitu choꝛi ℟. Circūdederunt me. ꝟsus. Eripe me de. ℟. Et ab insurgentibus. Oꝛatio. Omnipotens sempiterne deus. ¶ Peractis que ad pꝛocessionem pertinent.

Ad missam. Officium.

Domine ne longe facias auxiliū tuum a me: ad defensionem meam aspice / libera me de oꝛe leonis: ꝛ a coꝛnibꝰ vnicoꝛniū humilitatē meam. Ps. Deus deus meus respice in me / quare me dereliquisti. Non dicitur Gloꝛia patri. Oꝛo

psal. xxi.

Eodem

OMnipotẽs sempiterne deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplũ: saluatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti: concede propicius: vt et patientie ipsius habere documenta: et resurrectiõis eius consortia mereamur. Per eũdem.

Ad Philippenses. ij.

n.ii.A FRatres hoc enim sentite in vobis: quod et in christo iesu. Qui cum in forma dei esset: nõ rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs/ in similitudinẽ hominum factus/ et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum/ factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomẽ/ qđ est super omne nomen. vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestium terrestriũ et infernorũ. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus noster iesus christus in gloria est dei patris.

Psal. lxxii. Gr. Tenuisti manum dexterã meam: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria assumpsisti me. Versus.

Eodem Quam bonus israel deus rectis corde: mei autẽ pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui in peccatoribus/ pacem peccatorum videns. Chorus alternatim dicat.

Tractus.

Psal. xxi. et ia ista DEus deus meus respice in me quare me dereliquisti. Longe a salute mea: verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem nec exaudies: et nocte: et non ad insipientiam mihi.

Eodem Tu autem in sancto habitas/ laus israel: in te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos. Ad te clamauerunt et salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis/ et non homo: opprobrium hominũ/ et abiectio plebis. Omnes qui videbant me: aspernabantur me locuti sunt labiis: et mouerunt caput. Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eum/ quoniam vult eum. Ipsi vero considerauerunt: et conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem. Libera me de ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatem meam.

Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum semen iacob/ magnificate eum

Annunciabitur domino generatio ventura: et annunciabunt celi iusticiam eius.

Populo qui nascetur: quem fecit dominus.

¶ Sequitur passio. Et est notandum/ quod triplici voce debet cantari/ aut pronunciari: scilicet voce alta/ bassa/ et media. Quia omnia/ que in passione continentur: aut verba sunt iudeorum/ vel discipulorum: aut verba sunt christi: aut euangeliste narrantis. Quare scire debes: quod vbi a/ litteram inuenies verba esse iudeorum/ vel discipulorum: que alta voce sunt proferenda. Ubi vero b/ inuenies: verba sunt christi: que bassa voce pronuncianda sunt. Ubi vero m/ inuenies: verba sunt euangeliste: que mediocri voce legenda/ aut cantanda sunt: et hec omnia in aliis passionibus obseruãda sunt. Sic igitur incipe: m. Dominus vobiscum. Rñ. Et cum spiritu tuo. Passio domini nostri Jesu christi/ secundum Mattheum. xxvj. Non dicitur Gloria tibi domine.



c.xxvi. A In illo tpe. Dixit ies⁹ discipu-
lis suis. b. Scitis qa post bi-
duū pascha fiet: ꝛ fili⁹ hoīs tradet̄/
vt crucifigat̄. m. Tunc congregati
sunt pꝛincipes sacerdotū/ ꝛ senioꝛes
populi in atriū pꝛincipis sacerdotū/
qui dicebat̄ cayphas: ꝛ cōsiliū fece
runt/ vt iesum dolo tenerent ꝛ occi
derēt. Dicebāt autē. a. Non in die
festo. m. Ne foꝛte tumult⁹ fieret in
populo. Cum aūt esset iesus in be-
thania/ in domo symonis leprosi:
accessit ad eū mulier habēs alaba-
strū vnguēti pꝛeciosi: et effudit sup
caput ipsi⁹ recūbētis. Uidētes au-
tē discipuli: idignati sunt/ dicentes
a. Ut quid perditio hec? Potuit eñ
istud venūdari multo: ꝛ dari pau-
perib⁹. m. Sciēs aūt ies⁹ ait illis. b.
Quid molesti estis huic mulieri?
Opus eñ bonū/ operata est in me.
Nam semꝑ pauperes habetis vo-
biscū: me aūt/ non semꝑ habebitis.
Mittēs eñ hec/ vnguētū hoc in coꝛ-
pus meum: ad sepeliendū me fecit.
Amen dico vobis/ vbicūqꝫ pdicatū
fuerit hoc euāgelium i toto mūdo:
dicet̄ ꝛ q hec fecit in memoꝛiā eius
m. Tunc abijt vn⁹ de duodecim/ q
dicebat̄ iudas scarioth ad pꝛicipes
sacerdotū: et ait illis. a. Quid vul-
tis mihi dare/ ꝛ ego vobis eum tra
dam? m. At illi ꝯstituerūt ei trigin- B
ta argēteos. Et exīde qrebat oppoꝛ-
tunitatē vt eū traderet. Pꝛima au-
tem die azimoꝝ: accesserūt discipu
li ad iesum/ dicētes. a. Ubi vis pare
mus tibi comedere pascha? m. At
iesus dixit. b. Ite in ciuitatē ad quē
dā/ et dicite ei. Magister dicit. Tē-
pus meum pꝛope est: apud te facio
pascha cū discipulis meis. m. Et fe
cerūt discipuli/ sicut ꝯstituit illis ie
sus: et parauerūt pascha. Uespere
aūt facto: discūbebat cū duodecim
discipulis suis. Et edentib⁹ illis/ di
xit. b. Amen dico vobis: quia vnus
vestrū me traditur⁹ est. m. Et con-
tristati valde/ ceperūt singuli dice-
re. a. Nūqd ego sum dñe? m. At ip-
se respōdēs/ ait. b. Qui intigit me-
cum manū i parapside/ hic me tra-
det. Fili⁹ quidem hoīs vadit: sicut
scriptum est de illo. Ue aūt hoī illi:
per quem fili⁹ hoīs tradet̄. Bonū
erat ei: si nat⁹ nō fuisset homo ille.
m. Respōdēs aūt iudas q tradidit
eū/ dixit. a. Nunqd ego sum rabbi? C
m. Ait illi. b. Tu dixisti. m. Cenāti-
bus aūt eis: accepit ies⁹ panē: ꝛ be-
nedixit ac fregit: deditqꝫ discipulis
suis: et ait. b. Accipite/ ꝛ comedite:
hoc est coꝛp⁹ meū. m. Et accipiēs ca
licem: gras egit: ꝛ dedit illi dicens.
b. Bibite ex hoc oēs. Hic est eñ san
guis meus noui testamēti qui pꝛo

multis effundetur in remissionē pec-
catorū. Dico aūt vobis: nō bibam
amodo de hoc genimine vitis: vsq;
in diem illū / cū illud bibā vobiscū
nouū i regno pris mei. m. Et hym-
no dicto: exierūt in mōtem oliueti.
Tunc dixit illis iesus. b. Oēs vos
scādalū patiemini in me / in ista no
B cte. Scriptū est enī. Percutiā pasto
rem: et dispergentur oues gregis.
Postq̄ autem resurrexero precedā
vos i galileā. m. Respōdēs autē pe
trus ait illi. a. Et si oēs scādalizati
fuerint i te: ego nūq̄ scādalizabor.
D m. Ait illi iesus. b. Amen dico tibi:
quia i hac nocte anteq̄ gall⁹ cātet /
ter me negabis. m. Ait illi petrus.
a. Etiā si oportuerit me mori tecū:
non te negabo. m. Similiter ꝫ oēs
discipuli dixerunt. Tunc venit ies⁹
cum illis in villā que dicitur gethse-
mani: ꝫ dixit discipulis suis. b. Se-
dete hic: donec vadā illuc et orē. m.
Et assūpto petro / ꝫ duob⁹ filijs ze-
bedei: cepit contristari: et mestus esse
Tūc ait illis. b. Tristis est aīa mea
vsq; ad mortē. Sustinete hic: et vi-
gilate mecū. m. Et pgressus pusil-
lum: pcidit in faciē suā: orans ꝫ di
cēs. b. Pater mi / si possibile est: trās
eat a me calix iste. Uerūtamen non
sicut ego volo: sed sicut tu vis. m.
Et venit ad discipulos: et inuenit eos
dormientes: et dixit petro sic. b. Nō
C potuistis vna hora vigilare mecū.
Uigilate et orate: vt nō intretis in
tētationē. Spūs quidē pmptus est
caro aūt infirma. m. Iterū secūdo
abijt / ꝫ orauit dicēs. b. Pater mi / si
non potest hic calix transire nisi bi-
bam illū: fiat voluntas tua. m. Et
venit iterū: ꝫ inuenit eos dormiētes

Erāt enī oculi eorꝫ grauati. Et reli
ctis illis: iterū abijt ꝫ orauit tertio
eūdem sermonē dicēs. Tunc venit
ad discipulos suos / et dixit illis. b.
Dormite iam: et requiescite. Ecce
appropinquabit hora: et filius hois
tradetur in man⁹ peccatorꝫ. Surgite
eam⁹. Ecce appropinquabit qui me E
tradet. m. Adhuc eo loquente: ecce
iudas vn⁹ de duodecim venit: et cū
eo turba multa cū gladijs et fusti-
bus / missi a pricipib⁹ sacerdotū / et
seniorib⁹ populi. Qui aūt tradidit
eū: dedit illis signū / dicens. a. Que-
cunq; osculat⁹ fuero: ipse est tenete
eum. m. Et confestim accedēs ad iesum
dixit. a. Aue rabbi. m. Et osculat⁹
est eū. Dixitq; illi iesus. b. Amice /
ad quid venisti? m. Tūc accesserūt
et man⁹ iniecerūt in iesū: et tenue-
runt eū. Et ecce vn⁹ ex his q erāt cū
iesu / extēdēs manū / exemit gladiū
suū: et pcutiēs seruū pricipis sacer
dotū / amputauit auriculā ei⁹ dex-
tram. Tunc ait illi ies⁹. b. Cōuerte
gladiū tuū in locū suū Oēs enī qui
acceperint gladium: gladio peri.
An putas quia non possum roga-
re patrē meū: ꝫ exhibebit mihi mo-
do plusq̄ duodecim legiones ange
lorum? Quomodo ergo implebun
tur scripture? Quia sic oportet fie-
ri. m. In illa hora: dixit ies⁹ turbis
b. Tanq̄ ad latronem existis cum
gladijs et fustib⁹ cōprehēdere me.
Quotidie apud vos sedebā docens
in templo: et nō me tenuistis. m. Hoc F
aūt totū factū est: vt adimplerētur scri
pture pphetarū. Tūc discipuli oēs
relicto eo fugerūt. At illi tenētes ie
sum: duxerūt ad cayphā pricipem
sacerdotū: vbi scribe ꝫ seniores cō-

uenerāt. Petrus autē sequebat eū
a lōge: vsq in atriū principis sacer
dotū. Et ingress⁹ intro: sedebat cū
ministris / vt videret finē. Pricipes
aūt sacerdotū ⁊ omē cōciliū: q̄rebāt
falsū testimoniū ꝯtra iesum: vt eū
morti traderēt. Et nō inuenerūt cū
multi falsi testes accessissent. No-
uissime autē / venerūt duo falsi te-
stes: ⁊ dixerunt. a. Hic dixit. Possū
destruere tēpliū dei: ⁊ post triduum
reedificare illud. m. Et surgēs pri-
ceps sacerdotū: ait illi. a. Nihil re-
spōdes ad ea / q̄ isti aduersū te testi-
ficāt. m. Jesus aūt tacebat. Et pri-
ceps sacerdotū ait illi. a. Adiuro te
per deū viuū: vt dicas nobis / si tu
es christ⁹ fili⁹ dei viui. m. Dixit illi
iesus. b. Tu dixisti. Uerūtamen di-
co vobis: amodo videbitis filiū ho
G. minis sedentē a dextris ꝟtutis dei /
et venientem in nubib⁹ celi. m. Tūc
princeps sacerdotū scidit vestimen
ta sua / dicens. a. Blasphemauit.
Quid adhuc egem⁹ testibus? Ecce
nūc audistis blasphemiam. Quid
vobis videt? m. At illi respōdētes /
dixerūt. a. Re⁹ est mortis. m. Tunc
expuerunt in faciem eius: et colla-
phis eū ceciderunt. Alij aūt palmas
in faciē ei⁹ dederūt / dicētes. a. Pro-
phetiza nobis christe: quis est q̄ te
percussit? m. Petr⁹ aūt sedebat fo-
ris / i atrio. Et accessit ad eum vna
ancilla / dicēs. a. Et tu cū iesu gali-
leo eras. m. At ille negauit corā
oībus / dicēs. a. Nescio qd̄ dicis. m.
Exeunte aūt illo ianuā / vidit eum
alia ancilla: et ait his q̄ erāt ibi. a.
Et hic cū iesu nazareno erat. m. Et
iterū negauit cū iuramēto / q̄a non
noui hoīem. Et post pusillū: acces-
serūt qui ibi stabāt: et dixerunt pe-
tro. a. Uere et tu ex illis es: nā et lo-
quela tua manifestum te facit. m.
Tūc cepit detestari ⁊ iurare: q̄a nō
nouisset hoīem. Et cōtinuo gallus
cātauit. Et recordat⁹ est petr⁹ vbi
iesu qd̄ dixerat: priusq̄ gall⁹ cātet /
ter me negabis. Et egressus foras
fleuit amare. Mane aūt facto: ꝯsi- Mat. xxvii
liū inierūt oēs pricipes sacerdotū /
et seniores ppli aduers⁹ iesum: vt
eum morti traderēt. Et vinctū ad-
duxerūt eū: et tradiderūt pōtio py-
lato p̄sidi. Tūc vidēs iudas q̄ eum
tradidit q̄ dānat⁹ esset: penitentia
duct⁹ retulit trigīta argēteos prin
cipibus sacerdotū ⁊ seniorib⁹ ppli /
dicens. a. Peccaui / tradēs sangui-
nē iustū. m. At illi dixerūt. a. Quid
ad nos? Tu videris. m. Et ꝓiectis
argēteis in tēplo recessit: ⁊ abiens
laqueo se suspēdit. Pricipes aūt sa
cerdotū: acceptis argēteis / dixerūt.
a. Nō licet eos mittere in corbonā
q̄a p̄ciū sanguis est. m. Cōsilio aūt
inito / emerūt ex eis agrū figuli: in
sepulturā peregrinoꝝ. Propter hoc
vocatus est ager ille achedemach
hoc est ager sanguis: vsq i hodier-
nū diē. Tunc iplētū est qd̄ dictū est
per hieremiā ꝓphetā dicētē. Et ac-
ceperūt trigīta argēteos preciū ap
preciati: quē appreciauerūt a filijs is-
rael: ⁊ dederūt in agrū figuli: sicut
cōstituit mihi dn̄s. Jesus aūt stetit
ante presidē. Et interrogauit eum
preses dicens. a. Tu es rex iudeoꝝ.
m. Dixit illi iesus. b. Tu dicis. m.
Et cū accusaret a pricipib⁹ sacerdo
tum et senioribus: nihil respondit.
Tūc dixit illi pylat⁹. a. Non audis
quāta aduersū te dicūt testimonia

m. Et nõ respõdit ei ad vllũ verbũ:
ita vt miraret̃ preses vehementer.
Per diẽ autẽ solẽnẽ: ꝯsueuerat pre-
ses dimittere pplo vnũ vinctũ/ quẽ
voluissẽt. Habebat aũt tũc vnũ vin
ctum isignẽ/ q dicebat̃ barrabas: q
ꝓpter homicidiũ missus fuerat in
carcerẽ. Cõgregatis ergo illis dixit
pylatus. a. Quẽ vultis dimittã vo
bis barrabã/ an iesum q dicit̃ xp̃s?
m. Sciebat eñ q̃d ꝑ iuidiã tradidis
sent eum. Sedẽte autẽ illo ꝓ tribu-
nali: misit ad eum vxor eiꝰ/ dicens.
a. Nihil tibi/ ⁊ iusto illi. Multa eñ
passa sum hodie ꝑ visum ꝓpter eũ.
m. Pricipes aũt sacerdotũ: ⁊ senio-
res/ psuaserũt pplis vt peterẽt bar
rabã: iesũ vero ꝑderẽt. Respondẽs
autẽ preses: ait illis. a. Quẽ vultis
vobis de duobꝰ dimitti? m. At illi
dixerũt. a. Barrabã. m. Dixit illis
pylatꝰ. a. Quid igit̃ faciam de iesu
qui dicit̃ christꝰ? m. Dicunt oẽs. a.
Crucifigat̃. m. Ait illis preses. a.
Quid eñi mali fecit? m. At illi ma-
gis clamabãt dicẽtes. a. Crucifiga
tur. m. Uidens aũt pylatꝰ q nichil
ꝓficeret/ sed magis tumultꝰ fieret
accepta aqua/ lauit manꝰ suas co
ram pplo dicẽs. a. Innocẽs ego sũ
a sanguie iusti huiꝰ/ vos videritis
m. Et respõdẽs vniuersꝰ pplus: di-
xit. a. Sãguis eiꝰ sup nos: ⁊ sup fi-
lios nr̃os. m. Tũc dimisit illis bar-
rabã: iesũ autẽ flagellatũ tradidit
eis/ vt crucifigeret̃. Tũc milites ꝑ-
sidis suscipiẽtes iesum i ꝑtoriũ: cõ-
gregauerũt ad eũ vniuersã cohor-
tem. Et exuentes eũ: clamydẽ cocci
neam circũdederũt ei. Et plectẽtes
coronã de spinis/ posuerũt sup ca-
put eius: ⁊ arũdinẽ i dextera eius.

Et genuflexo ante eũ: illudebãt ei/
dicentes. a. Aue rex iudeoꝝ. m. Et
expuẽtes i eum: acceperũt arũdinẽ
et ꝑcutiebant caput eius. Et postq̃
illuserunt ei: exuerunt eũ clamyde
et induerunt eum vestimẽtis eiꝰ: et
duxerũt eũ vt crucifigerẽt. Exeun-
tes autẽ: iuenerunt hoiem cyreneũ
noie symonẽ. Hunc angariauerũt
vt tolleret crucem eiꝰ. Et venerunt
in locum qui dicit̃ golgotha: q̃d est
caluarie locus. Et dederũt ei vinũ
bibere: cum felle mixtũ. Et cum gu
stasset: noluit bibere. Postq̃ autẽ
crucifixerũt eũ: diuiserunt vestimẽ
ta eius/ sortẽ mittẽtes: vt impleret̃
quod dictum est ꝑ ꝓphetã dicen-
tem. Diuiserũt sibi vestimẽta mea
et super vestẽ meã/ miserunt sortẽ.
Et sedẽtes seruabãt eum. Et impo
suerunt sup caput eiꝰ causam ipsiꝰ
scriptã: hic est iesꝰ rex iudeoꝝ. Tũc
crucifixi sũt cum eo duo latrones/
vnus a dextris/ ⁊ vnus a sinistris.
Pretereuntes autẽ blasphemabãt
eũ mouẽtes capita sua ⁊ dicẽtes. a.
Uah qui destruis tẽplum dei: et in
triduo illud reedificas. Salua te
metipsum. Si filiꝰ dei es: descende
de cruce. m. Similiter et principes
sacerdotũ/ illudẽtes cum scribis/ et
senioribꝰ: dicebãt. a. Alios saluos
fecit: seipm nõ potest saluũ facere.
Si rex israel est/ descendat nunc de
cruce/ ⁊ credimꝰ ei. Confidit in deo
liberet eum nunc si vult. Dixit eñ
q a filius dei sum. m. Idipsum au-
tem et latrones qui crucifixi erant
cum eo/ iproperabãt ei. A sexta au-
tem hora/ tenebre facte sunt super
vniuersã terrã: vsq3 ad horã nonã.
Et circa horã nonã: clamauit iesꝰ

voce magna dicens. v. Heloy: heloy
lamazabathani. m. Hoc est. v. De⁹
me⁹: de⁹ meus: vt qd dereliquisti me.
m. Quidā aūt illic stātes ꝗ audien-
tes: dicebāt. a. Helyā vocat iste. m.
Et cōtinuo currēs vnus ex eis: acce
ptā spōgiā / impleuit aceto / ꝗ iposu
it arūdini: et dabat ei bibere. Cete-
ri vero dicebāt. a. Sine: videamus
an veniat helyas liberās eūm. Je-
sus aūt iterū clamās voce magna
emisit spiritū. Hic iclinet se vsq ad
vel ꝓsternet versus orientē / ꝗ dicat
priuatim. Pr nr. A ue maria. et
In man⁹ tuas dñe. Deinde surgat
et postea residuū passiōis legat. m
Et ecce velū tēpli scissum est i duas
partes: a sūmo vsqȝ deorsū. Et ter-
ra mota est. Et petre scisse sunt: et
monumēta aperta sunt: et multa
corpora sctōꝝ q dormierant / surre
xerūt. Et exeuntes de monumētis
post resurrectionē eius / venerūt in
sanctā ciuitatē: ꝗ apparuerūt mul
tis. Cēturio aūt ꝗ q cum eo erāt cu
stodiētes iesū viso terremotu ꝗ his
q fiebāt: timuerūt valde dicentes.
a. Uere fili⁹ dei erat iste. m. Erant
autē ibi mulieres multe a longe: q
secute erāt iesū a galilea / ministrā
tes ei. Inter quas erat maria ma-
gdalene: et maria iacobi: et ioseph
mater: ꝗ mater filiorū zebedei. Cū
autē sero factū esset / venit quidam
homo diues ab arimathia / noīe io
seph: q et ipse discipulus erat iesu.
Hic accessit ad pilatū: ꝗ petijt corp⁹
iesu. Tūc pilat⁹ iussit reddi corp⁹.
Et accepto corpore ioseph: inuoluit
illud i syndone munda: ꝗ posuit il-
lud i monumento suo nouo / quod
exciderat in petra. Et aduoluit sa-
xum magnū ad ostiū monumenti /
et abijt. Erant autē ibi maria ma-
gdalene / et altera maria / sedentes
cōtra sepulchrū. Euāgelia vero in
fine oim passionū / etiā in die para-
sceues / alta voce legant / more du-
plicis festi. Oēs aūt passiones: su-
pradicto modo legant scdm vsum
Sarum. Tñ i die parasceue: nō dr
Dñs vo. et sine titulo icipiat euāge.

A Ltera aūt die / q est post pa-
rasceuē: cōuenerūt pricipes
sacerdotū et pharisei ad pilatū / di-
centes. Dñe / recordati sum⁹ / qa se-
ductor ille dixit adhuc viuēs: post
tres dies resurgā. Jube ergo custo
diri sepulchrū vsqȝ in diē tertiū: ne
forte veniāt discipuli ei⁹ et furēt eū
et dicant plebi / surrexit a mortuis.
Et erit nouissim⁹ error / peior prio-
re. Ait illis pilatus. Habetis custo
diā. Jte custodite: sicut scitis. Jlli
autē abeūtes: munierūt sepulchrū
signātes lapidē: cū custodib⁹. Offer.
Improperium expectauit cor meum / et mi-
seriam et sustinui qui simul contristaretur
et non fuit: consolantem me quesiui / et non
inueni: et dederunt in escam meam fel: et in
siti mea potauerunt me aceto. Secreta.

T Ibi de⁹ pater oīps imacula
ti agni paschale offerimus
holocaustū / cui⁹ nos sāguine ab ex
terminatoris vastatiōe saluatos /
ad terrā qs tue repromissiōis indu
cas. Per eūd. Prefa. quotid. Cōio.
Pater si non potest hic calix transire / nisi
bibam illum: fiat voluntas tua.

F Ideles tuos qs dñe benig-
nus intende: vt sue redem-
ptionis initia recolentes: quorum
munere sunt refecti: eorū proficiāt
incrementis. Per. ¶ Feria. ij. post

dñicã in Ramispalmarũ. Officiũ.
Psal. xxxiiii Iudica dñe nocentes me:
expugna impugnantes
me: apprehende arma et
scutum: et exurge in ad=
Eodem iutorium meum/domine virtus sa
lutis mee. ps. Effunde frameam/et con=
clude aduersus eos / qui persequuntur me.
Non dicitur Gloria patri. Oratio.
Da q̃s oĩps deus: vt qui in tot
aduersis ex nostra infirmi=
tate deficim⁹: intercedente vnigeni
ti filij tui passione/respirem⁹. Qui
tecum. Lectio Esaie prophete. l.
Esa. l. C In diebus illis. Dixit esaias
Dñs deus meus/aperuit mi
hi aurem: ego aũt nõ cõtradico/re=
trorsum nõ abij. Corpus meũ dedi
percutiẽtib⁹: et genas meas vellen
tibus. Faciẽ meã non auerti ab in=
crepãtib⁹/ et cõspuẽtib⁹ in me. Dñs
deus auxiliator me⁹: ideo nõ sum
confus⁹. Ideo posui faciem meã vt
petrã durissimã: et scio / quoniã nõ
confundar. Iuxta est qui iustificat
me: quis contradicet mihi? Stem⁹
simul. Quis est aduersari⁹ meus?
D. Accedat ad me. Ecce dñs deus au=
xiliator me⁹. Quis est qui condem=
net me? Ecce oẽs quasi vestimentũ
cõterent: tinea comedet eos. Quis
ex vobis timens deũ: audiens vocẽ
serui sui? Quis ambulauit in tene
bris: et non est lumen ei? Speret in
noĩe dñi: et innitat super dñm deũ
Psal. suum. Gr. Exurge dñe et intende iudicio
xxxiiii meo: deus me⁹ et dominus meus in causam
Eodem meam. V. Effunde frameam et conclude ad=
uersus eos qui me persequuntur. Tract⁹
Psal. Domine non secundum peccata no
cii. stra que fecimus nos: neq; secun=
dum iniquitates nostras retribuas nobis.

V. Domine ne memineris iniquitatum Psal.
nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos lxxviii
misericordie tue: quia pauperes facti su=
mus nimis. Hic non fiat genuflexio /
cum dicitur V. Adiuua nos deus salu Eodem
taris noster: et propter gloriam nominis tui
domine libera nos: et propicius esto pecca=
tis nostris/propter nomen tuum.
¶ Secundum Joannem. xij.



Ante sex di ca. xii.
es pasche/ A
venit iesus betha
niã/vbi fuerat la=
zarus mortuus:
quẽ suscitauit ie=
sus. Fecerunt au=
tem ei cenam ibi:
et martha mini=
strabat. Lazarus vero: vnus erat
ex discũbentibus cum eo. Maria er
go accepit libram vnguenti nardi
pistici preciosi: et vnxit pedes iesu:
et extersit capillis suis pedes eius:
et domus impleta est ex odore vn=
guenti. Dixit ergo vnus ex discipu
lis eius/iudas scariothis: qui erat
eum traditur⁹. Quare hoc vnguen
tum non venijt trecẽtis denarijs: et
datum est egenis? Dixit autẽ hoc: B
non quia de egenis ptinebat ad eũ:
sed quia fur erat et loculos habens
ea que mittebant portabat. Dixit
ergo iesus. Sinite illam: vt ĩ diem
sepulture mee seruet illud. Paupe=
res enĩ semper habebitis vobiscũ:
me autẽ non semper habebitis. Co
gnouit ergo turba multa ex iudeis
quia illic est: et venerũt non propter
iesum tãtum: sed vt lazarum vide=
rent / quem suscitauit a mortuis.
Cogitauerũt autem pricipes sacer
dotũ/vt et lazarũ interficerẽt: quia

multi ꝓpter illũ abibãt ex iudeis ⁊ credebãt ĩ iesũ. In crastinũ aũt turba multa q̃ venerat ad diẽ festũ: cũ audissẽt q̄a venit ies⁹ hierosolymã acceperũt ramos palmarũ: ⁊ ꝓcesserũt obuiã ei: ⁊ clamabãt. Osanna: bñdict⁹ q̃ venit in noĩe dñi: rex isrl̃. Et inuenit iesus asellũ: et sedit sup eũ sicut scriptum est. Noli timere filia syõ: ecce rex tu⁹ venit tibi: sedẽs
C. sup pullũ asine. Hec non cognouerũt discipuli ei⁹ primũ: sed qñ glorificatus est ies⁹: tũc recordati sunt q̄a hec erãt scripta de eo ⁊ hec fecerũt ei. Testimoniũ ergo ꝑhibebat turba / que erat cũ eo qñ lazarum vocauit de monumẽto: et suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiã venit ei turba: q̄a audierũt eũ fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos. Videtis q̄a nihil ꝓficim⁹ Ecce mũd⁹ tot⁹ post eũ abijt. Erãt aũt quidã gẽtiles ex his q̃ ascenderant vt adorarẽt ĩ die festo. Hi ergo accesserunt ad philippũ / qui erat a bethsaida galilee: ⁊ rogabãt eũ dicẽtes. Dñe / volum⁹ iesũ videre. Venit philipp⁹ et dicit ãdree. Andreas
D. rursum ⁊ philipp⁹: dixerũt iesu. Iesus aũt respõdit eis / dicens. Venit hora: vt clarificet̃ fili⁹ hoĩs. Amen amẽ dico vobis: nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit: ipsum solũ manet. Si aũt mortuum fuerit: multum fructũ affert. Qui amat aiã suã: ꝑdet eã. Et qui odit aiam suã in hoc mũdo: in vitã eternam custodit eã. Si q̃s mihi ministrat: me sequat̃. Et vbi sũ ego: illic et minister me⁹ erit. Si q̃s mihi ministrauerit: honorificabit eũ pater me⁹. Nunc aĩa mea turbata est. Et quid dicam? Pater / saluifica me ex hac hora. Sed ꝓpterea veni ĩ horã hanc. Pater / clarifica nomẽ tuum. Venit ergo vox de celo dicẽs. Et clarificaui: ⁊ iterũ clarificabo. Turba ergo q̃ stabat et audierat: dicebat tonitruum factũ esse. Alij aũt dicebant: angel⁹ ei locut⁹ est. Respõdit iesus et dixit. Nõ ꝓpter me hec vox venit: sed ꝓpter vos. Nunc iudiciũ est mũdi: nũc princeps huius mundi eijciet̃ foras. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: oĩa trahã ad meipsum. Hoc autem dicebat: significãs qua morte esset moritur⁹. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege quia christ⁹ manet in eternum. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dũ lucẽ habetis: vt non tenebre vos ꝯprehẽdãt. Et q̃ ambulat ĩ tenebris nescit quo vadat. Dũ lucẽ habetis / credite ĩ lucem: vt filij lucis sitis. Hec locut⁹ est ies⁹: ⁊ abijt et abscõdit se ab eis. Offr. Eripe me Psal. de inimicis meis. domine ad te confugi doce me facere voluntatem tuam / quia deus meus es tu. V. Exaudi me in tua iusticia: ⁊ Non intres in iudicium cũ seruo tuo dñe. Secr.

Ipsa maiestati tue dñe fideles pp̃los cõmẽdet oblatio: q̃ per filiũ tuũ dñm nostrũ iesum christũ recõciliauit inimicos Qui tecũ. Prefa. Qui corpo. Cõio. Erubescant Psal. et reuereantur simul qui gratulãtur malis meis induantur pudore ⁊ reuerẽtia qui maligna loquuntur aduersum me. Postcõio.

Satiati munere salutari: tuã domine misericordiam deprecamur vt hoc eodem sacramẽto

quo nos spaliter veget as: efficias
vite eterne pticeps. Per. Sup ppl'z.
Humiliate capita vestra deo. Oro.

Adiuua nos deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda: qbus nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per dnm. ¶ Feria.iij. post dnicam in Ramispalmarum. Officium.

Gal.vi D. Nos autē gl'iari oportet in cruce dñi nři iesu xpi: in quo est sal⁹ vita ⁊ resurrectio nostra: p quē saluati et liberati sum⁹. Ps. Deus misereatur nostri ⁊ bñdicat nobis illuminet vultū suū sup nos: et misereatur nostri. (Psal. lxvi.)

Non dicitur Gloria patri. Oratio.

Omps sempiterne de⁹: da nobis ita dñice passiōis sacramēta peragere: vt īdulgētiā pcipere mereamur. Per. Lec. hieremie pphete. xi.

Ca.xi. D. In dieb⁹ illis. Dixit hieremias. Dñe/ demonstrasti mihi: et ego cognoui: tu ostendisti michi studia eoꝝ. Et ego quasi agn⁹ māsuet⁹/ qui portat ad victimā. Et nō cognoui/ qa cogitauerūt sup me cōsilia/ dicētes. Mittam⁹ lignū in panem ei⁹: et eradam⁹ eū de terra viuētiū: et nomē ei⁹ nō memoret amplius. Tu aūt dñe sabaoth: q iudicas iuste: et pbas renes ⁊ corda videā queso vltionē tuā ex eis. Tibi eni reuelaui causam meā dñe deus me⁹. Gr. (Psal. xxxiiii) Ego autem dum mihi molesti essent/ induebam me cilicio: et humiliabam in ieiunio animam meam: et oratio mea in (Eodem) sinu meo conuertetur. ℣. Iudica domine nocentes me/ expugna impugnantes me: apprehende arma et scuta: et exurge in adiutorium mihi.



¶ Sequatur Passio/ hunc in modum. m. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Passio dñi nostri Jesu christi/ secundum Marcum. xiiij.

In illo tēpore. Erat pascha et azima post biduum: ⁊ querebant sūmi sacerdotes ⁊ scribe: quo modo iesum dolo tenerēt: et occiderent. Dicebāt aūt. a. Non in die festo. m. Ne forte tumult⁹ fieret ī populo. Et cū esset iesus bethanie/ in domo symonis leprosi/ et recūberet venit mulier habēs alabastrū vnguēti nardi spicati pciosi: et fracto alabastro effudit super caput eius Erant autē quidā indigne ferētes intra semetipsos: ⁊ dicentes. a. Ut quid perditio ista vnguēti facta est Poterat eni vnguētū istud venundari plusq̄ trecētis denarijs et dari pauperib⁹. m. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit. b. Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est i me. Semp (ca.xiiii A.)

enim pauperes habetis vobiscum: et cum volueritis/ potestis illis benefacere: me autem nō semper habebitis. Quod habuit/ hec fecit: preuenit vngere corpus meum/ in sepulturam. Amen dico vobis: vbicūq predicatum fuerit euāgelium istud in vniuerso mundo/ et quod fecit hec: narrabitur ī memoriam eius. m. Et iudas scariothis vnus de duodecim: abijt ad summos sa-

B. cerdotes: vt proderet eum illis. Qui audientes/ gauisi sunt: et promiserunt ei pecuniā se daturos. Et querebat/ quomodo illū oportune traderet. Et primo die azimorū/ quando pascha immolabant: dicunt ei. discipuli. a. Quo vis eamus/ et paremus tibi: vt manduces pascha? m. Et misit duos ex discipulis suis: et dixit eis. b. Ite in ciuitatem: et occurret vobis homo/ lagenam aque baiulans. Sequimini eum. Et quocunq introierit: dicite dn̄o domus: quia magister dicit. Ubi est refectio mea: vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrauit cenaculum grāde stratum: et illic parate nobis. m. Et abierunt discipuli eius/ et venerunt in ciuitatem: et inuenerunt sicut dixerat illis: et parauerūt pascha. Uespere autē facto: venit cum duodecim. Et discūbentibus eis: et manducantibus: ait iesus. b. Amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet: qui manducat mecum. m. At illi ceperunt contristari: et dicere ei singulatim. a. Nunquid ego? m. Qui ait illis. b. Unus ex duodecim: qui intingit mecum manum

C. in catino. Et filius quidem hominis vadit: sicut scriptum est de eo. Ue autem homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonū erat ei/ si non esset natus homo ille. m. Et manducantibus illis: accepit iesus panē: et benedicens fregit: et dedit eis: et ait b. Sumite: hoc est corpus meum. m. Et accepto calice: gratias agēs/ dedit eis. Et biberūt ex illo omnes. Et ait illis. b. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quia iam non bibam de genimine vitis: vsq E. in diem illum: cum illud bibam nouum in regno dei. m. Et hymno dicto: exierūt in montem oliuarum. Et ait eis iesus. b. Oēs scandalizabimini in nocte ista: quia scriptum est. Percutiā pastorem: et dispergentur oues. Sed postq̄ resurrexero: precedam vos in galileā. m. Petrus aūt ait illi. a. Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. m. Et ait illi iesus. b. Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac: priusq̄ gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus. m. At ille amplius loquebatur. a. Et si oportuerit me simul cōmori tibi: non te negabo. m. Similiter autē et omnes dicebant. Et veniunt in predium: cui nomen gethsemani: et ait discipulis suis. b. Sedete hic donec orem. m. Et assumpsit petrum/ et iacobum/ et iohannem secum: et cepit pauere/ et tedere. Et ait illis. b. Tristis est anima mea vsq ad mortē. Sustinete hic: et vigilate. m. Et cū processisset paululū procidit super terrā et/ orabat vt si fieri posset/ transiret ab eo hora. Et dixit. b. Abba pater: omnia tibi possibilia sunt: transfer cali-

cem hunc a me. Sed non quod ego
volo: sed quod tu. m. Et venit: ꝛ in-
uenit eos dormiētes. Et ait petro.
v. Symon / dormis? Non potuisti
vna hora vigilare? Uigilate / ꝛ ora
te: vt non intretis in tentationem.
Spiritus quidem promptus est / ca
ro autem infirma. m. Et iterum
abiens / orauit eundem sermonem
dicens. Et reuersus denuo: inuenit
eos dormientes. Erant enim oculi
eorum grauati: ꝛ ignorabāt quid
E. respōderent ei. Et venit tertio: et
ait illis. v. Dormite iā / ꝛ requiesci-
te. Sufficit. Uenit hora: ecce trade-
tur filius hominis / in manus pec-
catorum. Surgite eamus: ecce qui
me tradet / prope est. m. Et adhuc
eo loquente / venit iudas scarioth /
vnus ex duodecim: et cum eo tur-
ba multa / cū gladijs ꝛ lignis: mis-
si a summis sacerdotibus: ꝛ senio-
ribus ꝛ scribis: dederat autem tra-
ditor eis signum / dicens. a. Quem-
cūq; osculatus fuero: ipse est / tene-
te eum: et ducite caute. m. Et cum
venisset / statim accedens ad eum /
ait. a. Rabbi. m. Et osculat⁹ est eū.
At illi manus iniecerunt in iesum:
ꝛ tenuerunt eum. Unus autem de
circūstantib⁹ / educēs gladium: per-
cussit seruum summi sacerdotis: et
amputauit illi auriculā. Et respō-
dens iesus / ait illis. v. Tanq̄ ad la-
tronem exiistis: cū gladijs ꝛ lignis
comprehēdere me. Quotidie eram
apud vos in templo docens: ꝛ non
me tenuistis. Sed vt impleant scri-
pture. m. Tunc discipuli eius relin
quentes eum / omnes fugerunt.
Adolescens autem quidam seque-
batur eum / amict⁹ syndone super
nudo: et tenuerunt eum. At ille re- F
iecta syndone: nudus profugit ab
eis. Et adduxerunt iesum / ad sum-
mum sacerdotem. Et conuenerunt
omnes sacerdotes / ꝛ scribe: ꝛ senio
res. Petrus autem a lōge secutus
est eum: vsq; intro in atrium sum-
mi sacerdotis. Et sedebat cum mi-
nistris: ꝛ calefaciebat se ad ignem.
Summi vero sacerdotes / ꝛ omne
consilium: querebant aduersus ie-
sum testimonium: vt eum morti
traderent: nec inueniebant. Multi
enim falsum testimoniū dicebant
aduersus eum: et conuenientia te-
stimonia illorum nō erant. Et qui
dam surgentes falsum testimoni-
um ferebant aduersus eum: dicen-
tes. a. Quoniam nos audiuimus
eum dicentem. Ego dissoluam tem
plum hoc manufactum: ꝛ post tri-
duum aliud nō manufactū edifica
bo. m. Et non erat conueniens testi
monium illorū. Exurgens autem
summus sacerdos in medium: in-
terrogauit iesum dicens. a. Nō re-
spondes quicq̄ / ad ea que tibi obij-
ciuntur ab his? m. Ille autem ta-
cebat: et nihil respondit. Rursum
summus sacerdos īterrogabat eū
et dixit ei. a. Tu es christus filius
dei benedicti? m. Jesus autem di-
xit illi. v. Ego sum. Et videbitis fi-
lium hominis sedentem a dextris
virtutis dei: et venientem cum nu-
bibus celi. m. Summus autem sa-
cerdos: scindens vestimenta sua /
ait. a. Quid adhuc desideramus te- G
stes? Audistis blasphemiā. Quid
vobis videtur? m. Qui omnes con
demnauerunt eum esse reum mor-
tis. Et ceperunt quidam conspue-

re in eum: et velare faciem eius: et colaphis eum cedere/et dicere ei. a. Prophetiza. m. Et ministri alapis
B. eum cedebant. Et cum esset petrus in atrio seorsū: venit vna ex ancillis summi sacerdotis. Et cū vidisset petrum calefacientem se: aspiciēs illū/ ait. a. Et tu cū iesu nazareno eras. m. At ille negauit dicens. a. Neq3 scio: neq3 noui quid dicas. m. Et exijt foras ante atrium et gall⁹ cātauit. Rursus autem cum vidisset illum alia ancilla: cepit dicere circunstantibus quia hic ex illis est At ille iterū negauit. Et post pusillum: rursus qui astabant dicebant petro. a. Uere ex illis es: nam et galileus es. m. Ille autem cepit anathematizare/ et iurare: quia nescio hominē istū/ quem dicitis. Et statim iterū gallus cātauit. Et recordat⁹ est petrus verbi quod dixerat ei iesus: priusquam gallus cantet bis/ ter me negabis: et cepit flere. Et
Math. xv. A. confestim mane consilium facientes summi sacerdotes/ cum senioribus et scribis: et vniuerso consilio: vincientes iesum/ duxerunt: et tradiderunt pylato. Et interrogauit eum pylatus. a. Tu es rex iudeorum. m. At ille respondens: ait illi. b. Tu dicis. m. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pylatus autem rursum interrogauit eum/ dicens. a. Non respondes quicq̄. Uide in quantis te accusant. m. Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur pylatus. Per diem autem festum/ solebat dimittere illis vnum ex vinctis/ quemcunq3 petissent. Erat autem qui dicebatur barrabas: qui cum sediciosis erat vinctus: qui in seditiōe fecerat homicidiū. Et cum ascendisset turba: cepit rogare/ sicut semper faciebat illis. Pylatus autē respondit eis/ et dixit. a. Uultis dimittam vobis regem iudeorum. m. Sciebat enim q᷑ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: vt magis barrabam dimitteret eis. Pylatus autem iterum respondens: ait illis. a. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum. m. At illi iterum clamauerunt. a. Crucifige eum. m. Pylatus vero dicebat eis. a. Quid enim mali fecit. m. At illi magis clamabant. a. Crucifige eum. m. Pylat⁹ autem volens populo satisfacere/ dimisit illis barrabam: et tradidit eis iesum flagellis cesum/ vt crucifigeretur. Milites autem duxerūt eum in atriū pretorij: et conuocant totam cohortem: et induunt eum purpura: et imponūt ei plectentes spineam coronam: et ceperūt salutare eum/ dicētes. a. Aue rex iudeorum. m. Et percutiebant caput ei⁹ arūdine: et conspuebant eum: et ponentes genua: adorabant eum. Et postq̄ illuserunt ei: exuerunt illum purpura: et induerunt eum vestimentis suis: et educūt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntē quempiam symonem cyreneum/ venientē de villa: patrem alexandri et rufi: vt tolleret crucem ei⁹. Et perducūt illum in golgotha locum: quod est interpretatū caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatū vinū: et non accepit. Et crucifigentes eum: diuiserunt vestimen

ta eius/mittentes sortem super eis
quis quid tolleret. Erat autē hora
tertia: et crucifixerunt eum. Et erat
titul⁹ cause eius inscriptus: rex iu-
deorum. Et cum eo crucifigunt du-
os latrones: vnum a dextris: et ali-
um a sinistris eius: et adimpleta est
scriptura que dicit. Et cum iniquis
reputatus est. Et pretereūtes/blas-
phemabāt eum: mouentes capita
sua/et dicentes. a. Uah qui destruis
templum dei: et in tribus diebus re-
edificas illud. Saluū fac temetip-
sum: descendens de cruce. m. Simi-
B liter/et summi sacerdotes illuden-
tes: ad alterutrum cum scribis/di-
cebant. a. Alios saluos facit: seip-
sum nō potest saluū facere. Christ⁹
rex israel/descendat nunc de cruce:
vt videamus et credamus. m. Et q̄
cum eo crucifixi erant: conuiciabā-
tur ei. Et facta hora sexta: tenebre
facte sunt per totam terram/vsq;
in horam nonam Et hora nona: ex-
clamauit ies⁹ voce magna/dicens.
v. Heloy heloy lamazabathani. m.
Quod est interpretatum. v. Deus
meus: deus meus: vt quid dereli-
quisti me. m. Et quidam de circun-
stātibus audiētes/dicebant. a. Ec-
D. ce helyam vocat. m. Currens autē
vnus: et implens spongiā aceto cir-
cumponensq; calamo: potum da-
bat ei/dicens. a. Sinite/videamus
si veniat helyas/ad deponendum
eum. m. Jesus autem emissa voce
magna: expirauit. Hic fiat genuflex-
io dicendo. Pater noster. Aue ma-
ria. In manus tuas. m. Et velum tē-
pli scissum est in duo: a summo vs-
q; deorsum. Uidens autem centu-
rio/qui ex aduerso stabat: quia sic
clamans expirasset: ait. a. Uere hic
homo: filius dei erat. m. Erant au-
tem et mulieres de longe aspiciētes
inter quas erat maria magdalene
et maria iacobi minoris: et ioseph
mr̄: et salome. Et cū esset in galilea:
sequebanť eum: et ministrabant ei:
et alie multe q̄ simul cū eo ascende-
rant hierosolymam. Euangelium

Et cum iam sero factū esset:
quia erat parasceue/qđ est
ante sabbatū: venit ioseph ab ari-
mathia nobilis decurio: qui et ipse
erat expectans regnū dei. Et auda-
cter introiuit ad pylatū et petijt cor-
pus iesu. Pylat⁹ aūt mirabať/si iā
obijsset. Et accersito cēturione: iter-
rogauit eū/si iam mortu⁹ esset. Et
cum cognouisset a cēturiōe: dona-
uit corpus ioseph. Joseph aūt mer-
catus syndonē: et deponēs eū/inuol-
uit syndone: et posuit eum i monu-
mēto: qđ erat excisum de petra. Et
aduoluit lapidē/ad ostium monu-
menti. Offer. Custodi me domine de ma- Psal.
nu peccatoris: et ab hominibus iniquis eri- cxxxix.
pe me domine. Vsus. Qui cogitauerūt sup Eodem
plantare gressus meos: absconderunt su-
perbi laqueum mihi. Secreta.

Dicate tibi plebis dn̄e q̄s ob-
lationes sanctifica: vt a ter-
rene vetustatis cōuersione munda-
ti celestis vite pfectib⁹ innouemur.
Per. Prefa. Qui corporali. Cōio.
Aduersum me exercebantur qui sedebant in Psal.
porta: et in me psallebant qui bibebant vi- lxviii.
num: ego vero orationem meam ad te domi-
ne tempus beneplaciti tui deus/in multitu-
dine misericordie tue. Postcōio.

Repleti domine sacri muneris
gr̄a supplices exoramus: vt
que gustu corporeo dulci venera-

tione cōtigimus: dulciora mentib⁹
sentiamus. Per do. Super populū
Humiliate capita vestra deo. Oro.
Tua nos mia deus: et ab om
ni surreptiōe vetustatis ex-
purget: & capaces sancte nouitatis
efficiat. Per. ¶ Feria.iiij. post dñi
cam in Ramispalmarū. Officium



philip. ii. B. In nomine dñi omne ge-
nu flectat: celestiū terre-
strium & infernor: qa dñs
fact⁹ est obediēs vsq ad
mortē: mortē autē crucis: ideo dñs
Psal. ci. ies⁹ xps in gloria est dei pris. Ps. Dñe
exaudi orationē meā: & clamor me⁹ ad te ve
niat. Nō dr Gloria patri. Sequat oro
sini Dñs vobiscū. sed tm cū Orem⁹. &
Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio.
Presta qs ops deus vt q nris
excessib⁹ incessanter affligi-
mur p vnigeniti tui passionē libere
mur Qui. Le. Esa. pphe. lxij. & lxiij.
ca. lxii. D. Hec dicit dñs de⁹. Dicite filie
syō: ecce saluator tu⁹ venit.
ca. lxiii A Ecce merces ei⁹ cū eo: & opus illius
corā illo. Quis est iste qui venit de
edom: tinctis vestib⁹ de bosra. Iste
formosus in stola sua: gradiēs in
multitudine fortitudinis sue. Ego
q loquor iusticiā & ppugnator sum
ad saluādū. Quare ergo rubrū est
indumētū tuū: & vestimenta tua si-
cut calcātiū i torculari. Torcular
calcaui solus: et de gētib⁹ nō est vir
mecū. Calcaui eos i furore meo: et
cōculcaui eos i ira mea. Et aspers⁹
est sanguis eorū super vestimenta
mea: et oīa indumēta mea inquina-
ui. Dies enim vltiōis in corde meo
B. annus retributiōis mee venit. Cir
cūspexi: & nō erat auxiliator: qsiui
et nō fuit q adiuuaret. Et saluauit

mihi brachiū meū & idignatio mea
ipsa auxiliata est mihi. Et cōculca-
ui pplos in furore meo: & inebriaui
eos idignatiōe mea: & detraxi i ter-
ram virtutē eor. Miserationū dñi
recordabor. Laudē dñi annūciabo
sup oīb⁹ q reddidit nobis: dñs de⁹
noster. Gr. Ne auertas faciē tuā a pue- Psal.
ro tuo: qm tribulor velociter exaudi me. V. lxviii.
Saluum me fac deus: quoniā intrauerunt Eiden
aque vsq ad animam meam: infixus sum
in limo profundi: et non est substantia. Se-
quatur Dñs vobiscum. Oremus. et
Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio.
Deus q p nobis filiū tuū cru
cis patibulū subire voluisti
vt inimici a nobis expelleres pote-
statē: cōcede nobis famulis tuis: vt
resurrectiōis ei⁹ grāz cōsequamur.
Per eūdem. Hec dñr memorie con-
suete. Lectio Esaie prophete. liij.
In diebus illis. Dixit esaias Ca.
Dñe qs credidit auditui no- A.
stro: & brachiū dñi cui reuelatū est.
Et ascēdit sicut virgultum coram
eo: et sicut radix de terra sitienti: et
non est species ei neq decor. Et vi-
dimus eū: & non erat aspectus: & de
siderauimus eū despectū & nouissi-
mum virorū: virū dolorū & sciētem
infirmitatē. Et quasi abscōdit⁹ vul
tus eius & despect⁹: vnde nec repu-
tauimus eū. Vere languores nros B
ipse tulit: & dolores nros ipse porta
uit. Et nos putauimus eum quasi
leprosum: & pcussum a deo: & humi
liatū. Ipse aut vulnerat⁹ est ppter
iniqtates nras: attrit⁹ est propter
scelera nra. Disciplina pacis nre su-
per eum: et liuore ei⁹ sanati sum⁹.
Omnes nos quasi oues errauim⁹
vnusquisq i viā suā declinauit: et

dñs posuit in eo / iniquitatẽ oim nostrũ. Oblat⁹ est / q̄a ipse voluit: ⁊ nõ apuit os suũ. Sicut ouis ad occisionem ducet̃: ⁊ quasi agnus corã tondente se / obmutescet: ⁊ non aperiet

c. os suum. De angustia ⁊ de iudicio sublat⁹ est. Generationẽ eius quis enarrabit? Quia abscis⁹ est de terra viuentiũ. Propter scel⁹ ppli mei pcussi eũ: ⁊ dabit impios p sepultura ⁊ diuites pro morte sua: eo q̄ iniquitatẽ nõ fecerit: neq̃ dol⁹ fuerit / in ore eius. Et dñs voluit cõterere eũ in īfirmitate. Si posuerit p peccõ animã suã: videbit semẽ lõgeuũ: et volũtas dñi in manu eius diriget̃ p eo q̄ tradidit in mortẽ animã suã et cũ sceleratis reputat⁹ est. Et ipse peccata multorũ tulit: ⁊ pro transgressorib⁹ rogauit / vt nõ perirent. Dicit dñs oẽs. Chor⁹ alternatim dicat Tractũ: ita q̄ dũ v. canit̃: chorus ex illa parte / stare tenetur: alia parte chori iterum sedẽte: ⁊ sic pcãtetur tot⁹ Tract⁹ a choro / q̄sicũq̃ vr Tract⁹ a choro in stallis / a septuagesima vsq̃ ad pascha. Tractus.

Psal. ci. sola ista. Domine exaudi orationem meam: et clamor me⁹ ad te veniat. Ne auertas faciem tuam a me: in quacunq̃ die tribulor: inclina ad me aurem tuam. In quacunq̃ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa sicut in frixorio confrixa sunt. Percussus sum sicut fenum ⁊ aruit cor meum: quia oblit⁹ sum comedere panẽ meum. Tu exurgens domine misereberis syon: quia venit tempus miserendi eius.

¶ Sequatur Passio hunc in modum. m. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Passio domini nostri Jesu christi / secundum Lucam. xxij.



In illo tpe. Appropinquabat aũt dies festus azimorũ: qui dicit̃ pascha. Et q̄rebãt pricipes sacerdotum ⁊ scribe: quõ iesum interficerẽt. Timebãt vero plebẽ. Intrauit aũt sathanas in iudam: qui cognominabat̃ scarioth vnũ de duodecim: ⁊ abijt: ⁊ locut⁹ est cũ pricipibus sacerdotum ⁊ magistratibus: quẽadmodum illũ traderet eis. Et gauisi sũt: et pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopondit. Et q̄rebat opportunitatẽ: vt traderet illum sine turbis. Venit aũt dies azimor / in qua necesse erat occidi pascha ⁊ misit petrum ⁊ ioãnẽ / dicẽs. v. Eũtes parate nobis pascha vt mãducemus. m. At illi dixerũt. a. Vbi vis parem⁹? m. Et dixit ad eos. v. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem: occurret vobis homo quidam / amphoram

ca. xxii A

aque poꝛtans: sequimini eum ĩ do
mum: in quam intrat: ⁊ dicetis pa-
trifamilias domus. Dicit tibi ma-
B. gister. Ubi est diuersoꝛium: vbi pa-
scha cum discipulis meis mandu-
cem. Et ipse vobis ostendet cenacu
lum magnum stratum: ⁊ ibi para-
te. m. Euntes aũt inuenerunt sicut
dixit illis: ⁊ parauerũt pascha. Et
cum facta esset hoꝛa: discubuit: et
duodecim apli cum eo. Et ait illis.
b. Desiderio desideraui hoc pascha
manducare vobiscũ: anteq̃ patiar
Dico eñi vobis: q̃a ex hoc nõ mãdu
cabo illud: donec impleat in regno
dei. m. Et accepto calice / gr̃as egit /
et dixit. b. Accipite / ⁊ diuidite inter
vos. Dico eñi vobis: q̃ non bibã de
generatione vitis: donec regnũ dei
veniat. m. Et accepto pane: gr̃as
egit et fregit: et dedit eis dicens. b.
Hoc est coꝛpꝰ meũ qđ pꝛo vobis dat
hoc facite in meã cõmemoꝛationẽ.
m. Similiter ⁊ calicem postq̃ cena
uit / dicẽs. b. Hic est calix nouũ testa-
mẽtũ in sanguine meo: q̃ pꝛo vobis
C. fundet. Uerũtamen ecce manꝰ tra-
dentis me / mecũ est in mẽsa. Et qui
dem filiꝰ hoĩs / scđm qđ diffinitũ est
vadit. Uerũtamen ve homini illi: p
quem tradet. m. Et ipi ceperũt que-
rere inter se: q̃s esset ex eis qui hoc
facturꝰ esset. Facta est aũt ⁊ cõten-
tio inter eos: q̃s eoꝝ videret esse ma-
ioꝛ. Dixit autẽ eis. b. Reges gẽtiũ:
dominant eoꝝ: ⁊ q̃ potestatẽ habẽt
sup eos / benefici vocant. Uos autẽ
non sic. Sed qui maioꝛ est in vobis
fiat sicut minoꝛ. Et q̃ p̄cessoꝛ est:
sicut ministrans. Nã q̃s maioꝛ est.
qui recũbit / an q̃ ministrat. Nõne
qui recũbit. Ego autẽ in medio ve-
strũ sũ: sicut q̃ ministrat. Uos autẽ
estis q̃ p̄mãsistis mecum in tẽtatio-
nibus meis. Et ego dispono vobis
sicut disposuit mihi pater meus re-
gnum: vt edatis ⁊ bibatis sup men
sam meam ĩ regno meo: ⁊ sedeatis
sup thꝛonos / iudicãtes duodeci tri
bus israel. m. Ait aũt dñs symoni.
b. Symon / ecce sathanas expetiuit
vos / vt cribꝛaret sicut triticũ. Ego
autẽ rogaui pꝛo te: vt nõ deficiat fi
des tua. Et tu aliquãdo cõuersꝰ: cõ D
firma fratres tuos. m. Qui dixit ei
a. Dñe tecũ paratꝰ sum: ⁊ ĩ carcerẽ
et in moꝛtem ire. m. Et ille dixit. b.
Dico tibi petre: nõ cantabit hodie
gallꝰ: donec ter abneges nosse me.
m. Et dixit eis. b. Quãdo misi vos
sine sacculo: ⁊ pera / ⁊ calciamẽtis:
nunq̃d aliq̃d defuit vobis. m. At il
li dixerunt. a. Nihil. m. Dixit ergo
eis. b. Sed nunc qui habet sacculũ:
tollat similiter ⁊ perã. Et q̃ non ha
bet: vendat tunicã suã: ⁊ emat gla-
diũ. Dico eñi vobis: q̃m adhuc hoc
quod scriptũ est / opoꝛtet impleri in
me. Et cũ iniquis: deputatꝰ est. Et-
enim ea q̃ sunt de me: finẽ habẽt. m.
At illi dixerunt. a. Dñe / ecce gladij
duo hic. m. At ille dixit eis. b. Sa-
tis est. m. Et egressꝰ / ibat scđm con-
suetudinẽ in montẽ oliuarũ. Secu
Oremus et pro beatissimo papa nostro N. ut deus et dominus noster qui elegit eum in ordine episcopatus: saluum atque incolumem custodiat ecclesie sue sancte / ad regendum populum sanctum dei. Oremus. Flectamus genua / Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: cuius iudicio universa fundantur respice propicius ad preces nostras: et electum nobis antistitem tua pietate conserua: ut christiana plebs que tali gubernatur auctore sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum. ¶ Pro universis ordinibus. Oratio

Oremus et pro omnibus episcopis presbyteris / diaconibus / subdiaconibus / acolitis / exorcistis / lectoribus / hostiariis / confessoribus / virginibus / viduis: et pro omni populo sancto dei. Oremus. Flectamus genua / Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur et regitur: exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes: ut gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum. In unitate eiusdem. ¶ Pro rege. Oratio.

Oremus et pro christianissimo rege nostro N. ut deus et dominus noster: subditas illi faciat omnes barbaras nationes: ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua / Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: in cuius manus sunt omnium potestates: et omnium iura regnorum respice ad christianorum benignus imperium: ut gentes que in sua feritate confidunt: potentie tue dextera comprimantur. Per dominum. ¶ Pro cathecuminis. Oratio.

Oremus et pro cathecuminis nostris: ut deus et dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum: ianuamque misericordie sue: ut per lauacrum regenerationis: accepta remissione omnium peccatorum: et ipsi digni inueniantur in christo iesu / domino nostro. Oremus. Flectamus genua / Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: auge fidem et intellectum cathecuminis nostris: ut renati fonte baptismatis: adoptio

nis tue filijs aggregent. Per do.
¶ Pro quacunqȝ tribulatiōe. Oro.
Oremᵘˢ dilectissimi nobis deum patrem oīpotentem: vt cunctis mūdum purget erroribᵘˢ: morbos auferat/ famem depellat aperiat carceres/ vincula dissoluat peregrinātibᵘˢ reditum/ infirmantibus sanitatem/ nauigātibᵘˢ portum salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua/ Leuate. Oro.
Omnipotens sempiterne deus mestorū consolatio/ laborantium fortitudo/ perueniāt ad te preces de quacunqȝ tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis/ misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per dominum. ¶ Pro hereticis. Oratio.
Oremus et p hereticis ꝛ scismaticis: vt deᵘˢ et dominus noster iesus christᵘˢ/ eruat eos ab erroribᵘˢ vniuersis: ꝛ ad sctām matrem ecclesiam catholicā/ atqȝ apostolicā reuocare dignet. Oremus. Flectamus genua/ Leuate. Oro.
Omnipotens sempiterne deus/ qui saluas omnes homines: et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita/ errantium corda resipiscant/ et ad veritatis tue redeāt vnitatem. Per dominum. ¶ Pro perfidis iudeis. Oratio.
Oremus ꝛ pro perfidis iudeis: vt deus et dominus noster/ auferat velamen de cordibus eorum: vt et ipsi agnoscant iesum christum dominum nostrum. Oremus. Non dicitur hic Flectamus genua/ Leuate. Oratio.
Omnipotēs sempiterne deus qui etiā iudaicam pfidiā a tua mīa nō repellis: exaudi preces nostras/ quas p illius populi obcecatione deferimᵘˢ: vt agnita veritatis tue luce/ q̄ xp̄s est: a suis tenebris eruant. Per eūdē dn̄m nr̄m.
¶ Pro paganis. Oratio.
Oremus et pro paganis: vt deus oīpotens auferat iniquitatem de cordibus eorum: vt relictis idolis suis/ cōuertant ad deum viuum ꝛ verum: et vnicum filium eius iesum christū/ deum et dominū nostrum: cum quo viuit et regnat cum spiritu sancto deus Per oīa secula seculorū. Oremus Flectamus genua/ Leuate. Oro.
Omnipotens sempiterne deus qui non vis mortem peccatorum: sed vitam semper inquiris/ suscipe propicius orationē nostram: et libera eos ab ydolorum cultura: ꝛ aggrega ecclesie tue sācte/ ad laudem/ et gloriam nominis tui. Per dominum. ¶ Finitis orationibus: exuat sacerdos casulam/ et in sede sua iuxta altare se reponat/ cum diacono et subdiacono: et interim alij duo presbyteri de superiori gradu/ nudatis pedibus albis induti absqȝ parutis/ tenentes Crucem coopertam super brachia solenniter inter eos retro magnum altare/ in dextera parte canant hos v̄sus. Popule meus. duo diaconi de secunda forma/ in cappis suis nigris: ad gradū chori ad altare cōuersi dicant Agyos Chorᵘˢ rn̄deat cū genuflexiōe osculādo formulas tribᵘˢ vicibᵘˢ in vna respōsione: vnaqȝ vice resurgēdo

Remus et pro oib⁹ episcopis

renati fonte baptismatis: adoptio

In die parasceues.

Sanctus deus. Sacerdotes vero tenentes crucē retro altare: ⁊ diaconi ad gradū chori/dicāt **Agyos.** semper sint stantes. Item sacerdotes loco non mutato: dicant vsus **Quia eduxi.** Diaconi. **Agyos** Cho. **Sanctus deus.** Deinde sacerdotes loco non mutato/ dicant vsus **Quid vltra.** Diaconi **Agyos.** Cho. **Sanctus deus.** Deinde sacerdotes discooperientes crucē iuxta altare ī dextera pte: canāt hanc Aň. **Ecce lignum.** Chorus cum genuflexione osculando formulas/respōdeat Aň. **Crucem tuam.** ps. **Deus misereatur.** Totus ps. dicatur sine **Gloria patri.** a toto choro ⁊ post vnū quēq; v. repetat aň. similiter a toto choro cum genuflexione: et interim ponatur crux solēniter super tertium gradum ab altari: iuxta quam sedeant predicti sacerdotes vnus a dextris: ⁊ alius a sinistris. Deinde pcedant clerici ad crucem adorandā nudatis pedibus: incipientes a maioribus. Finito ps. cū aň. cantet sequēs hymn⁹/ a duob⁹ sacerdotib⁹ interim sedētib⁹ iuxta crucem/modo supradicto. Hymn⁹ **Crux fidelis.** Chorus eundē repetat post vnumquēq; vsum/ iterim sedendo. Item sacerdotes dicant **Pange lingua.** vs⁹. **De parentis.** v⁹. **Hoc opus.** vs⁹. **Quando venit.** v. **Lustra sex.** v. **Hic acetū.** v⁹. **Flecte ramos.** v. **Sola digna.** v. **Gloria et honor.** His finitis/ deportet crux per medium chori a predictis duobus sacerdotibus vbi a populo adoretur / ante aliquod altare: et interim cantet hec sequens aň. in choro cū suo v. a toto choro interim sedente. Cantor incipit Aň. **Dum fabricator.** vsus. **O admirabile.** **Aperto.** Adorata cruce: ⁊ finita aň. predicta cum suo v. predicti sacerdotes ea reuerentia / qua crucem antea exportauerūt: per medium chori vsq; ad summum altare/iterum reportent. Tunc conueniant oēs clerici de choro ad altare: et reinduat sacerdos casulā quā prius exuerat: ⁊ accedat ad gradum altaris cum diacono et subdiacono/ et dicat **Cōfiteor.** et **Misereat.** et **Absolutionem.** cum precibus/ ⁊ oratione **Aufer a nobis domine.** more solito: tamē hic nō det osculum pacis. Deide sacrificio super altare more solito deposito / et incensato cum aque et vini infusione in calicem: scilicet post ablutionem manuum: dicat cum humiliatione coram altari. **In spiritu humilitatis** ⁊c. osculando altare et benedicendo sacrificium: et vertat se dicendo **Orate fratres.** more solito. Postea dicat statim humili voce sine nota **Oremus. Preceptis salutaribus.** cum oratione dominicali: scilicet **Pater noster.** Chor⁹ respōdeat. **Sed libera nos.** Deinde dicat **Libera nos quesum⁹.** et **Da propicius.** In qua oratione dum dicit **Per eundem.** frangat corpus domini/ sicut solet fieri ceteris diebus. Deinde dicat modesta voce: videlicet sine nota. **Per omnia secula seculorum.** Chorus respondeat. **Amen.** Postea dimittat in calicem sicut solet partē hostie. Non dicitur **Pax domini.** nec **Agnus dei.** nec pax detur: sed statim cōmunicet se sacerdos dicēdo

Corpus dñi. ꝛc. Ad corpus et sanguinē. Corpus et sanguis domini nostri iesu xpi / custodiat nos in vitam eternam. Amen. nulla precedēte oratione. Deinde post lotionem manuū dicāt vespas / nō cantādo: sed bini et bini priuatim coram altari hoc modo. Añ. Calicem. ps. Credidi propter. et cetere añe cum suis psis sicut in die cene. Añ. Cenantibus. ps. Magnificat. Deinde stando dicit Pater noster. cū psal. Miserere. Quo finito: dicat sacerdos in audiētia sed sine nota postcō. sine Domin⁹ vobiscum. et sine Oremus. hoc modo incipiēs Respice q̄s domine super hanc familiam. sine Qui tecū. et sic missa et vespere simul finiātur. Non dicitur Dñs vobiscū. nec Benedicamus dño. nec Ite missa est. Finitis vespis: exuat sacerdos casulā: et assumēs secum vnum de prelatis in supellicijs amboꝝ pedibus nudatis / reponat crucem in sepulchrū pariter cū corpe dñico scilicet in pixide: icipiēs ipse solus R̸m. Estimatus sum. genua flectēdo cum suo socio: quo incepto / statim surgant: similiter fiat in R̸. Sepulto domino. Chorus prosequat cū suo V̸. genuflectēdo cōtinue vsq; in finem seruitij. Deinde incensato sepulchro / et clauso ostio: icipiat idē sacerdos. R̸. Sepulto. Chorus cantet cum suo V̸. Ad istas tres añas genuflectent duo predicti sacerdotes cōtinue sacerdos incipiat Añ. In pace. Chor⁹ prosequatur In idipsum. Item sacerdos Aña. In pace factus est. Chorus prosequat Locus eius. Item sacerdos. Añ. Caro mea. Chor⁹ psequat Requiescet in spe. His finitis et dictis or. ad placitū secrete ab oībus cum genuflexione oībus alijs ad libitū recedētibus ordine non seruato / reinduat sacerdos casulā / eodem ordine quo accessit in pricipio seruitij cū diacono / et subdiacono: et ceteris ministris altaris abscedat. Exinde ardebit continue vnus cereus ad minus ante sepulchrum / vsq; ad processionem que fit in resurrectione dñica in die Pasche: ita tamen q̄ dum ps. Benedictus cantur / ꝛ cetera que sequunt / in sequēti nocte extinguat. Similiter extinguat in vigilia pasche dum benedicitur nouus ignis / vsq; dum accendat cereus paschalis. xxxvj. pedes continens in longitudine.

Sabbato sancto ī vigilia pasche congregatis clericis in choro / dictaq; hora nona: primo fiat bñdictio ignis ab executore officij / induto vestibus sacerdo. cum cappa serica: diacon⁹ dalmatica / et subdiaconus tunica induātur: cum ceteris ministris altaris albis cum amictis indutis sine lumine: cum cereis et sine cruce / ꝛ sine igne in thuribulo. Quidā etiā de prima forma in supplicijs: cereum extinctū super hastam quādam deferēs / ꝛ processio. precedēs post portitorē aque benedicte per mediū chori ad nouū ignem benedicendū / pcessionaliter eat: choro sequen. habitu non mutato / et ad colūnam ex parte australi / iuxta fontem vbi sacerd. executor officij ignem benedicat / qui accendatur ibidē: scilicet in medio inter duas

Benedictio thimiamatis.

columnas. In eundo vero dicitur
iste ps. Dominus illuminatio.
sine nota: et sine Gloria patri.
Hoc modo fiat statio ad ignē. Sa-
cerd. iuxta ignē stet ad orientē ꝯuer-
sus: ⁊ ad sinistrū ei⁹ stet diaco. sub
dia. vero ad sinistrū diaco. Cerofe
rarius vn⁹ stet sacerd. opposit⁹ ad
dexterā ceroferarij: puer tenens li
brū proximior sacerd. Alius autē
ceroferarius stet retro sacerd. Ad
dexterā eiusdē ceroferarij: stet por
titor aque proximior sacerd. Et vl
timo loco retro omnes a parte oc
ciden. stet portitor stāte cum cereo
Et ex parte ignis australi stet thu
ribulari⁹ ad accipiēdū ignē in thu
ribulari post benedic. Oībus istis
ministris ad sacer. conuersis / inte
rim choro circūstante videlꝫ ex p-
te boreali. Sequat bñdictio ignis
solēniter a sacer. ita dicēte Domi
nus vobiscum. et Orem⁹. Oratio.

Domine deus noster pater
omnipotens: lumen indefi
ciens: conditor omniū luminū: ex-
audi nos famulos tuos: et bñ ✠
dic hūc ignem: qui tua sanctifica-
tione / ac benedictione cōsecratur:
tu illuminans omnē hominem ve
niētem in hunc mundum: illumi-
na consciētias cordis nostri / igne
tue charitatis: vt tuo igne igniti:
tuo lumine illuminati / expulsis a
cordib⁹ nostris peccator tenebris
ad vitam te illustrante peruenire
mereamur eternā: et sicut illumi-
nasti ignē moysi famulo tuo / per
columnā ignis ambulantē in ma
ri rubro: ita illustra nostrū lumē
et cādela que de eo fuerit accensa /
in honore maiestatis tue / semper
perseueret benedicta: et quicunqꝫ
lumen ex eo portauerit: sit illumi-
natus / lumine gratie spiritalis.
Per dominum nostrum. Et om-
nes oratiōes dicunt cum Orem⁹.
sub tono lectiōis. Hic aspergatur
aqua benedicta sup ignē: deīde dr
Dñs vobiscum. Oremus. Oratio

Domine sancte pater omni
potens eterne deus: bene-
✠ dicere et sancti ✠ ficare digne-
ris istum ignē: quem nos indigni
per inuocationē vnigeniti filij tui
domini nostri iesu christi bene ✠
dicere presumimus: tu clementis-
sime pater eum tua bene ✠ dictio
ne sanctifica: et ad profectum hu-
mani generis peruenire concede.
Per eūdem xp̄m dominū. Oratio.

Celesti lumine quesum⁹ do-
mine semper hic ⁊ vbiqꝫ nos
preueni: vt mysterium cuius nos
participes esse voluisti: ⁊ puro cer
namus intuitu: et digno percipia
mus effectu. Per dominum nr̄m.

¶ Sequatur benedictio thimia-
matis siue incensi hoc modo.

Exorciso te immūdissime spi
ritus / et oē fantasma ini-
mici / in nomine dei patris omni-
potentis / et in nomine iesu christi
filij eius / ⁊ in virtute spiritus san
cti / vt exeas et recedas ab hac cre-
atura thimiamatis siue incensi /
cum omni fallacia / atqꝫ nequitia
tua vt sit hec creatura sancti ✠ fi
cata / in nomine domini nostri ie-
su christi: vt omnes gustātes / tan
gentes / siue odorantes eam: vir-
tutem / et auxilium percipiant spi-
ritus sancti: ita vt vbicunqꝫ hoc
incensum / vel thimiama fuerit /

ibidem nullatenus appropinqua-
re audeas nec aduersa inferre pre
sumas: sed quicquid spiritus immū
de es / cū oī versutia tua procul in-
de fugias atqȝ discedas / adiurat⁹
p nomen et virtutē dei patris om-
nipotētis / et filij eius dñi nostri ie-
su xpi / qui vēturus est in spū sctō iu
dicare viuos et mortuos: et te pre-
uaricatorē / et seculum per ignem.
Respōdeat Amē. Oremus. Oratio.

Eternam ac iustissimā pie-
tatem tuā deprecamur do-
mine sancte pater oīpotens eterne
deus: vt bene ✠ dicere et sctī ✠ fi-
care digneris hanc thimiamatis /
vel incēsi speciē / vt sit incēsum ma-
iestati tue in odorē suauitatis acce
ptum: sit a te species hec bene ✠ di
cta: sit per inuocationē sancti no-
minis tui sācti ✠ ficata / ita vt vbi
cūqȝ fumus eius peruenerit extri-
cetur / et effugiat omne gen⁹ demo-
niorū / sicut incēsum iecoris piscis /
quē raphael archāgel⁹ thobiā fa-
mulum tuum docuit / cum ascen-
dit ad sare liberationem. Per chri-
stum dñm nostrū. Oremus. Oro.

Descēdat bene ✠ dictio tua
domine super hāc speciem
incensi ꝛ thimiamatis / sicut in illo
de quo dauid propheta tuus ceci-
nit dicēs. Dirigatur oratio mea si
cut incēsum in cōspectu tuo / sit no-
bis odor cōsolationis / suauitatis /
et gratie: vt fumo isto effugiat om-
ne fantasma inimici mentis ꝛ cor-
poris: vt sim⁹ pauli apostoli voce
bon⁹ odor deo: effugiat a facie in-
censi huius siue thimiamatis om-
nis demonū incursus sicut puluis
a facie venti: ꝛ sicut fumus a facie
ignis: et presta hoc pijssime pater
boni odoris incensum ad opus ec-
clesie tue ob causam religionis iu-
giter permanere: vt mistica nobis
significatione spiritualiū virtutū
fragrans ostēdat odor suauitatē:
tua ergo quesum⁹ oīpotens deus /
immensa maiestatis tue dextera /
hanc creaturā bene ✠ dicere / ex di
uersarum rerū cōmixtione confe-
ctam dignare: vt in virtute sancti
nois tui: omnes immūdorū spiri-
tuum fantasticos icursus effuga-
re / omnesqȝ morbos reddita sani-
tate expellere: vt vbicunqȝ fumus
aromatū eius efflauerit mirabili-
ter possit: atqȝ in odore fragrantis
simo tibi ppetua suauitate redole-
re. Per dñm. Post benedictionem
incensi: impleat thuribulū de car-
bonibus cū incenso: et incendat no-
uus ignis. Postea accendat solus
cereus super hastam de nouo igne
ceteris luminarib⁹ ecclesie pri⁹ ex-
tinctis / ꝛ deferat in processione ad
locū / vbi cereus paschalis bñdict⁹
est. Deinde redeat pcessio more so
lito in chorum. In redeūdo autem
duo clerici de secūda forma in sup-
pellicijs canant Inuentor rutili.
Chorus idem repetat post vnum-
quēqȝ v. Deinde sequat bñdictio ce-
rei paschalis ab ipso diacono idu-
to ad processionem ad borealem /
cōuerso ad gradum presbyteri / ce-
rofera. diacono assistentibus: vno
a dextris / reliquo a sinistris ad eū
conuersis: cereis extinctis: subdia
conus vero stet et oppositus iuxta
quem stet portitor haste eodē mo-
do conuersus post diaconum / stet
thuribularius diacono canente.

Benedictio cerei paschalis.

Exultet iam angelica turba ce-lorum exultent diuina mysteria et pro tanti regis victoria: tuba insonet sa lu taris. Gaudeat se tellus tantis irradiata fulgoribus: et eterni regis splendore illustrata: to tius orbis se sentiat a-misisse ca liginem. Letetur et mater ecclesia tanti luminis ador nata fulgoribus et magnis populorum

vocibus: hec au la resul tet. Quapropter astantibus vobis fratres karissimi: ad tam miram sancti huius luminis claritatem vna mecum queso dei omnipotentis misericordiam inuoca te. Ut qui me non meis meritis intra leuitarum numerum aggregare dignatus est luminis sui gratia infundente cerei huius laudem implere perfi-

ciat. Per dominū nostrū iesū christū filium suū q̄ cū eo viuit et regnat deus i vnitate spūs sctī.

Per omnia secula seculorū. Amē. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Sursum corda. Habemus ad dñm. Gratias agamus domino deo nr̄o. Dignū et iustū est.


Vere dignū et iustū est inuisibilē deū oīpotētē patrē filiumq; et' vnigenitū dñm nr̄m iesum xp̄m cū scō spiritu toto cordis ac mētis affectu et vocis ministerio psonare. Qui pro nobis eterno p̄ri ade debitū soluit et veteris piaculi cautionē pio cruore detersit. Hec sunt eñi festa pascalia in qb' ver' ille agn' occidit: eiusq; sāguine postes cōsecrātur. Hec nox est i qua primū


Benedictio


pres nros filios israel eductos de



egypto rubrum mare sicco vesti-


gio transire feci sti. Hec igi-


tur nox est que peccatorum


tenebras colūne illūīatio ne pur


ga uit. Hec nox



est q̄ hodie p vniuersum mūdū in



xpo credentes/a viciis seculi se-


gregatos a caligine peccatoꝝ red-


dit gratie sociat sanctitati.


Hec


nox est in qua destructis vincu-


lis mortis xp̄s ab iferis victor a-


scēdit. Nil chil enī nobis nasci


pfuit ni si re dimi pfuis set.


O mira circa nos tu e


pietatis digna tio. O



inestimā bi lis dilectio cari


tatis vt seruū redimeres filiū tra


didisti. O certe necessariū

ade peccatū et nr̄m q̄d xp̄i mor-
te deletum est. O felix
culpa q̄ talē ac tm̄ meruit habe
re redemptorem. O
certe btā nox q̄ sola meruit
scire tēp⁹ et horā i qua xp̄s ab in-
feris resurrexit. Hec
nox est de qua scriptū est
et nox vt dies illūīabit̄ ꝯ nox illūīt
natio mea in deli cijs me is.


Huius igitur sanctificatio
noctis fugat scelera: culpas lauat
et reddit inocētiā lapsis et mestis
leticiā: fugat odia ꝯcordiā parat
et curuat imperia. In hui⁹ igi-
tur noctis grā su scipe san-
Hic ponat icēsū a diac. i cereū vel cādelabrū i modū crucis sic̄ i pu[n]c-
cte pater cereū porrito-e accedē.
incēsi hui⁹ sacrificiū vespertinū.
Quod tibi in hac cerei oblatio-
ne so lēni p ministros manu⁹



de operib⁹ apũ sacrosctã reddit ec-




clesia. Sed iam colũne




hui⁹ preconia nouim⁹ quã in hono-



re dei rutilãs ignis accen dit.
Hic accendat cereus de nouo igne
nec extinguat vsq post cõple. diei se-
quentis. Et ardebit cere⁹ paschal.
cõtinue per ebd. pasche ad matu. ⁊
ad mis. ⁊ ad ves. Silr fiat i oc. pasc.
Dib⁹ dñi⁹ do. ad octa. pasc. vsq ad
ascẽ. dñi ad missã tñi: accẽdat etiã
in fes. scõi Marci euã. aplo⁊ Philip
pi ⁊ Jaco. ad mis. tñi. In annũcia.
btẽ Marie: et i iuẽtiõe scẽ crucis si
cut i oc. pas. accẽdat. Hic cerofera-
rii cereos suos accẽdãt p ecclesiam




Qui licet diuisus in ptes mutuati




luminis detrimẽta nõ nouit. Alit e

nim liquãtib⁹ ceris: quas i substãtiã p




ciose hui⁹ lãpadis apes mater e-



duxit. O



vere beata nox que expoliauit




egyptios ditauit hebreos. Nox



in qua terrenis celestia iũgũtur.

Oramus te do-



mine vt cereus iste in honore no-

nominis tui consecratus ad noctis



huius caliginẽ destruendã indefi-

ciens perseue ret. Ino-

odor suauitatis acceptus su per-
nis luminaribus misceat. Flā-
mas eius lucifer matutinus in-
ueniat. Il le inquā lucifer/
q̄ nescit occasū. Il le q̄ re
gress⁹ ab inferis humano generi
serenus illu xit. Pre camur
ergo te domine vt nos famulos
tuos omnē clerū et deuotissimū
populū vna cū patre nr̄o papa
N. rege nostro N. necnō
et episcopo nr̄o N. quiete tēpo-
rum concessa in his paschalibus
gaudijs conseruare digne ris.
Qui semper viuis regnas impe-
ras necnon et glorlaris solus
deus solus altissimus ie
su christe cum san cto spi-
ri tu in gloria dei pa-
tris. A men.

In vigilia pasche.

¶ Finita benedictiõe cerei pascha
lis/ sacerdos completurus officiũ
indutus casula ad altare autenti-
ca assumpta cũ suis ministris ad
altare accedat confessione iam nõ
dicta: sed tantum Pater noster.
et osculãdo altare cum suis mini-
stris eat sessum abscedat cere⁹ sup
hastã: minister vero q aliũ cereum
defert ad sinistrum cornu altaris
stet supra gradũ ad austrũ cõuer-
sus/ quousq; finiatur septiformis
letania. Debet autẽ candelabrum
cũ cereo paschali amoueri fer. vj.
post ascẽsionẽ dñi. Postea legãtur
lectiones absq; titulis/ a digniori-
bus personis ad gradum chori.

Lectio prima. Genesis. j.

Gen. Cap. j. A. IN principio creauit deus ce
lum et terrã. Terra autem
erat inanis ⁊ vacua ⁊ tenebre erãt
super faciem abyssi: ⁊ spiritus do-
mini ferebat sup aquas. Dixitq;
deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et
vidit deus lucem ꝙ esset bona: ⁊ di
uisit lucẽ a tenebris. Appellauitq;
lucem/ diem: et tenebras/ noctem.
Factumq; est vespere ⁊ mane/ dies
vnus. Dixit quoq; deus. Fiat fir-
mamentũ ĩ medio aquarũ: et diui-
dat aquas ab aquis. Et fecit deus
firmamentũ: diuisitq; aquas que
erant sub firmamento: ab his que
erant super firmamentum. Et fa-
ctum est ita. Vocauitq; de⁹ firma-
mẽtum celum. Et factum est vespe
re et mane: dies secundus. Dixit
vero de⁹. Congregentur aque que
sub celo sunt in locũ vnũ: et appa-
reat arida. Factũq; est ita. Et vo-
cauit deus aridã terrã: congrega-
tiõesq; aquarum/ appellauit ma-
ria. Et vidit deus ꝙ esset bonum: ⁊
ait. Germinet terra herbam viren
tem et faciẽtem semen: et lignũ po-
miferum faciẽs fructum iuxta ge-
nus suum: cuius semen in semetip
so sit super terram. Et factũ est ita
Et protulit terra herbam virẽtem B.
et afferentem semen iuxta genus
suum: lignũq; faciens fructum: et
habens vnũquodq; sementẽ secun
dum speciem suam. Et vidit deus
ꝙ esset bonũ: factumq; est vespere
et mane dies tertius. Dixit autem
deus. Fiant luminaria in firma-
mento celi: ⁊ diuidãt diem ac noctẽ
et sint in signa/ et tẽpora/ et dies/ et
annos vt luceant in firmamento
celi/ et illuminent terrã. Et factum
est ita. Fecitq; de⁹ duo luminaria
magna: luminare maius vt prees-
set diei: et luminare minus vt pre-
esset nocti/ et stellas. Et posuit eas
in firmamẽto celi: vt lucerent sup
terram/ et preessent diei ac nocti: et
diuiderent lucẽ ac tenebras. Et vi-
dit deus ꝙ esset bonum: et factum
est vespere et mane dies quartus.
Dixit etiam deus. Producãt aque C.
reptile aĩe viuẽtis ⁊ volatile super
terram sub firmamẽto celi. Crea-
uitq; deus cete grandia: ⁊ omnem
animã viuentem atq; motabilem
quam produxerãt aque in species
suas: et omne volatile secundũ ge-
nus suum. Et vidit de⁹ ꝙ esset bo-
num: benedixitq; eis dicens. Cre-
scite et multiplicamini: et replete
aquas maris/ auesq; multiplicen-
tur super terrã. Et factũ est vespe-
re et mane: dies q̃ntus. Dixit quo-
q; deus. Producat terra animam
viuẽtem in genere suo: iumenta et

reptilia: et bestias terre scđm spe-
cies suas. Factũq; est ita Et fecit
deus bestias terre iuxta species su
as/ iumẽta ꝛ omne reptile terre in
genere suo. Et vidit de⁹ ꝙ esset bo-
D nũ/ et ait. Faciam⁹ hoiem ad ima
B ginẽ et similitudinẽ nr̃am: ꝛ p̄sit
piscib⁹ maris/ et volatilib⁹ celi: et
bestijs vniuersęq; terre: oiq; repti-
li qđ mouet̃ i terra. Et creauit de⁹
hoiem ad imaginem et similitudi-
nẽ suã: ad imaginẽ dei creauit illũ
masculum et feminã creauit eos.
Bñdixitq; illis deus/ ꝛ ait. Cresci-
te et multiplicamini: et replete ter
rã/ et subijcite eam: et dñamini pi
scib⁹ maris/ ꝛ volatilib⁹ celi: ꝛ vni
uersis aiantib⁹/ q̃ mouẽtur super
terrã. Dixitq; deus. Ecce dedi vo-
bis oẽm herbã afferẽtẽ semen su-
per terram/ ꝛ vniuersa ligna q̃ ha-
bent in semetipsis semẽtem gene-
ris sui: vt sint vobis i escam/ et cũ-
ctis aiantib⁹ terre: oiq; volucri ce-
li/ et vniuersis q̃ mouent̃ in terra:
et in quibus est aia viuẽs: vt habe
ant ad vescẽdum. Et factũ est ita.
E Viditq; de⁹ cũcta q̃ fecerat: et erãt
valde bona. Et factum est vespere
Gen. et mane: dies sextus. Igitur perfe
cap. cti sunt celi ꝛ terra ꝛ ois ornat⁹ eo
ii. A. rum. Cõpleuitq; deus die septimo
opus suũ qđ fecerat: et requieuit die
septimo ab vniuerso opere suo/ qđ
patrarat. Omnes orationes sine
Dñs vobiscũ. et sine Flectam⁹ di-
cunt̃: sed tñ cũ Oremus. Oratio.

Deus qui mirabiliter crea-
sti hoiem/ et mirabilius re-
demisti: da nobis q̄s contra oble-
ctamenta peccati/ mẽtis ratiõe p̄siste-
re: vt mereamur ad gaudia eter-
na peruenire. Per dominum no.

¶ Lectio secunda. Exodi. xiiij.

Factũ est in vigilia matuti- Exodi.
na: ꝛ ecce respiciẽs dñs sup ca. xiiii
castra egyptiorũ/ per colũnã ignis A
et nubis: iterfecit exercitum eorũ:
et subuertit rotas curruũ/ ferebã
turq; i profundum. Dixerũt ergo
egyptij. Fugiamus israelem: dñs
eñi pugnat pro eis contra nos. Et
ait dñs ad moysen. Extẽde manũ
tuam sup mare: ꝛ reuertant̃ aque
ad egyptios: sup currus ꝛ equites
eorũ. Cũq; extẽdisset moyses manũ
contra mare: reuersum est primo
diluculo ad priorẽ locum. Fugien
tibusq; egyptijs/ occurrerũt aque:
et inuoluit eos dñs i medijs flucti
bus. Reuerseq; sunt aque: et ope-
ruerũt currus ꝛ equites cũcti exer
citus pharaonis: qui sequẽtes/ in-
gressi fuerãt mare: nec vnus qui-
dem supfuit ex eis. Filij aũt israel
perrexerunt per medium sicci ma-
ris: ꝛ aque erãt eis quasi pro mu-
ro a dextris et a sinistris. Libera-
uitq; dñs i die illa israel de manu
egyptiorũ ꝛ viderũt egyptios mor-
tuos super littus maris: et manũ
magnã quã exercuerat dñs cõtra
eos. Metuitq; popul⁹ dñm: ꝛ credi Exodi.
derũt dño/ et moysi seruo ei⁹. Tũc xv. A.
cecinit moyses/ ꝛ filij israel carmẽ
hoc domino: et dixerunt. Omnes
tract⁹ dicũtur a choro alternatim
preter vltimum tractũ scilicet Lau
date. Ita ꝙ primus tractus icipia-
tur a parte chori legẽtis lectio. de-
inde alternatim icipiant̃ Tract⁹.

Cantemus dño/ gloriose eñi hono- Exodi.
rificatus est: equum ꝛ ascẽsorẽ pro xv. D.
iecit in mare adiutor: et protector factus

est mihi in salutem. V. Hic est deus meus
et honorificabo eum: deus patris mei: et ex-
altabo eum. V. Dominus conterens bella
dominus nomen est illi. Oremus. Oratio.
Deus cuius antiqua miracu
la etiã nostris seculis chorusca-
re sentimus: dum quod uni populo a
persecutione egyptiaca liberando
dextere tue potentiam contulisti: id
ad salutẽ gentium per aquã rege-
nerationis operaris: presta quesumus, ut et
in abrahe filios, et in israeliticã di-
gnitatẽ totius mũdi transeat ple-
nitudo. Per. Lectio. iii. Esaie. iiii.
Esaie. iiii. A. Apprehendent septẽ mulie-
res virum unum in die illa,
dicentes. Panẽ nostrũ comedemus,
et vestimentis nostris operiemur,
tãtummodo inuocetur nomẽ tuum
super nos aufer opprobriũ nostrũ
In die illa erit germen domini in ma-
gnificẽtia et gloria, et fructus terre sub
limis: et exultatio his qui saluati
fuerint de israel. Et erit. Omnis qui
relictus fuerit in syon, et residuus
in hierusalem: sanctus vocabitur omnis qui
B. scriptus est in vita in hierusalem. Si
abluerit dominus sordes filiarũ syon,
et sanguinẽ hierusalem lauerit de me-
dio eius: in spiritu iudicii et spiritu ardo-
ris. Et creauit dominus super omnẽ lo
cum mõtis syon, et ubi inuocatus est
nubẽ per diẽ: et fumũ et splendorẽ
ignis flammãtis in nocte. Super
omnẽ enim gloriã protectio: et taber-
naculũ erit in umbraculũ diei ab
estu: et in securitatẽ et abscõsionẽ,
a turbine et a pluuia. Tractus
Esaie. v. A. Uinea facta est dilecto in cornu
in loco uberi. V. Et maceriam
circumdedit: et circumfodit: et plantauit vi
neam sorech et edificauit turrim in medio
eius. Versus. Et torcular fodit in ea: vi-
nea enim domini sabaoth domus israel est
Oremus. Oratio.
Deus qui nos ad celebrãdũ
paschale sacramentũ utri-
usque testamenti paginis imbuisti
da nobis intelligere misericordias tuas: ut
ex perceptione presentiũ munerũ: fir-
ma sit expectatio futurorum. Per do
minũ. Lec. iiii. Deutero. xxxi.
Scripsit moyses cãticum: et
docuit filios israel. Precepitque
dominus iosue filio nun: et ait. Cõforta
re et esto robustus: tu enim introdu
ces filios israel in terrã, quã polli
citus sum patribus eorũ: et ego ero
tecũ. Postquam ergo scripsit moyses
verba legis huius in volumine atque
cõpleuit, precepit leuitis qui portabãt
arcã federis domini dicens. Tollite li
brũ istũ: et ponite illum in latere ar-
ce federis domini dei nostri: ut sit contra
te ibi in testimonium. Ego enim scio
cõtentionẽ tuã: et ceruicẽ tuã duris
simam. Adhuc viuẽte me, et ingre-
diẽte vobiscũ: semper cõtentiose egi-
stis contra dominum: quanto magis cum
mortuus fuero. Cõgregate ad me
omnes maiores natu per tribus vestras,
atque doctores: et loquar audiẽtibus
eis sermones istos: et inuocabo cõ-
tra eos celum et terrã. Noui enim
quod post mortẽ meam inique agetis
et declinabitis cito de via quã pre-
cepi vobis. Et occurrẽt vobis ma-
la in extremo tempore: quando fe
ceritis malum in cõspectu domini: ut
irritetis eum per opera manuum
vestrarum. Locutus est ergo moy-
ses audiente vniuerso cetu filio-
rum israel verba carminis huius
et ad finem vsque cõpleuit. Tractus.


Attende celum et loquar: et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: et descendant sicut ros verba mea / sicut imber super gramina. ℣. Et sicut nix super fenum: quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro: deus vera opera eius: et omnes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas: iustusque sanctus dominus. Sequatur oratio.

Deus qui ecclesiã tuã semper gentiũ vocatione multiplicas: cõcede propici⁹: vt quos aqua baptismatis abluis: cõtinua protectione tuearis. Per. Hãc orationem non sequatur lectio: sed Tractus.

Psal. xli. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. Versus. Sitiuit anima mea ad deum viuum quando veniam: et apparebo ante faciem dei mei. Versus. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per singulos dies: vbi est deus tuus. Deinde sequantur due oratiões sub vno Per dominum. et sub vno Oremus. Oratio.

Concede q̃s om̃s deus: vt q̃ festa paschalia agim⁹: celestibus desiderijs accẽsi fontẽ vite sitiamus dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ.

Omnipotens sempiterne deus respice propici⁹ ad deuotionẽ ppli renascẽtis: q̃ sicut ceru⁹ aquarum expetit fontẽ: et cõcede propici⁹: vt fidei ipsius sitis baptismatis mysterio aĩam corpusque sctificet. Per dñm. Deide sequatur septiformis letania que in medio chori a septẽ pueris in supellicijs dr / et interim exuat sacerd. casulã / et sumat cappã sericã rubeã adhuc stãdo ante altare: donec preantet letania ꝛc. vt in processio. continetur. Finita letania scilicet Rex sanctorũ. icipiatur missa solẽniter a cantore / sine regie chori sic Kyrie eleyson. et dr cãt⁹ de Lux et origo. absque ℣. et interim sacerd. assumpta casula ad altare dicat Cõfiteor. Misereatur. et Absolutionem cũ precib⁹ / et oratiõe Aufer a nobis domine. more solito: tamẽ hic nõ detur osculũ pacis. Deide thurificet altare / et postea incipiat.



Gloria in excelsis deo.

Tũc oẽs genuflectãt exuẽtes cappas nigras: et tũc pulsent oẽs campane in classicũ choro canente. in terra pax hoib⁹. Sequatur Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Deus qui hãc sacratissimã noctẽ gl'ia dñice resurrectionis illustras: cõserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quem dedisti: vt corpore et mente renouati / puram tibi exhibeant seruitutẽ. Per eundẽ. in vnitate eius. Sequẽs ep'la legatur in pulpito. ¶ Ad Colossenses. iij.

Fratres. Si consurrexistis cũ xp̃o q̃ sursum sunt q̃rite / vbi christ⁹ est in dextera dei sedẽs. Que sursum sunt sapite: nõ q̃ super terram. Mortui enim estis: et vita vr̃a abscõdita est cũ christo in deo. Cũ enim christ⁹ apparuerit vita vestra: tũc et vos apparebitis cũ ipso in gloria. Lecta ep'la / duo clerici de secunda forma in cappis sericis in pulpito cantent hoc Alleluia. chor⁹ idẽ repetat: et prosequatur: et clerici. ℣. Cõfitemini dño q̃m bon⁹: q̃m in se. Psal. cxvij.

Cap. iii. A.

culum misericordia eius. Chor⁹ finiat
cum neuma. Itẽ clerici reincipiãt
Alleluya. sine neuma. Deinde se-
quatur tr. qui a duob⁹ de secunda
forma in cappis nigris ad gradũ
chori / totus et integer cantetur:
choro interim sedente. Tractus.
Psal. cxvi. Laudate dñm omnes gentes: & col-
laudate eum omnes populi. Vs⁹.
Quõ cõfirmata est super nos misericordia
eius: et veritas domini manet in eternum.
Interim vero precedat diacon⁹ cũ
subdiaco. p mediũ chori more soli-
to / sine cruce ad legẽdũ euãge. quẽ
precedãt duo ceroferarij cereis exti-
ctis / & legak i pulpito more dñicali
¶ Secundum Mattheum
Math. Cap. xxviii. Vespere aũt sabbati que lu-
cescit in prima sabbati: ve-
nit maria magdalene: et altera
A. maria videre sepulchrũ. Et ecce ter
remot⁹ fact⁹ est magn⁹. Angelus
aũt dñi descẽdit de celo: et accedẽs
reuoluit lapidẽ / & sedebat sup eum
Erat aũt aspectus eius sicut ful-
gur: et vestimenta eius sicut nix.
Pre timore aũt eius exterriti sunt
custodes: & facti sũt velut mortui.
Respõdẽs aũt angel⁹ dixit mulie-
rib⁹. Nolite timere vos. Scio enĩ
q iesum q crucifixus est queritis.
B. Non est hic. Surrexit enĩ sicut di-
xit. Venite / et videte locũ vbi posi-
tus erat dñs. Et cito euntes / dicite
discipulis ei⁹ / q a surrexit: & ecce p-
cedat vos in galileã. Ibi eũ videbi
tis: ecce predixi vobis. Nõ di. Credo.
sed post euãge. d. Dñs vobiscũ. et
Oremus. Non di. Offr. Secreta.
Suscipe quesumus dñe preces
populi tui cũ oblationibus ho
stiarũ: vt paschalib⁹ initiate my-
sterijs: ad eternitatis nobis mede
lam / te operãte proficiãt. Per do.
Prefatio Et te quidẽ omni tempo
re: sed in hac potissimum nocte. et
Cõicantes. et Noctẽ sacratissimã
et Hanc igitur. Hec Prefatio dicik
per totã ebdo pasche: et in omnib⁹
dñicis vsq ad ascẽsionẽ dñi: quan
do de resurrectiõe agitur. Cõmu-
nicantes vero et Hanc igitur: per
ebd. et in oc. pasche tñ dicunk: hac
die dicik Sanctus solẽniter. Sa-
cerd. vero dicẽte. Pax dñi sit semp
vobiscum. Et choro respõdẽte. Et
cum spũ tuo. Nõ dicik Agnus dei.
nec pax detur: sed facto interuallo
incipiantur vespere festiue sine re
gimine chori / sine campana & pul-
satiõe: et sine Deus in adiutoriũ.
a quodã de superiori gradu ex par-
te chori sic. Alla. ps. Laudate do
minũ oẽs gẽtes. v. Quõ confirma-
ta. v. Gloria patri. v. Sicut erat.
tota dicik Aña. Alleluya alleluya alle
luya alleluya. Qua dicta / statim in-
cipiatur Aña super Magnificat.
ab excellentiore post eum qui cele-
brauerit: sed non percantek a cho-
ro ante pi intonationẽ. Nõ thuri-
ficek altare / neq chor⁹. Aña. Vespere
autem sabbati que lucescit in prima sab-
bati / venit maria magdalene: et altera ma
ria videre sepulchrum alleluya. ps. Ma-
gnificat. Repetita añ. dicat sacer.
Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.
Spiritum nobis dñe tue cha
ritatis infunde: vt quos sa
cramẽtis paschalib⁹ satiasti: tua
facias pietate concordes. Per dñm.
In vnitate eiusdem. Et sic missa &
vespere simul finiãk: dicẽte diaco.
Ite missa est cũ nota de Alleluya.



¶ In die sancto pasche. Ad missam. Officium.

Psal. c. xxxviii. Resurrexi et adhuc tecū sū alleluya/ posuisti super me manum tuā alla. mirabilis factā est scientia tua alleluya alla. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri. Oratio.

Deus qui hodierna die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti vota nostra que preueniendo aspiras/ etiam adiuuādo prosequere Per eundem dominū nostrum iesū christum filium tuum. Qui tecum

Ad Chorinthios. prime. v.

Fratres. Expurgate vetus fermentum: vt sitis noua conspersio sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū immolatus est christus. Itaque epulemur. Non in fermento veteri: neque in fermento malicie et nequitie: sed in azimis sinceritatis: et veritatis. Gr. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. V. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculū misericordia eius. Psal. cxvii. Eodem i. Cor. ca. v. C

Alla. V. Pascha nostrum immolatus est christus. Istud Alla. dicit in loco grad. in octa. penthecos. et omnibus diebus dnicis hinc vsque ad ascen. domini: ad missam de resurrectione. Sequentia.

Fulgens preclara rutilat per orbem hodie dies/ in qua christi lucida narrantur ouanter prelia. De hoste superbo quem iesus triumphauit pulchre/ castra illius perimēs teterrima. Infelix culpa eue/ qua caruimus oēs vita. Felix proles marie: qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generans regem spoliantem tartara. Pollentem iam in ethera. Rex ineternum suscipe benign. preconia nostra sedule tibi canentia. Patris sedens ad dexteram. Victor vbique morte superata atque triumphata polorum possidēs gaudia. O magna/ o celsa/ o pulchra clementia christi lucisflua/ o alma. Laus tibi honorque ac virt./ q. nřam ātiquā leuiasti sarcinam. Roseo cruore agni benignissimi empta florida micat hec aula. Potenti virtute/ nostra qui lauit facinora: tribuens dona fulgida. Stupens valde in memet/ iam miror hodierna. Tanta indignis/ pandere nobis sacramenta. Stirpe dauitica/ ortus de tribu iuda/ leo potens surrexisti i gloria: agnus visus es in terra. Hū-

dens olim arua regna petis supe-
ra. Iustis reddens premia: in se-
cula dignanter ouantia. Dic im-
Roma. pie zabule / quid valet nunc fraus
vi. B. tua? Igneis nectus loris: a chri-
sti victoria? Tribus lingue admi-
ramini: quis audiuit talia miracu-
la? Ut mors mortem sic supera-
ret: rei perciperent talem gratiam.
Iudea incredula: cur manes ad-
huc inuerecunda? Perspice chri-
sticolas / qualiter leti canunt incli-
ta: Redemptori carmina. Ergo
pie rex christe: nobis dans preca-
mina. Solue nexorum vincula.
Electorum agmina. Fac tecum
Psal. resurgere ad beatam gloriā. Di-
cxvii. gna rependens merita. Paraclit
sancti consolationem piam. Ex-
pectamus: secundum promissio-
nem tuam. Peracta ascensionis
sacra solēnia. Quo es regressus
ad celos: nube tectus clarā. Pol-
lens laude eternum.

¶ Secundum Marcum. xvi.



ca.xvi. A. In illo tempore. Maria magdalene: et maria iacobi / et salome / emerunt aromata: vt venientes: vngerent iesum. Et valde mane vna sabbatorum / veniunt ad monumentum / orto iam sole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidē / ab ostio monumenti? Et respicientes: viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et in-
B. troeuntes in monumentum: viderunt iuuenem sedentem in dextris / coopertum stola candida / et obstupuerunt: qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum queritis nazarenū crucifixum: surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerūt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo

Offer. Terra tremuit et quieuit: dū resur- Psal.
geret in iudicio deus alleluya. Secreta.

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum vt paschalibus initiate misterijs: ad eternitatis nobis medelam / te operante proficiant. Per dominum nostrum. Prefa. Et te quidem. Infra canonem. Cōmunicantes et hanc igitur. Cōio. Pas- i.Co.
cha nostrum: immolatus est christus alleluya: ca.v.
itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis alleluya / alleluya / alleluya. Postcōio

Spiritum nobis dn̄e tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus saciasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuū. Qui tecū in vnitate eiusdē.

¶ Feria ij. post pascha. Officium.

Introduxit vos dominus in terram fluentem lac et mel alleluya et vt lex domini semper sit in ore vestro alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Kyrie eleyson Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui solennitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuum / quesumus domine celesti dono prosequere: vt et perfectam libertatem consequi mereatur: et ad vitam pro-

ficiat sempiternam. Per dominū nostrum iesum christū filiū tuum. Lectio Actuum apostolorum. x.

Act. x. I N diebus illis. Stans petrus in medio plebis: dixit. Viri fratres vos scitis quod factū est verbū per vniuersam iudeam. Incipiens enim a galilea post baptismum qđ predicauit ioānes iesum a nazareth: quomodo vnxit eum deus spū scō et virtute: q pertransiuit benefaciēdo: et sanādo oēs oppressos a diabolo qm̄ de⁹ erat cum illo. Et nos testes sumus oim̄ q̄ fecit in regione iudeoꝝ et hierusalem quem occiderunt suspendētes in ligno. Hūc deus suscitauit tertia die et dedit eum manifestum fieri: nō omni populo: sed testibus preordinatis a deo: nobis qui māducauim⁹ et bibim⁹ cū illo postq̄ resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo et testificari: quia ipse est qui cōstitutus est a deo iudex viuorum et mortuoꝝ. Huic oēs pphete testimoniū perhibēt remissionē peccatorū accipere per nomē eius: oēs qui credūt in eum. Gr. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. ℣. Dicat nūc israel quoniā bon⁹: quoniā in seculū mia eius. Alleluya. ℣. Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via. Sequentia.

Zima vetus expurgetur / vt sincere celebretur: noua resurrectio. Hec est dies nostre spei huius mira vis diei legis testimonio. Hec egyptum spoliauit / et hebreos liberauit / de fornace ferrea. His in arto constitutis opus erat seruitutis: lutū later palea. Iam diuine laus virtutis / iam triūphi iā salutis: vox erūpat libera. Hec est dies quam fecit dn̄s / dies nostri doloris terminus: dies salutifera. Lex est vmbra futurorum / xp̄s finis pmissorum: qui ꝯsummat oīa. Christi sanguis igneam / hebetauit rūpheā: amota custodia. Puer nr̄i forma risus / pro quo vervex est occisus: vite signat gaudium. Ioseph exit de cisterna / iesus redit ad superna: post mortis supplicium. Hic drachones pharaonis dracho vorat a drachonis: īmunis malicia. Quos ignitus vulnerat hos serpentis liberat: enei presentia. Anguem forat in maxilla / xp̄us hamus et armilla: in cauerna reguli. Manū mittit ablactatus: et sic fugit exturbat⁹: vet⁹ hospes seculi. Irrisores helisei dum conscendit domum dei zelum calui sentiūt. Dauid arepticius / hircus emissarius: et passer effugiūt. In maxilla mille sternit: et de tribu sua spernit sampson matrimonium. Sampson gaze seras pandit: et asportans portas scādit mōtis supercilium. Sic de iuda leo fortis fractis portis dire mortis: die surgit tertia. Rugiente voce patris: ad superne sinum matris / tot reuexit spolia. Cetus ionā fugitiuum: veri ione signatiuum: post tres dies reddit viuum: de vētris angustia. Botrus cypri refloreſcit / dilatatur et excrescit: synagoge flos marcescit / et floret ecclesia. Mors et vita conflixere: resurrexit xp̄s vere: et cum xp̄o surrexere: multi testes glorie. Mane nouum mane letum / vespertinum tergat fletū: quia vita vicit letum /

tempꝰ est leticie. Iesu victor / iesu vita / iesu vite via trita: cuius morte mors sopita / ad paschalē nos inuita / mēsam cū fiducia. Uiue panis viuax vnda: vera vitis ⁊ fecunda: tu nos pasce tu nos mūda: vt a morte nos secūda / tua saluet grā.

Secundum Lucam. xxiiij.

Capi. xxiiii. B.



In illo tempore. Exeūtes duo ex discipulis iesu: ibant ipsa die in castellum qđ erat i spacio stadiorū sexaginta ab hierusalem noīe emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his oībus que acciderant. Et factū est dū fabularenꝫ et secū quererent et ipse iesus appropinquās / ibat cū

C. illis. Oculi aūt eorum tenebanꝫ ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos cōfertis adinuicem ambulantes: ⁊ estis tristes? Et respondēs vnus cui nomē cleophas: dixit ei. Tu solꝰ peregrinus es in hierusalem: ⁊ non cognouisti q̄ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno qui fuit vir ꝑpheta: potēs in opere ⁊ sermone / corā deo ⁊ oī pplo. Et quomodo tradiderūt eū summi sacerdotes et principes nr̄i in dānationem mortis: ⁊ crucifixerunt eum. Nos autē sperabamꝰ: quia ipse esset redēpturus israel. Et nūc super hec oīa tertia dies est hodie q̄ hec facta sunt:

D. sed et mulieres quedam ex nr̄is terruerūt nos: q̄ ante lucem fuerūt ad monumentum: et nō inuēto corpore eius venerūt dicētes se etiā visionem angelorꝫ vidisse: q̄ dicunt eum viuere. Et abierūt quidam ex nr̄is ad monumētum: ⁊ ita iuenerūt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credēdum in oībus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christū: et ita intrare in gloriā suā? Et icipiēs a moyse / et oībus prophetis: interpretabatur illis i oībus scripturis / que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse se finxit lōgius ire. Et coegerūt illum dicētes. Mane nobiscum qm̄ aduesperascit: et inclinata est iam dies. E.

Et itrauit cū eis. Et factū est dum recumberet cū illis: accepit panē: et benedixit ac fregit: ⁊ porrigebat illis. Et statim aperti sunt oculi eorꝫ et cognouerūt eum. et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerūt adinuicem. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis / de iesu dum loquereꝫ nobis in via: ⁊ aperiret nobis scripturas Et surgentes eadem hora: regressi sunt in hierusalem: et inuenerūt congregatos vndecim: et eos qui cum ipsis erant: dicētes q̄ surrexit dominus vere: ⁊ apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerunt eum: in fractione panis. Credo.

Offer. Angelus domini descendit de celo / ⁊ dixit mulieribus quem queritis? surrexit sicut dixit alleluya.

Secreta.

Paschalis hostias immolantes q̄s dn̄e: vt qđ frequentamus actu: cōprehendamꝰ effectu: ꝑ resurgentem a mortuis: dn̄m nr̄m iesum christū filiū tuū. Qui tecū vi.

Luce xxiiij. E. Cōīo. Surrexit dominus: et apparuit pe-
tro alleluya. Postcōīo.

IMpleatur in nobis q̄s dn̄e sacramēti paschalis sancta libatio: nosq3 de terrenis affecti-bus/ ad celeste transferat institu-tum. Per dominū nostrum iesum.

¶ Feria. iij. post pascha. Offi̅n.



Eccle. xv. B. AQua sapientie potabit eos all'a: firmabitur in illis ⁊ nō flectetur all'a: ⁊ exultabit eos ieternū all'a all'a. P̄s. Psal. cxvii. Cōfitemini dn̄o q̄m bon⁹: q̄m in seculū mīa eius. Oratio.

DEus qui ecclesiā tuā nouo semper fetu multiplicas cōcede famulis tuis: vt sacramentum viuendo teneant/ quod fide p̄ceperunt. Per dominum nostrum.

Lectio actuum apostolorum. xiij

Act. xiii. D. IN diebus illis. Surgens paulus: et manu silentium indicens ait. Viri fratres filij generis abraham/ et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui eni habitāt hierusalē et principes ei⁹: ignorantes iesum ⁊ voces p̄phetarū que p̄ omne sabbatū leguntur/ iudicantes impleuerunt. Et nullā causā mortis inuenientes in eo: petierūt a pilato vt interficerent eū. Cūq3 consummassent oīa que de eo scripta erāt: deponētes eum de ligno/ posuerūt in monumēto. Deus vero suscitauit eū a mortuis tertia die qui visus est per dies multos/ his qui simul ascēderāt cum eo de galilea in hierusalē: qui vsq3 nūc sūt testes eius ad plebē. Et nos vobis annunciamus eam que ad patres nostros repromissio factā est: q̄m hanc deus adimpleuit filijs vestris/ resuscitās iesū christū: dn̄m nostrum.

Gr. Hec dies quam fecit dn̄s: exultem⁹ et letemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos. Psal. cxvii.

Alleluya. ℣. Surgens iesus domin⁹ noster: stetit in medio discipulorum suorū et dixit pax vobis. Luce. xxiiii. F. Sequentia.

PRome casta contio cantica organa subnectēs ypodorica. Regi claustra deo tartarea rumpenti decanta nunc symphonia. Morte qui victa resurgens gaudia mundo gestat colenda. Hac insolita morantes perdita cochiti confinia. Aspectant lumina: intrante illo vita beata. Terrore percussa: tremescit demonū plebs valida. Dant suspiria. Aletum alta. Repagula quis sic audax fregerit: mirantur tunc fortia. Sic ad supera. Redit cū turma. Gloriosa: et timida refouet discipulorum corda. Precelsa huius trophea admirantes: flagitemus nunc voce declina. Virginum inter agmina mereamur preciosa colere vt pascha. Galilea inq3 sacrata/ prefulgida contueri lucis exordia.

¶ Secundum Lucam. xxiiij.



Luce xxiiii. F. IN illo tp̄e. Stetit iesus in medio discipulorum suorum: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego sū: nolite timere. Conturbati vero/ et conterriti: existi-

mabant se spiritum videre. Et di-
xit eis. Quid turbati estis: et co-
gitationes ascendunt in corda ve-
stra? Uidete manus meas: et pe-
des meos: quia ego ipse sum. Pal-
pate et videte: quia spūs carnem et
ossa non habet sicut me videtis ha-
bere. Et cum hoc dixisset: ostendit
eis manus et pedes. Adhuc autem
illis nō credentibus: et mirantibus
pre gaudio: dixit. Habetis hic ali-
quid quod manducetur? At illi obtu-
lerunt ei partē piscis assi: et fauum
mellis. Et cū manducasset corā eis
sumens reliquias / dedit eis. Et dixit
ad eos. Hec sunt verba que locutus
sum ad vos / cum adhuc essem vo-
biscum: quoniā necesse est impleri
oīa que scripta sunt in lege moysi:
G. et pphetis / et psalmis de me. Tunc
aperuit illis sensum: vt itelligerēt
scripturas. Et dixit eis. Quoniam
sic scriptum est: et sic oportebat pati
christū: et resurgere a mortuis die
tertia. Et predicari in nomine eius
penitentiam: et remissionē peccato
rum: in oēs gentes. Credo. Offr.
Psal. Intonuit de celo dominus: et altissimus de
xvii. dit vocē suam: et apparuerunt fontes aqua-
rum alleluya. Secreta.
Suscipe dn̄e preces ecclesie tue re-
demptionis sue gratia exultā-
tis: vt presentium munerum fide:
et tue resurrectiōis credulitate pa-
Colos. scatur. Qui vi. Cōio. Si consurrexi-
ca.iii. stis cum xp̄o / que sursum sunt querite alle-
A. luya / vbi xp̄s est in dextera dei sedens: que sur-
sum sunt sapite alleluya. Postcōio.
Sanctificent nos domine que-
sumus sumpta mysteria: et
paschalis obseruantie sufficiētem
nobis tribuant facultatem. Per.

Feria.iiij.post pascha. Officiū.
Uenite bn̄dicti patris mei Mat.
percipite regnum / alle- xv. C.
luya: quod vobis para-
tum est ab origine mun-
di / alleluya alleluya alleluya. Ps.
Cantate domino canticum nouum quia mi Psal.
rabilia fecit. Oratio. xcvii.
Deus qui nos resurrectiōis
dominice / annua solennita
te letificas: concede propitius: vt p
temporalia festa que agimus: per-
uenire ad gaudia eterna merea-
mur. Per dominum nostrum. Le-
ctio Actuum apostolorum. iij.
In diebus illis. Aperiens pe- Ca.
trus os suum: dixit. Uiri is- C.
raelite: et qui timetis deum: audi-
te. Deus abraham / et deus isaac / et
deus iacob: deus patrum nostro-
rum: glorificauit filiū suū iesum:
quem vos quidem tradidistis / et
negastis ante faciē pylati: iudican
te illo dimitti. Uos autem sanctū
et iustum negastis: et petistis vi-
rum homicidam donari vobis: au
ctorē vero vite interfecistis. Quē
deus suscitauit a mortuis: cuius
nos testes sumus. Et nunc fratres
scio: quia per ignorantiam fecistis
sicut et principes vestri. Deus au-
tem qui prenunciauit per os om-
nium prophetarum / pati christum
suum sic impleuit. Penitemini igi-
tur et conuertimini: vt deleantur
peccata vestra. Grad. Hec dies quam Psal.
fecit dominus: exultemus et letemur in ea. cxvii.
Uersus. Dextera domini fecit virtutem:
dextera domini exaltauit me. Alleluya Mat.
Uersus. Surrexit dominus et occurrens xxviii.
mulieribus / ait: auete: tunc accesserunt: et B.
tenuerunt pedes eius. Sequentia.

Concinnat orbis cũctus all'a
Uotis voce solẽnia. Cele
brando paschalia. Insontum te-
nera/cõgaudeat turma: sacro fon-
te niuea. Spernẽs phlegetontis
vndas. Nos quoqꝫ laxas / apte-
mus fibras: arte musica. Uoce
sonora: modificantes prosis neu-
mata. Uoce satis tinula. Chri-
stus namqꝫ mitis hostia. Factus
nostra ob remedia. Crucis pertu
lit probra. Et iugis vita manens
subijt letalia. Fellis amara pas-
sus prelibare pocula. Uulnera sa
tis tollerauit dira: transfixus cla-
uis et lancea. Sic patiendo mala
gerens nostra: descẽdit ad ima tar-
tarea. Hostis antiqui quo destrin
gens arma reuehit potens ampla
ouando trophea. Sicqꝫ deuicta
morte: ac resumpta carne/resurgit
victor die in tertia. Unde iam io-
cundas: ipsi canamus odas. Per
quem nobis vita plausit eterna: et
celi clara nobis patescit aula.
Cui sit laus preclara.

¶ Secundum Joannem. xxj.

xxi. A.



In illo tem-
pore. Mani
festauit se iterum
iesus discipulis su
is ad mare tiberi-
adis: manifesta-
uit autẽ sic Erant
autem simul sy-
mon petrus: ꝛ tho
mas qui dicitur didimus: ꝛ natha
nael qui erat a chana galilee: et fi-
lij zebedei: et alij ex discipulis eius
duo. Dicit eis symon petrus. Ua-
B do piscari. Dicunt ei. Uenimus / et
nos tecum. Et exierũt/ et ascẽderũt
in nauim: et illa nocte nihil prendi-
derũt. Mane autem facto: stetit ie-
sus in littore: non tamen cognoue-
runt discipuli qa iesus est. Dixit er
go eis iesus. Pueri: nunquid pul-
mentarium habetis? Respõderũt
ei. Non. Dixit eis. Mittite in dex-
teram nauigij rethe: et inuenietis.
Miserũt ergo rethe: et iam non va
lebant illud trahere/ pre multitudi
ne piscium. Dixit ergo discipulus
ille quẽ diligebat iesus/ petro. Do-
minus est. Symõ petrus cũ audis-
set quia dñs est: tunica succinxit se.
Erat enim nudus: et misit se in ma
re. Alij autem discipuli: nauigio
venerũt. Nõ enim longe erãt a ter- C.
ra: sed quasi cubitis ducentis / tra-
hentes rethe pisciũ. Ut ergo descen-
derunt in terram: viderunt pru-
nas positas: et piscem superposi-
tum/ et panem. Dicit eis iesus. Af-
ferte de piscibus / quos prendidi-
stis nunc. Ascendit symon petrus:
et traxit rethe in terram plenum/
magnis piscibus: centum quin-
quaginta tribus. Et cum tanti es-
sent: non est scissum rethe. Dicit
eis iesus: Uenite / prandete. Et ne-
mo audebat discumbentium inter
rogare eum/ tu qs es scientes quia
dominus est. Et venit iesus: et acce
pit panem et dedit eis: et piscem si-
militer. Hoc iam tertio manifesta-
tus est iesus discipulis suis: cum
resurrexisset a mortuis. Credo.
Offer. Portas celi aperuit dominus: et Psal.
pluit illis manna vt ederent: panem celi lxxvii.
dedit illis: panem angelorum manducauit
homo alleluya. Secreta.
Sacrifica dñe paschalib⁹ gau
dijs immolata / nobis tue

propiciationis munus obtineant/ quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur et nutritur. Per dñm. Cõio.

Roma. vi. B. Christus resurgens ex mortuis/ iam nõ moritur alleluya: mors illi vltra non dominabitur alleluya alleluya. Postcõio.

AB omni nos quesumus domine vetustate purgatos/ sacramẽti tui venerãda perceptio: in nouã transferat creaturã. Per.

Feria. v. post pascha. Officium.

VIctricem manum tuam dñe laudauerũt pariter alleluya qa sapiẽtia aperuit os mutum: ⁊ liguas infantium fecit disertas/ alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quo-

Psal. cxvii. niam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Oratio.

DEus qui diuersitatẽ gentiũ in cõfessione tui nois adunasti: da vt renatis fonte baptismatis: vna sit fides mentiũ/ et pietas actionnm. Per dominum no.

Lectio actuum apostolorum. viij.

ca. viii E. IN diebus illis. Angelus domini: locutus est ad philippũ dicens. Surge/ et vade contra meridianum: ad viam q̃ descendit ab hierusalẽ in gazã: hec est deserta Et surgens/ abijt. Et ecce vir ethiops eunuchus potẽs candacis regine ethiopũ/ q̃ erat sup oĩs gazas eius venerat adorare i hierusalẽ: et reuertebatur sedẽs sup currũ suũ: legẽsq̃ esaiã ꝓphetã. Dixit autẽ spiritus philippo. Accede: ⁊ adiunge te ad currũ istũ. Accurrẽs autẽ philippus: audiuit eum legẽtẽ esaiã prophetã/ et dixit. Putas ne itelligis q̃ legis? Qui ait. Et quomodo possũ intelligere: si nõ aliq̃s ostenderit michi? Rogauitq̃ philippum/ vt ascenderet/ ⁊ sederet secum. Locus autem scripture quã legebat: erat hic. Tanq̃ ouis ad occisionem ductus est: ⁊ sicut agnus corã tondente se sine voce: sic nõ aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Respondẽs aũt eunuchus: dixit philippo. Obsecro te/ de quo propheta dicit hoc: de se: an de alio aliquo. Aperiẽs autem philippus os suum: et incipiens a scriptura ista: euangelizauit illi iesum. Et dum irent per viam: venerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autem philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et respondens/ ait. Credo filiũ dei esse iesum xpm. Et iussit stare currum. Et descenderunt vterq̃ in aquam philippus et eunuchus: et baptizauit eum. Cum autem ascẽdissent de aqua: spiritus dñi rapuit philippum: et amplius nõ vidit eũ eunuchus. Ibat aũt per viã suam gaudens: philippus autem inuentus est in azoto. Et pertransiens euãgelizabat ciuitatibus cunctis/ donec veniret cesaream: nomẽ dñi nostri iesu christi. Gr. Hec dies quam fecit dñs: exultemus et letemur in ea. V. Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli: a dño factum est istud: et est mirabile i oculis nostris. Non repetatur grad. hac die post suũ v. nec in sequenti die. Alla. V. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Secreta.

DIc nobis/ q̃bus e terris no-

Psal. cxvii.

na. Cuncto mūdo / nūcians gau-
dia. Nostrā rurs⁹ visitas patriā.
Respondens placito vultu: clara
voce dixit alleluya. Angelus mi-
hi de xp̄o / indicauit pia miracula.
Resurrexisse dominū: syderum ce
cinit voce laudāda. Mox ergo pē-
nas volucris vacuas dirigens le-
ta per auras. Redijt famulis: et
dixit vacuatā legē veterē et nouam
regnare gratiam. Itaqȝ plaudi-
te famuli voce clara: xp̄s hodie re-
demit nos a morte dira. Pater fi-
lium tradidit seruis vt interimerēt
pro salute nostra. Sponte subijt
filius mortem: vt nos redimeret
morte ab eterna. Nunc requiem
capere licet oībus: et vita frui per-
petua. Nunc colite pariter mecū
famuli: celebri laude sanctum pas-
cha. Christus est pax nostra.

¶ Secundum Joannem. xx.



In illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris/ plorans. Dum ergo fleret: inclinauit se: et prospexit in monumentum Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnū ad caput: ꝛ vnum ad pedes: vbi positum fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier / quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dñm meū: et nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset: cōuersa est retrorsum: ꝛ vidit iesum stantē: et nesciebat quia iesus est. Et dicit ei iesus. Mulier / quid ploras? Quem queris? Illa existimans quia ortolan⁹ esset: dixit ei. Dñe / si tu sustulisti eum: dicito mihi vbi posuisti eū: et ego eum tollā. Dixit ei iesus. Maria. Conuersa illa / dixit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dixit ei iesus. Noli me tangere: nōdum enī ascendi ad patrem meum. Uade autē ad fratres meos: et dic eis. Ascēdo ad patrem meū ꝛ patrē vr̄m: deū meū et deum vestrum. Uenit ergo maria magdalene annūcians discipulis: quia vidi dominum: et hec dixit michi.

¶ Credo. Offr. In die solennitatis vestre dicit dominus: inducam vos in terram fluentem lac et mel alleluya. Exodi. iii. B. ꝛ xiii. A.

Secreta.

Suscipe q̄s dñe munera populorū tuorū propicius: vt confessione tui nois / et baptismate renouati: sempiternā beatitudinem cōsequanī. Per.

Coio. Populus acquisitionis annunciate virtutes ei⁹ allā: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum alleluya. i. Petri ca. ii. B

Postcōio

Exaudi dñe preces nostras: vt redemptiōis nostre sacrosancta commercia: et vite nobis cōferant presentis auxilium: et gaudia sempiterna concilient. Per do.

¶ Feria. vj. post pascha. Officium



Duxit eos dñs i spe alleluya: et inimicos eorum operuit mare alleluya alleluya alleluya. Psal. lxxvii. Ps. Attendite popule meus legē meā inclinate aurē vestrā i verba oris mei. Eodem'

Or

Omnip̄s sempiterne deus: q̄ paschale sacramentū in recōciliationis humane federe cōtulisti: da mētibus nr̄is vt quod p̄fessione celebram⁹ / imitemur effectu. Per.

Lectio epl̄e btī Petri apl̄i. prime. iij.

i. Petri ca. iii. D. Charissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: ut nos offerret deo / mortificatos quidem carne: viuificatos autem spiritu. In quo et his qui in carcere conclusi erant spiritu veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando / quando expectabant dei patientiam: in diebus noe / cum fabricaretur archa: in qua pauci / id est octo anime salue facte sunt per aquam. Quod et vos nunc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium: sed conscientie bone interrogatio in deum. Per resurrectionem domini nostri iesu christi: qui est in dextera dei. Gr. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. Vers. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus: et illuxit nobis. Non repetatur grad. Alleluia. Vers. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Psal. cxvii.

Psal. xcv.

Victime paschali laudes: immolant christiani. Agnus redemit oues: christus innocens patri: reconciliauit peccatores. Mors et vita duello / conflixere mirando: dux vite mortuus / regnat viuus. Dic nobis maria: quid vidisti in via? Sepulchrum christi viuentis: et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes: sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra: precedet vos in galileam. Credendum est magis soli marie veraci: quam iudeorum turbe fallaci. Scimus christum surrexisse: a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere.

Secundum Mattheum. xviii.



In illo tempore: Undecim discipuli abierunt in galileam: in montem vbi constituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens iesus: locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas: in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos: in nomine patris / et filij / et spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quecunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: vsque ad consummationem seculi. Credo. Offr. Erit vobis hic dies memorialis alleluya: et diem festum celebrabitis solennem domino in progenies vestras: legitimum sempiternum diem alleluya alleluya alleluya. Secreta.

Capi. xxviii.

Leuiti. xxiii. D.

Hostias quesumus domine placatus assume: quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus: et pro acceleratione celestis auxilij. Per. Coio. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra alleluya: euntes docete omnes gentes / baptizantes eos / in nomine patris / et filii et spiritus sancti alleluya alleluya. Postcomio.

Math. xxviii. D.

Deus qui adoptionis tue sobolem peccatorum remissione genuisti: da vt cuncti fideles tui veraciter apprehendant: que presentibus susceperunt sacramentis. Per.

Sabbato post pascha. Officium.

Eduxit dominus populum suum in exultatione alleluya: et electos suos in leticia alleluya alleluya. Psalm. Confitemini domino et inuocate Eodem

Psal. ciiii.

nomen eius: annunciate inter gentes ope-
ra eius. Oratio.
Concede quesumus omnipotens deus: ut
qui festa paschalia veneran-
da egimus: per hec attingere ad gau
dia eterna mereamur. Per do. Le
ctio epistole beati Petri apostoli prime. ii.
Petri ii. A. Carissimi. Deponentes igitur
omnem maliciam: et omnem dolum
et simulationes/et inuidias: et om
nes detractiones: sicut modo geni-
ti infantes rationabiles et sine do-
lo lac concupiscite: ut in eo cresca-
tis in salutem. Si tamen gustatis
quoniam dulcis est dominus. Ad quem ac
cedentes lapidem viuum/ab hominibus
quidem reprobatum: a deo autem ele-
ctum et honorificatum. Et ipsi tanquam
lapides viui superedificamini do-
mos spirituales/in sacerdotium san-
ctum: offerentes spirituales hosti-
as acceptabiles deo/per iesum chri
stum. Propter quod continet scriptu
B. ra. Ecce ponam in syon lapidem sum-
mum angularem/probatum/electum/
preciosum: et omnis qui crediderit in
eum/non confundetur. Vobis igitur
honor credentibus: non credentibus
autem lapis quem reprobauerunt edi
ficantes: hic factus est in caput an
guli: et lapis offensionis: et petra
scandali/his qui offendunt ver-
bo: nec credunt in quo et positi sunt.
Vos autem genus electum regale sa-
cerdotium gens sancta: populus ac-
quisitionis: ut virtutes annuncie-
tis: eius qui de tenebris vos voca-
uit/in admirabile lumen suum.
Qui aliquando non populus dei:
nunc autem populus dei. Et qui non
consecuti misericordiam: nunc autem mise-
ricordiam consecuti. Duo pueri in
superpelliciis/in pulpito dicant Alleluya.
V. Hec dies quam fecit dominus: exultemus Psal.
et letemur in ea. Non repetatur Alle- cxvii.
luya. Nunc enim repetatur primum
Alleluya. post suum V. quando duo Alleluya
habentur: sed secundum Alleluya
semper repetatur post suum V. Si-
militer fiet/quando unum solum Alleluya
habetur. Deinde alii duo pueri ad gra
dum chori in superpelliciis cantent hoc Al-
leluya. V. Laudate pueri dominum: laudate no Psal.
men domini. et finiatur a choro. Statim cxii.
sequatur alius V. ab eisdem pueris. V.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc Eodem
et usque in seculum. Similiter finiatur
a choro. Deinde repetatur Alle-
luya/sine neuma. Sequentia.
Mane prima sabbati: sur-
gens dei filius/nostra spes
et gloria. Victo rege sceleris: re-
dijt ab inferis: cum summa victo-
ria. Cuius resurrectio: omni ple-
na gaudio/consolatur omnia. Resur-
gentis itaque/maria magdalene/fa
cta est prenuncia. Ferens christi
fratribus: eius morte tristibus/ex-
pectata gaudia. O beati oculi qui
bus regem seculi: morte iam depo-
sita/prima est intuita. Hec est illa
femina/cuius cuncta crimina: ad
christi vestigia/eius lauit gratia.
Que dum plorat et mens orat: fa
cto clamat quod cor amat: iesum sup
omnia. Non ignorat quem adorat: quod
precetur sed deletur/quod mens ti-
met conscia. O maria mater pia/
stella maris appellaris/operum per
merita. Matri christi coequata/
dum fuit sic vocata: sed honore
subdita. Illa mundi imperatrix/
ista beata peccatrix: leticie primor-
dia fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit

porta: per quã fuit lux exorta: hec resurgentis nũcia / mundũ replet leticia. O maria magdalena: audi vota laude plena: apud christum chorum istũ / clementer concilia. Ut fons summe pietatis: q̃ te lauit a peccatis: seruos suos atq; tuos / mundet data venia. Amen dicant omnia. Sequẽtia sancti Joannẽ. xx.

ca. xx. A.



In illo tpe. Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent / ad monumẽtum: et vidit lapidem sublatum a monumẽto: cucurrit ergo / et venit ad symonem petrum: et alium discipulum quem amabat ies⁹ / & dixit eis. Tulerunt dñm meum de monumẽto: et nescio vbi posuerũt eum: Exiit ergo petrus / et ille alius discipulus: et venerũt ad monumentum. Currebant aũt duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citi⁹ petro / et venit primus ad monumẽtum. Et cum se iclinasset: vidit lintheamina posita: non tñ introiuit.
B Venit ergo symon petrus sequens eum / & itroiuit in monumẽtum. Et vidit lintheamina posita: & sudariũ quod fuerat super caput eius: non cum lintheaminibus positũ: sed separatim inuolutum i vnũ locum. Tunc ergo itroiuit et ille discipul⁹ qui venerat prim⁹ ad monumentũ et vidit / et credidit. Nondum enim sciebãt scripturas: quia oportebat eum a mortuis resurgere. Credo
Psal. cxvii. Offer. Benedictus qui venit in noie dñi benediximus vos de domo dñi: de⁹ domin⁹: et illuxit nobis alleluya alleluya. Secret.

Concede q̃s dñe semper nos per hec mysteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparationis operatio: perpetue nobis fiat causa leticie. Per. Cõio. Omnes qui in christo baptizati estis christũ induistis alleluya. Postcõio. gal. iii.

Redemptionis nostre munere vegetati: q̃s dñe / vt hoc ppetue salutis auxilio / fides semper vera pficiat. Per dominũ. Dominica in octa. pasche. Officium.



Resurrexi & adhuc tecũ sũ alleluya / posuisti super me manum tuã alla mirabilis fctã est scientia tua alleluya alla. Ps. Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri et filio. Oratio. Psal. cxxxviii.

Deus qui hodierna die per vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti vota nostra que preueniendo aspiras / etiam adiuuãdo prosequere. Per eundẽ dñm. Nulla fiet memoria de dñica. Epla. Expurgate vet⁹ Quere supra in die Pasche. Loco Grad. dicitur Alleluya. V. Pascha nostrum / immolat⁹ est christus. secundũ Alleluya. V. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem / et sedebat super eum. Sequentia. i. Cor. ca. v.

Laudes saluatori: voce modulemus supplici. Et deuotis melodijs: celesti dño iubilemus messie. Qui seipsum exinaniuit: vt nos perditos liberaret ho

mines. Carne gloriam deitatis occulens. Pannis tegitur in presepi miserans precepti transgressorem pulsum patria/paradisi nudulum Ioseph marie symeoni subditur. Circunciditur et legali hostia mũdatur vt peccator: nostra q̃ solet relaxare crimina. Serui subit manus baptizandus: et perfert fraudes tẽtatoris: fugit persequentum lapides. Famẽ patitur: dormit et tristatur: ac lauat discipulis pedes de⁹ homo summus humilis. Sed tamen inter hec / abiecta corporis. Eius deitas nequaq̃ quiuit latere: signis varijs et doctrinis predita. Aquam nuptijs dat saporis vinei. Cecos oculos claro lumine vestiuit. Lepram lucidam: tactu fugat placido. Patres suscitat mortuos: membraq̃ curat debilia. Fluxum sanguinis constrinxit: et saturauit quinq̃ de panibus: quina milia. Stagnum peragrat fluctuans ceu siccum littus: ventos sedat. Linguam reserat constrictã reclusit aures priuatas / vocib⁹ febres depulit. Post hec mira miracula taliaq̃. Sponte sua comprehenditur: et dãnatur. Et se crucifigi nõ desperit. Sed sol eius mortem nõ asperit. Illuxit dies: quam fecit dñs. Hostẽ deuastans: et victor suis apparens dilectoribus viuus Primo marie: dehinc apostolis. Docens scripturas / corda aperitis: vt clausa de ipso reserarent. Fauent igitur resurgẽti xpo cuncta gaudijs. Flores segetes rediuiuo fructu vernant: et volucres gelu tristi terso / dulce iubilant. Lucent clarius sol et luna: morte christi turbida. Tellus herbida resurgẽti christo plaudit: que tremula eius morte se casuram minitat. Ergo die ista exultem⁹: qua nobis viam vite resurgens / patefecit ies⁹. Astra solum / mare iocundentur: et cuncti gratulentur in celis spiritales chori trinitati. Euange. Maria magdalene. vt supra ĩ die pasche. Offer. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus alleluya. Psal. lxxv. Secreta.

Suscipe q̃s dñe preces populi tui cum oblationib⁹ hostiarum: vt paschalibus initiate mysterijs ad eternitatis nobis medelam te operante pficiant. Per dominũ. Prefatio. Et te quidẽ. Infra canonẽ. Cõicãtes et hãc igitur. Cõio. Pascha nostrum immolatus est christus alleluya: itaq̃ epulemur in azimis sinceritatis et veritatis alleluya alla alla. i. Cori. ca. v. C Postcõio.

Spiritũ nobis dñe tue charitatis infunde vt quos sacramentis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate concordes. Per dñm.

C Missa dominicalis per ebdomadam / dicitur Officium.

Quasi modo geniti infantes alleluya: rationabiles sine dolo lac concupiscite alleluya alleluya alleluya. i. Petri ca. ii. A Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Psal. lxxx. Non dicitur Gloria in excelsis. in ferijs per totum annum / quando de ferijs agitur / nec Ite missa est. Oratio.

Presta q̃s omps deus: vt qui paschalia festa peregimus: hec te largiente / moribus et vita teneamus. Per. In omnib⁹ ferijs pasche tpe: et ĩ omnibus festis triũ lectionum sine regimine chori / dicun

tur tres collecte / sicut in prima dñi-
ca aduentus domini prenotatū est.
Lectio ep̄le btī Joannis ap̄li. j.b.
i.ca.v. Charissimi. Omne qđ natum
A. est ex deo / vincit mundum.
Et hec est victoria que vincit mun-
B. dum: fides nostra. Quis est autem
qui vincit mundum: nisi qui credit
quoniam iesus est filius dei. Hic est
qui venit per aquam et sanguinē /
iesus christ⁹. Non in aqua solū: sed
in aqua et sanguine. Et spirit⁹ est
qui testificatur: qđ christus est ve-
ritas. Quoniam tres sunt qui testi
monium dant in celo: pater / verbū
et spiritus sanctus: & hi tres vnum
sunt. Et tres sunt qui testimonium
dant in terra: spiritus / aqua / & san
guis: et hi tres vnum sunt. Si testi
monium hoim accipimus: testimo
nium dei maius est. Quoniam hoc
est testimonium dei quod mai⁹ est:
quia testificat⁹ est de filio suo. Qui
credit in filiū dei: habet testimoniū
dei in se. Loco Gradū. dicatur hoc
Joan. Alleluya. ℣. Post dies octo ianuis clau
b.F. sis: stetit iesus in medio discipulorum suo-
rum / et dixit: pax vobis. Alleluya. ℣.
Math. Angelus dñi descendit de celo: et accedēs re
xxviii. uoluit lapidē / & sedebat super eum. Alius
A. ℣. Respondens autem angelus dixit mulie
ribus: quem queritis? Ille autem dixerunt /
iesum nazarenum. Isti duo ℣. dicitur
per ebdo. alternis vicib⁹: ita tñ q ℣.
Respondens. primo dicit qñ de feria
agitur. Et si nulla feria per hāc eb-
do. ad hoc vacauerit: tunc vltimus
℣. eo anno omnino pretermittatur.
¶ Et notādum est / q omni die per
hoc idem tēpus dicitur duo Alla.
ad missam / de quocunq fiat serui-
tium: exceptis vigilijs pasche: ascē-
sionis: et penthecoste. et nisi in missis
que in processione dicuntur.
¶ Secundum Joannem. xx.



In illo tem- Ca.
pore. Cum x
esset sero die illo
vna sabbatorum
et fores essēt clau
se vbi erant disci-
puli congregati /
propter metū iu-
deorum: venit ie-
sus: et stetit in medio / et dixit eis.
Pax vobis. Et cum hoc dixisset:
ostendit eis manus et latus. Ga-
uisi sunt ergo discipuli / viso domi-
no. Dixit ergo eis iterum. Pax vo-
bis. Sicut misit me pater: et ego
mitto vos. Hec cū dixisset / insuffla-
uit: et dixit eis. Accipite spiritū san
ctum. Quorū remiseritis peccata:
remittuntur eis. Et quorum retinue
ritis: retēta sunt. Thomas autem F.
vnus ex duodecim qui dicitur didi-
mus: nō erat cum eis quādo venit
iesus. Dixerunt ergo ei alij disci-
puli. Vidimus dominum. Ille autē
dixit eis. Nisi videro in manib⁹ ei⁹
fixuram clauorum: & mittam digi
tum meū in locū clauorum: & mittam
manum meā in latus eius: nō cre-
dam. Et post dies octo: iterū erant
discipuli eius intus: et thomas cum
eis. Venit iesus ianuis clausis: et
stetit in medio: et dixit eis. Pax vo- G.
bis. Deinde dixit thome. Infer di-
gitum tuum huc: & vide man⁹ me-
as: et affer manum tuā: et mitte in
latus meum: et noli esse incredul⁹:
sed fidelis. Respondit thomas: & di
xit ei. Dominus meus: & deus me⁹.
Dixit ei ies⁹. Quia vidisti me tho-

ma/credidisti: beati qui nõ viderũt et crediderũt. Multa quidẽ et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que nõ sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sũt vt credatis: quia ies9 est christ9 fili9 dei. Et vt credentes/ vitã habeatis in noĩe ei9. Offr. Angelus dñi descendit de celo: et dixit mulieribus: quem queritis: surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Suscipe munera qs dñe exultãtis ecclesie: et cui causam tãti gaudij cõtulisti: perpetuũ fructum concede leticie. Per d. Cõio. Mitte manum tuam / et cognosce loca clauorum alleluya: et noli esse incredulus sed fidelis alleluya alleluya. Postcõio.

Quesumus dñe deus noster: vt sacrosancta mysteria / que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remedium esse facias/ et futurum Per dñm. ¶ Feria. iiij. Epistola. Ad Corinthios. prime. xv.

Fratres. Si christ9 predicatur q resurrexerit a mortuis: quomodo quidam in vobis dicunt quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neqȝ christus resurrexit. Si autem christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis est: et fides vestra. Inuenimur autem et falsi testes dei: quoniam testimonium diximus aduersus deũ q suscitauerit christũ: quẽ non suscitauit: si mortui non resurgunt. Nam si mortui nõ resurgunt: neqȝ christus resurrexit. Qd si christus non resurrexit: vana est fides vr̃a. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in christo: perierũt. Si in hac vita tantũ in xp̃o sperãtes sumus: miserabiliores sumus oĩb9 hominibus. Nunc autem christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniamquidẽ per hominẽ mors: et per hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut in adã oẽs moriuntur: ita et in christo oẽs viuificabuntur. Unusq̃sqȝ autẽ in suo ordine: p iesum christũ dñm nostrum. ¶ Secundum Marcum. xvj.

In illo tempore. Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat septem demonia. Illa vadẽs nunciauit his qui cum eo fuerant lugentibus et flentibus At illi audientes quia viueret/ et visus esset ab ea: non crediderunt. Post hec autem duobus ex his ambulantibus: ostensus est in alia effigie/ euntibus in villam. Et illi euntes/ nunciauerunt ceteris: nec crediderũt illis. ¶ Feria. vj. Epistola. Ad hebreos. xiij.

Fratres. Obedite prepositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enim peruigilant: quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt: et nõ gementes. Hoc eñi non expedit vobis: orate pro nobis. Confidimus eñi/ q bonã conscientiã habemus in oĩbus bene volentes conuersari Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis/ qui eduxit de mortuis pastorẽ magnũ ouium in sanguine testamenti eterni / dominũ nostrũ iesum christum: aptet vos in omni opere bono: vt facia-

cis volūtas eius: faciēs in vobis qđ placeat corā se/ per iesum xpm: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Secundum Matheum. xxviij.

Capi. xxviii. In illo tempore. Exierūt mulieres de monumento: cū ti-

B more et gaudio magno: currentes nunciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis/ dicens. Auete. Il le autem accesserūt: et tenuerūt pedes eius: et adorauerūt eum. Tūc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nūciate fratribus meis vt eant in galileam: ibi me videbunt. Que cum

C. abiissent: ecce quidā de custodibus venerūt in ciuitatem: et nunciauerunt principibus sacerdotū/ omnia que facta fuerant. Et congregati cum senioribus/ consilio accepto/ pecuniā copiosam dederunt militibus/ dicentes. Dicite/ quia discipuli eius nocte venerūt: et furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside: nos suadebimus ei/ et securos vos facie-

D. mus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatū est verbū istud apud iudeos: vsqꝫ in hodiernum diē. ¶ Sciendū est ꝙ oēs fes. cū regimie chori: ab oc. pas. vsqꝫ ad ascēsionem dñi secūdū Alleluya. erit vnum de subscriptis: quibus dictis: reincipiātur illa de ebdom. pasc. videlicet de tertia/ quarta/ et quīta feriis per ordinem: quibus dictis: reincipiantur subscripta: ꝗ sunt nouem numero. Alle-

Luce. luya. V. Mane nobiscum domine: quia

xxiiii. declinata est iam dies ad vesperum. Al-

E. leluya. V. Oportebat christum pati/ et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriā

D. suam. Alleluya. Vsus. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi Roma. ultra nō dominabitur. Alleluya. V. Surrexit vi. B. altissimus de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. Alleluya. V. Surrexit christus et illuxit populo suo: quem redemit ipse sanguine suo. Alleluya. V. Christus mortuus est propter delicta nostra et surrexit propter iustificationem nostram. Alleluya. V. Surgens iesus dominus noster stetit in medio discipulorum suorum: et dicit pax vobis. Alleluya. V. Surrexit dominus: et occurrens mulieribus ait/ auete: tunc accesserunt/ et tenuerunt pedes eius. Alleluya. V. In die resurrectionis mee dicit dñs: precedam vos in galileam. Si in hac dñica: vel in sequentibus/ fit seruitium de aliquo festo cū regimie chori: tūc ad missā secdm Alleluya. non erit de dominica: sed vnū de. ix. predictis per ordinē.

¶ Dñica. ij. post pascha/ hac die et oibus dñicis diebus vsqꝫ ad ascen. dñi: si a fine cū regimine chori vacaue. dicatur missa de resurrectione sicut in die pasche: pter Grad. et Cōicātes. et Hanc igitur. sed nulla fiat memor. de dñica ad missam de resurrectione. Et semp dr sequētia. Victime paschali. Et si festum alicuius sancti cum regimine chori in dñica euenerit: tunc de scto dr mis. et memo. de resurrectione: sed non de dñica. ¶ Notādū est/ ꝙ in omnibus dñicis a pascha vsqꝫ ad ascensionem dñi: erit primū Alleluya. V. Pascha nostrū. et secdm Alleluya. de sua dñica. sez ꝙ plus facit mētionem de resurrectiōe: qđ est vltimū. Et semp infra pdictū tēpus/ de quocunqꝫ dr missa: fiat mēo. de resurrectione/ cum hac oratiōe Deus qui per vnigenitum. nisi in inuentione

sancte crucis: Missa vero domini-
calis per ebdomadam / dicitur cũ
prefatione quotidiana. Et si nul-
la feria per ebdom. vacauerit a fe-
sto / tunc in dñica in capitulo dicit.
¶ Missa dñicalis ebdom. secunde
post pascha. Ad missam. Officiũ.
Misericordia domini ple-
na est terra alla / verbo
domini celi firmati sũt:
alleluya alla. Psalm⁹.
Exultate iusti in domino: rectos decet col-
laudatio. Oratio.
Deus qui in filij tui humili-
tate / iacentem mundũ ere-
xisti: fidelibus tuis perpetuam cõ-
cede leticiã: vt quos perpetue mor-
tis eripuisti casibus: gaudijs faci-
as sempiternis perfrui. Per eũdẽ
dominum nostrum iesum. Lectio
epistole beati Petri apostoli. j. ij.
Charissimi. Christus passus
est pro nobis: vobis relin-
quens exemplũ / vt sequamini ve-
stigia eius. Qui peccatum non fe-
cit: nec inuentus est dolus in ore
eius. Qui cum malediceretur: nõ
maledicebat Cum pateretur: non
comminabatur. Tradebat autẽ
iudicãti se iniuste: qui peccata no-
stra ipse pertulit in corpore suo su-
per lignum / vt peccatis mortui / iu-
sticie viuamus: cuius liuore sana-
ti sumus. Eratis enim sicut oues
errantes sed cõuersi estis nunc ad
pastorem / et episcopum animarũ
vestrarum. Alleluya. Vsus. Ego
sum pastor bonus: et cognosco oues meas
et cognoscunt me mee. Alleluya. Vs⁹.
Surrexit pastor bonus: qui posuit animã
suam pro grege suo.
¶ Secundum Joannem. x.



In illo tpe. Dixit ies⁹ ca. x. B
discipulis suis.
Ego sum pastor
bonus. Bon⁹ pa-
stor: animam su-
am dat pro oui-
bus suis. Merce-
narius autẽ qui
non est pastor: cuius nõ sunt oues
proprie: videt lupũ venientẽ: et dimit-
tit oues / et fugit: et lup⁹ rapit: et dis C.
pergit oues. Mercenarius aũt fu-
git: quia mercenarius est: et nõ perti-
net ad eũ de ouibus. Ego sũ pastor
bon⁹: et cognosco oues meas: et co-
gnoscũt me mee. Sicut nouit me
pater: et ego agnosco patrẽ: et ani-
mam meã pono pro ouib⁹ meis. Et D
alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc
ouili: et illas oportet me adducere
et vocẽ meã audiẽt Et fiet vnũ oui-
le: et vn⁹ pastor. Offr. De⁹ de⁹ meus Psal.
ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leua- lxii.
bo manus meas alleluya. Secreta.
Benedictionẽ nobis dñe cõfe-
rat salutarẽ / sacra sẽp obla-
tio: vt qđ agit mysterio: virtute pfi-
ciat. Per do. Cõio. Ego sum pastor bo Joan.
nus alleluya: et cognosco oues meas: et co- x. C.
gnoscũt me mee alleluya alla. Postcõio
Presta nobis q̃s omnipotẽs
et misericors deus: vt viui-
ficationis tue gratiam consequẽ-
tes: in tuo semper munere glorie-
mur. Per dominum. ¶ Feria. iiij.
Lectio epis. beati Petri apli. j. j.
Charissimi. Scientes q̃ non j. Petri
corruptibilibus argẽto vel ca. j. C.
auro redempti estis de vana ve-
stra conuersatione / paterne tra-
ditionis: sed precioso sanguine /

quasi agni incontaminati / et im-
maculati christi: precogniti qui-
dem ante mundi constitutionem.
Manifestati autem nouissimis tem-
poribus / propter vos qui per ip-
sum fideles estis in deum. Qui su-
scitauit eum a mortuis: et dedit ei
gloriam: vt fides vestra et spes esset
D. in deo. Animas vestras castificantes
in obedientia charitatis in fraterni-
tatis amore simplici ex corde inui-
cem diligite attentius: renati nō ex
semine corruptibili sed incorrupti-
bili per verbum dei viui et perma
nentis i eternum. Quia ois caro fe
num: ꝛ ois gloria eius tanq̄ flos fe
ni. Exaruit enī fenū: et flos ei' de-
cidit. Uerbū aūt dñi manet i eter-
num. ¶ Secundum Lucam. xxiiij.
Capl. IN illo tempore. Una sabba
xxiiii. ti valde diluculo: venerunt
I. mulieres ad monumentum / portā-
tes que parauerāt aromata. Et i-
uenerūt reuolutum lapidē a mo-
numento: et ingresse / non inuene-
rūt corpus dñi iesu. Et factum est
dum mēte cōsternate essent de isto
ecce duo viri steterunt iuxta illas /
in veste fulgēti. Cum timerent au
tem: et declinarēt vultū i terram:
dixerūt ad illas. Quid queritis vi
uentem cum mortuis? Non est hic:
sed surrexit. Recordamini quali-
ter locutus est vobis / cū adhuc in
galilea esset dicens. Quia oportet
filium hois tradi in manus hoim
peccatorū / et crucifigi: ꝛ tertia die
resurgere. Et rememorate sunt
verborum ei': et regresse a monu-
mento nunciauerunt hec oia illis
vndecim / ꝛ ceteris omnibus. Erat
autem maria magdalene et ioan-
na / et maria iacobi: ꝛ cetere q̄ cum
eis erāt: que dicebāt ad apl'os hec.
Et visa sunt ante illos sicut deli-
ramentum verba ista: et non crede-
bant illis. Petrus aūt surgēs / cu-
currit ad monumentum: ꝛ procum-
bens vidit lintheamina sola posi-
ta. Et abijt: secum mirās qd factū
fuerat. ¶ Fe. vj. Ad Romanos. v.
FRatres. Sicut per vni' de-
lictum / i oēs hoies i cōdem
nationem: sic et per vnius iusticiā
in oēs hoies / in iustificationē vite
Sicut enī per inobedientiam vni-
us hominis / peccatores cōstituti sunt
multi: ita ꝛ per vnius obeditionē /
iusti cōstituentur multi. Lex autem
subintrauit: vt abūdaret delictū.
Ubi autē abūdauit delictum: sup-
abundauit et grā: vt sicut regna-
uit peccatum i mortē: ita ꝛ gratia
regnet per iusticiam i vitam eter-
nam. Per iesum xp̄m dñm nostrū.
¶ Secundum Mattheum. ix.
IN illo tēpore. Accesserūt ad
iesum discipuli ioannis / di-
centes. Quare nos et pharisei ie-
iunamus frequēter: discipuli aūt
tui nō ieiunant? Et ait illis iesus.
Nunquid possunt filij sponsi lu-
gere: quādiu cum illis est sponsus?
Uenient aūt dies cum auferetur ab
eis sponsus: et tūc ieiunabūt. Ne-
mo autē immittit cōmissurā pāni
rudis / in vestimentum vetus. Tol-
lit enī plenitudinem eius a vesti-
mēto: ꝛ peior scissura fit. Neq; mit-
tunt vinum nouum in vtres vete-
res: alioquin rumpūtur vtres / et
vinum effundetur: et vtres peribūt.
Sed vinum nouum in vtres no-
uos mittunt: et ambo cōseruātur.

¶ Missa dñicalis ebdomade tertie. Ad Missam. Officium.



Jubilate deo oīs terra alla psalmū dicite noī ei⁹ alla: date gliaz laudi ei⁹ alla alla alla. ps. Dicite deo q̄ terribilia sūt opa tua dñe/ i multitudine virtutis tue. Oro.

Deus qui errātibus vt i viā possint redire iusticie veritatis tue lumē ostēdis: da cunctis qui christiana pfessiōe cēsent: et illa respuere/ que huic inimica sunt noī: ⁊ ea q̄ sūt apta sectari. Per d.

Lectio eple beati Petri apli. j. ij.

Charissimi. Obsecro vos tā q̄ aduenas et peregrinos / abstinere vos a carnalib⁹ desideriis: q̄ militāt aduersus animā. Cōuersationē vestrā inter gētes habētes bonā: vt in eo qđ detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerātes: glorificēt deū in die visitationis. Subiecti igitur estote oī humane creature ppter deum. Siue regi/ quasi precellenti: siue ducibus / tanq̄ ab eo missis: ad vindictā malefactorū: laudē vero bonorum. Quia sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutescere faciatis imprudētiū hominū ignorantiā. Quasi liberi: et nō quasi velamen habētes malicie libertatem: sed sicut serui dei: oīs honorate: fraternitatē diligite. Deū timete/ regem honorificate. Serui subditi estote in oī timore dñis: nō tātū bonis et modestis: sed etiam discolis. Hec est enim gratia. In christo iesu: dño nro. Alleluya. ℣. Modicum et non videbitis me / dicit dominus: iterum modicum et videbitis me/ quia vado ad patrem. Alleluya. ℣. Iterum aūt videbo vos / et gaudebit cor vestrum: ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Alleluya. ℣. Surrexit christus qui creauit omnia: et misertus est humano generi. In hac ebdo. ad missam i diebus profestis primū Alla/ scilicet Modicum. dicit per totā ebdo. loco grad. et alia duo dicūtur alternis vicibus in feriis: et in festis trium lectionum: quod etiam i proxima sequenti ebdoā. obseruādum est. Joan. xvi. D.

¶ Secundum Joannem. xvj.



In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. ca. xvi. D. Modicum ⁊ iam nō videbitis me: et iter modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerūt ergo discipuli ei⁹ adinuicem. Quid est hoc qđ dicit nobis: modicum et nō videbitis me: ⁊ iterū modicum et videbitis me: et q̄a vado ad patrem. Dicebāt ergo. Quid est hoc quod dicit modicū? Nescim⁹ quid loquit. Cognouit aūt iesus: quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos: quia dixi modicum: et non videbitis me: et iterum modicum: et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitis vos mūdus autem gaudebit. Uos autem contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cū parit / tristiciā habet: quia venit hora eius. Cum aūt peperit

puerũ: iam non meminit pressure
propter gaudiũ / quia nat⁹ est ho-
mo in mundum. Et vos igit nunc
quidẽ tristiciam habetis. Iterum
autem videbo vos: ꝫ gaudebit cor
vestrum. Et gaudiũ vestrũ / nemo
Psal. tollet a vobis. Offer. Lauda aĩa mea
cxlv. dominum: laudabo dominum in vita mea
psallã deo meo ꝙdiu ero alleluya alleluya.
HIs nobis q̃s dñe mysteriis
conferatur: quo terrena de
sideria mitigantes: discam⁹ ama
Joan. re celestia. p dñm. Modicũ ꝫ nõ videbi
xvi. D. tis me alla: iterũ modicũ et videbitis me:
quia vado ad patrẽ alla alla. Postcõio
REspice quesum⁹ dñe popu-
lum tuum: et quẽ eternis di
gnat⁹ es renouare mysteriis: a tẽ-
poralib⁹ culpis dignãter absolue.
Per. Feria.iiij. Lectio epistole
beati Joannis apostoli. prime.ij.
i. Capi. CHarissimi. Hec scribo vobis
ii. A. vt non peccetis. Sed et si q̃s
peccauerit: aduocatum habemus
apud patrẽ iesum christũ iustũ: et
ipse est propiciatio p peccatis no-
stris. Nõ pro nostris autẽ tãtum:
sed etiam pro totius mundi. Et in
hoc scimus: quoniam cognouim⁹
eum: si mãdata eius obseruamus
Qui dicit se nosse eum: et mãdata
eius non custodit: mẽdax est: et ve-
ritas in eo non est. Qui autem ser
uat verbum eius: vere ĩ hoc chari-
tas dei perfecta est. In hoc scimus
quoniã in eo sumus: si in ipso per-
fecti fuerimus. Qui dicit se in ip-
so manere: debet sicut et ille am-
B. bulauit ꝫ ipse ambulare. Charissi
mi / nõ mãdatũ nouum scribo vo-
bis: sed mãdatum vetus / quod ha
buistis ab initio. Mandatum ve-
tus: est verbũ quod audistis. Ite-
rum mãdatum nouum scribo vo-
bis: quod verũ est in ipso / et in vo-
bis. Quoniam tenebre transierũt
et verum lumen iam lucet. Per ie-
sum christum dominum nostrum.
Secundum Joannem. iij.
IN illo tpe. Facta est questio ca. iij.
ex discipulis ioãnis cum iu- C.
deis / de purificatione. Et venerũt
ad ioannem: et dixerũt ei. Rabbi /
q̃ erat tecũ trãs iordanem: cui tu
testimonium perhibuisti: ecce hic
baptizat: ꝫ omnes veniũt ad eũ. Re
spondit ioannes / et dixit. Non po
test homo accipere quicq̃: nisi illi
datum fuerit de celo. Ipsi vos mi-
chi testimonium perhibetis quod
dixerim: non sum ego christus: sed
quia missus sum ante illum. Qui D
habet sponsam: sponsus est. Ami-
cus autem sponsi qui stat et audit
eum: gaudio gaudet propter vo-
cem sponsi. In hoc ergo gaudium
meum impletum est. Illum opor-
tet crescere: me autem minui. Qui
de sursum venit: super omnes est.
Qui est de terra / de terra est: et de
terra loquitur. Qui de celo venit /
super oĩs est. Et quod vidit et au-
diuit: hoc testatur: ꝫ testimonium
ei⁹ nemo accipit. Qui autem acce-
perit eius testimoniũ signauit: q̃a
deus verax est. Quẽ eñi misit de⁹:
verba dei loquitur. Nõ eñi ad mẽ-
suram dat de⁹ spiritũ. Pater dili-
git filium: et omnia dedit in ma-
nu eius. Qui credit in filium: ha-
bet vitam eternã. Qui autẽ incre-
dulus est filio / non videbit vitam:
sed ira dei manet super eũ. Fe-
ria sexta Ad Thessalonicenses. i.v.

Capi. v. A. Fratres. Oés enim vos filij lucis estis & filij diei. Nõ sum⁹ noctis: neq tenebrarũ. Igit non dormiamus sicut & ceteri: sed vigilemus/ et sobrij sim⁹. Qui enĩ dormiunt: nocte dormiunt. Et qui
B. ebrij sunt: nocte ebrij sũt. Nos aũt qui diei sum⁹: sobrij simus: induti loricã fidei & charitatis/ & galeam spem salutis. Quoniã non posuit deus nos in irã: sed i acqsitionem salutis: per dñm nrm iesum xpm: qui mortu⁹ est p nobis: vt siue vigilemus siue dormiam⁹: simul cũ illo viuamus. Propter quod consolamini inuicẽ: et edificate alterutrũ. In xpo iesu domino nostro. ¶ Secundum Joannem. xij.

ca. xij G. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego lux in mundum veni: vt ois q credit i me: in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea/ et nõ custodierit ea: ego non iudico eũ. Nõ enĩ veni vt iudicẽ mundũ: sed vt saluificem mũdum. Qui spernit me/ et nõ accipit vba mea: habet q iudicet eũ. Sermo quẽ locut⁹ sũ: ille iudicabit eum i nouissimo die. Quia ego ex meipso nõ sũ locut⁹/ sed q misit me pater: ipe mihi mandatũ dedit qd dicã et qd loquar. Et scio quia mãdatũ eius: vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater: sic loquor. ¶ Missa dñicalis ebdo. iiij. post pascha. Officiũ.



Psal. xcvii. Cantate dño cãticũ nouũ alleluya: qa mirabilia fecit dñs alla: ante conspectum gẽtiũ reuelauit iusticiã suã: alleluya alla. ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Eodem Oratio

Deus qui fidelium mentes/ vnius efficis voluntatis: da populis tuis/ id amare qd precipis id desiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates/ ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. Per. Lectio epistole beati Jacobi apostoli. j.

ca. i. C. Charissimi. Omne datũ optimũ: et omne donũ perfectũ desursum est/ descẽdẽs a patre luminũ: apud quẽ nõ est transmutatio: nec vicissitudinis obũbratio. Voluntarie enĩ genuit nos verbo veritatis: vt sim⁹ initiũ aliqd creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit aũt ois homo velox ad audiẽdum: tard⁹ aũt ad loquẽdum: & tardus ad irã. Ira enĩ viri iusticiam dei nõ operat. Propter qd abijciẽtes oẽm imundiciam/ et abundantiã malicie: i mansuetudine suscipite isitũ verbũ. Qd potest saluare aias vras. Alla. v⁹. Uado ad eum qui misit me: sed quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Alleluya. v⁹. Ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Alleluya. Surrexit dñs vere: et apparuit petro. Et dicit vt nota i do. pced. ¶ Secundum Joannem. xvj. Joan. xvi. B.



ca. xvi. B. In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Uado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis/ interrogat me: quo vadis. Sed quia hec locutus

sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis/ vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autẽ abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit: ille arguet mundũ de peccato: et de iustitia: ꝛ de iudicio. De peccato quidẽ: quia non crediC. derunt in me. De iustitia vero: qꝛ ad patrẽ vado: ꝛ iã non videbitis me. De iudicio autẽ: quia princeps huius mũdi/ iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatẽ. Nõ enim loquetur a semetipso: sed quecunqꝫ audiet/ loquetur: ꝛ que ventura sunt/ annunciabit vobis. Ille me clarificabit/ quia de meo accipiet: et annunciabit vobis. Oia quecunqꝫ habet pater: mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet: et annunciabit vobis. Offer.

Psal. lxv. Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius venite et audite: et narrabo vobis omnes qui timetis deum quãta fecit dominus anime mee alleluya. Secreta.

Deus q resurgẽs a mortuis: passione cessata/ potẽtiorẽ te tuis discipulis reddidisti: concede propicius vt nos quoqꝫ maiestati tue hoc paschale sacrificiũ cõciliet et ad gratiã tuã ꝓmerẽdã/ i bonis operibus efficiat ꝓmptiores. Qui

Joan. xvi. B. Cõio. Dum venerit paraclitus spũs veritatis ille arguet mũdũ de peccõ: ꝛ de iustitia: ꝛ de iudicio: alla alla. Postcõio.

Adesto nobis domine deus noster: vt per hec que fideliter sumpsimus: et purgemur a vicijs ꝛ a periculis omnibus eruamur. Per dominũ nr̃m iesum.

¶ Feria. iiij. Lectio epistole beati Jacobi apostoli. ij.

ca.ii.A. Charissimi. Nolite in personarũ acceptione: habere fidem dñi nostri iesu christi glorie. Etenim si introierit vir in cõuentũ vestrũ/ anulũ aureũ habẽs in veste candida: introierit autẽ et pauper in sordido habitu: et intendatis in eum qui indutus est veste preclara/ et dixeritis ei. Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis/ tu sta illic: aut sede sub scabello pedũ meorũ: nõne iudicatis apud vosmetipsos: et facti estis cogitationum iniquarum iudices? Audite fratres mei dilectissimi. Nõne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide et heredes regni: quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites ꝑ potentiam opprimunt vos: et ipsi trahunt vos ad iudicia? Non B. ne ipsi blasphemant bonum nomen/ quod inuocatum est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secũdum scripturas/ diliges proximum tuum sicut teipsum: benefacitis. Si autem personas accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege quasi trãsgressores. Quicũqꝫ autem legem totam seruauerit: offendat autem in vno: factus est omnium reus. Qui enim dixit non mechaberis: dixit et non occides. Quod si non mechaberis/ occides autẽ: factus es transgressor legis.

c. Sic loquimini/ et sic facite: quasi per legem libertatis icipientes iudicare. Judicium em̃ sine mia/ illi qui non facit miam. Superexaltat autem misericordia iudicium.

¶ Secundum Joannem. xvij.

Capi. xvii. B. In illo tpe. Respiciens iesus in discipulos suos/ dixit. Pater sancte: serua eos i nomine tuo quos dedisti michi: vt sint vnum
c. sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi: ego custodiui/ et nemo ex eis periit/ nisi filius perditionis: vt scriptura impleatur. Nunc autẽ ad te venio: et hec loquor i mundo: vt habeant gaudium meum ipletum i semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuũ: et mundus eos odio habuit q̃a non sunt de mundo: sicut et ego non sum de mũdo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo.

¶ Feria sexta. Lectio epistole beati Jacobi apostoli. ij.

Ca. ii. B. D. Charissimi. Videtis quoniã ex operibus iustificatur homo: et non ex fide tantum. Similiter autẽ et raab meretrix: nõne ex operibus iustificata est: suscipiẽs nuncios: et alia via eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita et fides sine operib⁹: mortua est. Scdm Joannem. xiij.

Ca. xiii. D. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Filioli: adhuc modicum tempus vobiscum sum. Queretis me: et sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatũ nouũ do vobis/ vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent oẽs: quia discipuli mei estis. si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Dixit ei symon petrus. Dñe/ quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado: non potes me modo sequi: sequeris aũt postea. ¶ Missa dñicalis ebdo. v. post pascha. Officiũ.



Ocẽ iocũditatis annunciate/ et audiatur alleluya: nũciate vsq; ad extremũ terre liberauit dominus populũ suũ/ alleluya alleluya. ps. Jubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Psal. lxv. Oratio.

Deus a quo cũcta bona procedũt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante que recta sunt: et te gubernãte eadem faciamus. Per dñm. Lectio epistole beati Jacobi apostoli. j.

Charissimi. Estote factores verbi: et non auditores tantum: fallẽtes vosmetipsos. Ca. i. D. Quia si q̃s est auditor vbi: & non factor: hic cõparabit viro cõsiderãti vultum natiuitatis sue i speculo. Cõsiderauit enim se et abiit et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege pfecte libertatis: et permanserit i ea: nõ auditor obliuiosus fact⁹ sed factor operis: hic beatus i facto suo erit. Si q̃s aũt putat se religiosum esse: nõ refrenãs linguã suã/ sed seducens cor suũ: hui⁹ vana est religio. Religio munda & immaculata apud deũ et patrẽ hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum: et immaculatum se custodi-

Feria .ij. Rogationum.

Joan. ex: ad hoc seculo. Alleluya. Usus.
xvi. D. Usqz modo non petistis quicq̃ in nomine
Roma. meo: petite / et accipietis. Alleluya.
vi. B. ℣. Surrexit christus iam non moritur:
mors illi vltra non dominabitur.
¶ Secundum Joannem. xvi.
ca. xvi. E.




rum. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̄ misit me traxerit eum Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audivit a patre et didicit / venit ad me. Non quia patrem vidit quisq̄: nisi is qui est a deo / hic videt patrem. Amē amen dico vobis / qui credit in me / habet vitam eternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducaverunt manna in deserto: et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: ut si quis ex ipso manducaverit / non moriatur. Ego sum panis vivus / qui de celo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane: vivet in eternum. Et panis quem ego dabo / caro mea est: pro mun-
di vita. Credo. Offer. Meditabor in Psal.
mandatis tuis que dilexi valde: et levabo cxviii.
manus meas ad mandata tua que dilexi alleluya. Secreta.

Oblata tibi dñe q̄s munera spūs sanctus sanctificet: et eoꝝ nos participatio ab oīm peccatorū contagione custodiat. Per eundē. In unitate eiusdem. Co[m].
Pacem meā do vobis alleluya: pacē relin- Joan.
quo vobis alleluya alleluya. Postcōio. xiiii. D

Per huius dñe virtutem mysterii tue nos claritatis per

petuus splēdor illustret: et cū consubstantialis tibi filio gratia spiritus sācti illuminet. Qui tecum.

C Feria. v. post pētheco. Officiū.

Spiritus domini repleuit orbē terrarū alleluya: et hoc quod cōtinet omnia scientiā habet vocis alleluya alleluya alleluya. ℣. Exurgat de⁹ et dissipētur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Kyrie eleyson. sine versibus. Oro

Presta q̄s oipotens et misericors deus: vt spirit⁹ sanctus adueniēs/ templum nos glorie sue dignāter inhabitādo perficiat. Per dn̄m. In vnitate eiusdē.

Lectio Actuum apostolorum. viij.

In diebus illis. Philipp⁹ descēdens i ciuitatem samarie predicabat illis christū. Intendebāt autem turbe his que a philippo dicebantur vnanimiter audiētes/ et videntes signa que faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immūdos: clamantes voce magna/ exibāt Multi aūt paralitici/ et claudi/ curati sunt. Factum est ergo gaudiū magnū: in illa ciuitate. Alleluya. ℣sus. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Alleluya. ℣s⁹. Factus est repente de celo sonus: aduenientis spiritus vehementis. Sequentia.

Alma chorus dn̄i: nūc pangat noīa sūmi. Messyas/ sother/ emanuel/ sabaoth/ adonay. Est vnigenit⁹ via/ vita/ manus/ homo vsyō. Principium/ primogenitus/ sapientia/ virt⁹. Alpha caput/ finisq̄ simul vocitatur et est oo. Fons et origo boni: paraclit⁹ ac mediator. Agn⁹/ ouis/ vitul⁹: serpēs/ aries/ leo/ vermis. Os/ verbum/ splēdor/ sol/ gloria/ lux/ et imago. Panis/ flos vitis/ mons/ ianua/ petra/ lapisq̄. Angelus/ et spōsus: pastorq̄: propheta: sacerdos. Athanatos: kyrios: theos: panthō: craton: et ysus. Saluificet nos. Sit cui secla. Per oia dora. C Scd̄m Lucā. ix

In illo tēpore. Cōuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutē: et potestatē super omnia demonia: et vt languores curarent. Et misit eos predicare regnum dei: et sanare īfirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq̄ virgā: neq̄ peram: neq̄ panē: neq̄ pecuniam neq̄ duas tunicas habeatis Et in quācunq̄ domum intraueritis: ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et q̄cūq̄ nō receperit vos exeūtes de ciuitate illa: etiā puluerē pedū vestrorū excutite i testimoniū supra illos. Egressi aūt circuibāt per castella: euāgelizātes ⁊ curantes vbiq̄. Credo. Offr. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis: a templo tuo quod est in hierusalem/ tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Uirtute sancti spiritus dn̄e munera nostra continge: vt quod solennitate p̄senti tuo nomini dedicauit: et intelligibile nobis faciat: et eternum. Per dn̄m. In vnitate eius. Coio. Factus est repente de celo sonus aduenientis sp̄us vehementis/ vbi erant sedētes alleluya: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquētes magnalia dei alleluya alleluya. Postcōio.

Sacrificijs celestibus q̄s dn̄e operante spiritu sancto: vi-

cia nostra purgent: vt munerib⁹ tuis semper possimus aptari Per eundem. In vnitate eiusdem.

¶ Feria sexta quattuor temporū Ad missam. Officium.

Psal. lxx. Repleatur os meum laude tua alleluya: vt possim cantare alleluya: gaudebunt labia mea/ dum cantauero tibi alleluya alleluya. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum / in iusticia tua libera me/ et eripe me. Eodem Oratio.

Da quesum⁹ ecclesie tue misericors de⁹: vt spiritu sancto congregata: hostili nullaten⁹ incursione turbetur. Per dn̄m nostrum. In vnitate eiusdem spūs.

Lectio Actuum apostolorum. ij.

ca. ij. D In diebus illis. Aperiēs petrus os suum/ dixit. Viri israelite: audite verba hec. Jesum nazarenū virū approbatū a deo in vobis: virtutibus et pdigijs/ et signis / que fecit per illum deus in medio vestri/ sicut vos scitis hunc definito cōsilio ꝫ prescientia dei traditū per man⁹ iniquorum/ affigentes interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enī dicit in eum Prouidebam dn̄m ī cōspectu meo semper: qm̄ a dextris est michi ne commouear. Propter hoc letatū est cor meum: et exultauit lingua mea: insuper ꝫ caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meā ī inferno: nec dabis sanctū tuū videre corruptionem. Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocūditate / cū facie tua

Alleluya. V. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciē terre. Alleluya. V. Spiritus domini repleuit orbem terrarum: et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Sequentia. Sap. i. B.

Laudes deo deuotas Dulci voce ac sonora. Plebs resultet catholica. Spirit⁹ sancti gratia. Apostolis die hodierna. In igneis linguis est īfusa. Paracliti presentia. Emundet nos a peccati macula. Pura sibi aptans habitacula. Carismatum ac munera. Pectoribus nostris plus infundat. Vita nostra et/ vt complaceat. Per seculorum secula. Conclamemus alleluya. Sit deo laus / potestas / honor / virtus et glīa. ¶ Scdm̄ Lucā. v.

ca. v. D In illo tēpore. Factum est in vna dierum: et ies⁹ sedebat/ docēs. Et erāt pharisei sedentes et legisdoctores/ qui venerant ex omni castello galilee et iudee et hierusalem: et virtus dn̄i erat ad sanādum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominē qui erat paraliticus et querebāt eum inferre: et ponere ante eum. Et nō inuenientes qua parte illum īferrēt pre turba: ascēderunt supra tectū: et per tegulas summiserūt illum cum lecto ī medio ante iesū. Quorū fidē vt vidit dixit. Homo/ remittuntur tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare scribe / et pharisei/ dicentes. Quis est hic q̄ loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata: nisi sol⁹ deus? Vt cognouit autem ies⁹ cogitationes eorū: respondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid est facilius E.

dicere dimittunt tibi peccata: an dicere surge et ambula. Ut autem sciatis qꝛ filius hoīs habet potestatē in terra dimittendi peccata: ait paralitico. Tibi dico surge: tolle lectū tuum: ꝛ vade in domū tuā. Et confestim surgens corā illis tulit lectum in quo iacebat: et abijt in domū suā magnificans deū. Et stupoꝛ apprehēdit oēs: et magnificabāt deū. Et repleti sūt timore dicētes: qꝛ vidim⁹ mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea: psallā deo meo q̄diu ero all'a. Secreta.

Sacrificia dn̄e tuis oblata cōspectibus/ ille ignis diuinus assumat: qui discipuloꝝ christi tui per spūm sanctū coꝛda succēdit. Per eundē. In vnitate eiusdē. Cōio. Spirit⁹ vbi vult spirat: ꝛ vocem ei⁹ audis all'a: sed nescis vnde veniat aut quo vadat all'a all'a. Postcōio.

Concede q̄s oīpotens deus: vt huius perceptione sacramenti: ita nostre fragilitatis vicia expurgent: quatinus per spiritū sanctū/ repromissum i nobis donū tue gratie/ sentiamus. Per dominum. In vnitate eiusdem.

Sabbato. iiij. tēpoꝝ. Officium.

Charitas dei diffusa est in coꝛdibus vr̄is all'a per inhabitantem spiritū eius in vobis alleluya all'a. ps. Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coꝛam te. Kyꝛie eleyson. solenniter dicit/ absq̄ v̄. Sequat Gl'ia in excel. sicut ifra oc. cū regimine choꝛi. Oēs ōrones sine Dn̄s vobis. dicunt preter vltimam q̄ est ante epl. sed tantū cum Oꝛemus. Et oēs lectiones cū suis titulis legantur ad gradū choꝛi in superpellicijs. Prima vero lectio ab accolito: et alie a clericis de scđa foꝛma legantur: tamen quinta lect. ab aliquo de superioꝛi gradu legat. Et singula All'a/ a duob⁹ pueris in superpellicijs ibidē cantent/ sine repetitione. All'a/ post suum v̄. Ōro.

Mentibus nr̄is q̄s dn̄e spiritū sanctum benignus infunde: cuius ꝛ sapiētia conditi sumus: ꝛ pꝛuidentia gubernamur. Per dominū. In vnitate eiusdem.

Lectio Johelis pꝛophete. ij.

Hec dicit dn̄s deus. Effundam de spiritu meo sup omnem carnē: ꝛ pphetabūt filij vr̄i ꝛ filie vr̄e. Senes vestri sōnia somniabūt: et iuuenes vestri visiones videbūt. Sed ꝛ sup seruos meos et ancillas meas in dieb⁹ illis/ effundā de spū meo: et dabo pꝛodigia in celo sursū: et signa in terra deoꝛsū: sanguinē/ et ignē: ꝛ vaporem fumi. Sol conuertet in tenebꝛas/ et luna in sanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magn⁹ et hoꝛribilis. Et erit. Oīs quicūq̄ inuocauerit nomē dn̄i: saluus erit. Alleluya. v̄. Emitte spūm tuum et creabūtur: et renouabis faciē terre. Non repetat All'a/ post v̄. sed dr̄ Oꝛemus.

Illo nos igne quesum⁹ dn̄e spūs sanct⁹ inflāmet: quem dn̄s noster iesus chꝛistus misit in terrā: ꝛ voluit vehemēter accēdi. Qui tecum. In vnitate eiusdem.

Lectio libꝛi Leuitici. xxiij.

In dieb⁹ illis. Locutus est dn̄s ad moysen dicēs. Lo-

quere filijs israel: et dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quã ego dabo vobis: et messueritis segetẽ: feretis manipulos spicarum primitias messis vestre ad sacerdotẽ. Qui eleuabit fasciculũ corã dño: vt sit acceptabilis pro vobis altero die sabbati: et sanctificabit

C illum. Numerabitis ergo ab ipso die: in quo obtulistis manipulos primitiarũ septẽ ebdomadas plenas/ vsq; ad alterã diem expletionis ebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiũ nouũ dño: et omnibus habitaculis vestris. Panes primitiarum duos de duabus decimis simile/ quos eleuabit sacerdos corã dño. Et vocabitis hũc diem celeberrimũ atq; sctissimum Omne opꝰ seruile nõ facietis i eo. Legitimũ sempiternũ erit in cunctis habitaculis et generationibus vestris: dicit dominus omnipotẽs

Alleluya. Vꝰ. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Oratio.

Deus q ob aiarũ medelã/ ieiunij deuotione castigari/ corpora precepisti: concede nobis propicius: et mente et corpore semper tibi esse deuotos Per dominũ.

Lectio libri Deuteronomij. xxvj.

Capi. xxvi. A In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Audi israel que ego precipio tibi hodie. Cũ intraueris terram: quã dñs deꝰ tuꝰ daturus est tibi possidendã: et obtinueris eam: atq; habitaueris i ea tolles de cũctis frugibus tuis primitias: et pones in cartallo. Pergesq; ad locũ quẽ elegerit dñs deꝰ tuus: vt ibi inuocetur nomẽ eius Accedesq; ad sacerdotẽ q fuerit in diebꝰ illis: et dices ad eũ. Profiteor hodie corã dño deo tuo/ q exaudiuit nos: et respexit humilitatem nostram: et laborẽ nostrũ: atq; angustias: et eduxit nos de egypto in manu forti: et brachio extento. In ingenti pauore: in signis atq; portentis: et introduxit nos ad locum istũ: et tradidit nobis terrã lacte et melle manantem. Et idcirco nũc offero primitias frugũ terre: quam dñs deus tuus dedit mihi. Et dimittes eas i conspectu domini dei tui: et adorato dño deo tuo: epulaberis i omnibus bonis: que dominꝰ deꝰ tuꝰ dederit tibi.

Alleluya. Vꝰ. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia dei. Oratio.

Presta qs omps deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi ab oibus etiam vicijs abstinẽtes: ppiciationẽ tuã faciliꝰ ipetremus Per.

Lectio libri Leuitici. xxvj.

In diebꝰ illis. Dixit dñs ad moysen. Loqre filijs israel: et dices ad eos. Si i preceptis meis ambulaueritis: et mãdata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias temporibꝰ suis: et terra gignet germẽ suũ: et pomis arbores replebuntur. Apprehẽdet messiũ tritura vindemiã: et vindemia occupabit semẽtem. Et comedetis panẽ vestrum i saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra vra. Dabo pacem i finibꝰ vestris: dormietis/ et nõ erit qui exterreat. Auferã malas bestias a vobis: et gladius nõ trãsibit terminos vestros Persequemini inimicos vros et corruẽt corã vobis. Persequent

quinq3 de vřis cētum alienos: ⁊ cē tū de vobis decē milia. Cadent inimici vestri/ i əspectu vestro gladio Respiciam vos/ ⁊ crescere faciam Multiplicabimini/ et firmabo pactum meū vobiscū. Comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis supuenientibus proicietis. Ponā tabernaculum meum i medio vři et non abijciet vos vltra aīa mea Ambulabo inter vos: ⁊ ero vester deus: vosq3 eritis ppl's meus. Dicit dñs omnipotēs. Alleluya. ℣. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Oratio.

Presta q̄s omnipotēs deus: sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere: vt a vicijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominū.

Lectio Danielis prophete. iij.

Angelus dñi descēdit cum azaria et socijs eius i fornacē: et excussit flāmā ignis de fornace ⁊ fecit medium fornacis quasi vētum roris flātem. Flāma aūt diffusa est super fornacē: cubitis quadragītanouem ⁊ incēdit quos reperit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis: qui eā incēdebāt. Illos autem oīno nō tetigit ignis neq3 contristauit nec q̄cq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabāt: ⁊ glīficabāt ⁊ bñdicebāt deū i fornace dicētes. Benedictus es dñe deus patrū nřoꝝ: et laudabilis ⁊ glīosus ⁊ superaltatus in scl'a. Et bñdictū nomen glīe tue qđ est sctm: et laudabile et superaltatum i oībus sclis Bñdictus es i templo sctō glīe tue: et suplaudabilis: et supglīosus in scl'a. Bñdictus es in throno regni tui: ⁊ superlaudabilis: et superexaltat⁹ in secula. Bñdict⁹ es sup sceptrū regni diuinitatis tue: ⁊ superlaudabilis: et superexaltat⁹ i scl'a. Bñdictus es qui intueris abyssos: ⁊ sedes sup cherubin: et laudabilis: et superexaltatus i scl'a. Benedictus es qui ambulas sup pēnas vētoꝝ: et sup vndas maris: et suplaudabilis: et superaltatus i scl'a. Bñdictus es in firmamento celi: ⁊ laudabilis et gloriosus i scl'a. Bñdicite oīa opera dñi dño: bñdicite celi dño: benedicite angeli dñi domino. Hymnū dicite/ ⁊ superaltate eū in scl'a. Bñdicite aque oēs q̄ super celos sunt dño: bñdicite oēs virtutes dñi dño: benedicite sol et luna dño. Hymnū dicite/ ⁊ superexaltate eum in scl'a Benedicite stelle celi dño: benedicite ymber et ros dño: benedicite oīs spūs dei dño. Hymnum dicite/ ⁊ superaltate eū i scl'a. Bñdicite ignis et estus dño: benedicite noctes et dies dño: benedicite tenebre ⁊ lumen dño. Hymnum dicite/ ⁊ superaltate eum in secula Benedicite frigus et cauma dño: bñdicite pruina et niues domino: benedicite fulgura et nubes dño. Hymnū dicite/ et superaltate eū in secula. Bñdicat terra dñm/ bñdicite montes et colles dño: bñdicite oīa nascētia terre dño. Hymnum dicite ⁊ superexaltate eum i secula Benedicite maria ⁊ flumina dño: benedicite fontes dño: bñdicite cete et oīa que mouētur i aquis dño Hymnū dicite/ et superaltate eum in secula. Benedicite volucres celi dño: benedicite bestie ⁊ vniuersa pecora dño: bñdicite filij hominū

dño. hymnū dicite/ et superexaltate eum in scl'a. Benedicat israel dominum: benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui domini dño. Hymnū dicite: et superexaltate eū in secula. Benedicite spirit⁹ et aie iustorum dño: benedicite scti et humiles corde dño. Hymnum dicite: et superexaltate eum i secula. Bñdicite anania azaria misael dño. Hymnū dicite/ et superaltate eum in secula. Duo clerici de scda forma i superlicijs ad gradum chori dicāt Alleluya. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Nō repetat' Alla. Sequat' Dñs vobiscū. cum Oremus. Oro.

Dan. iii. C.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas ignium: cōcede propicius: vt adueniēte spiritu sancto: nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dominum nostrū. In vnitate eiusdē. Lectio Actuum apostolorū. xiij.

Capi. xiii. G.

In diebus illis. Cōuenit vniuersa ciuitas: audire verbum dei. Uidentes autem turbas iudei: repleti sunt zelo: et contradicebant his que a paulo dicebantur/ blasphemātes. Tunc cōstanter paulus et barnabas dixerunt. Uobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniam repulistis illud: et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis precepit dñs. Posui te in lucem gentibus: vt sis in salutem: vsq; ad extremum terre. Audiētes autē gentes/ gauise sunt: et glorificabant verbum dñi: et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam Disseminabatur autem verbum dñi: per vniuersam regionem. Judei autem concitauerunt religiosas mulieres et honestas/ et primos ciuitatis: et excitauerūt persecutionem in paulum et barnabam: et eiecerūt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos: venerunt iconium. Discipuli quoq; replebantur gaudio: et spiritu sancto. ¶ Et legatur i pulpito: qua lecta/ duo clerici de superiori gradu/ i cappis sericis ibidē dicant Alleluya. ℣. Laudate dominum omnes gentes: et collaudent eum omnes populi. Repetatur Alleluya. sine neuma. Sequētia. Alma chorus. vt supra in feria. v. precedēte. ¶ Secundum Lucam. iiij.

Psal. cxvi.

In illo tempore. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domū symonis Socrus autem symonis/ tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stās super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autē occidisset: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamātia et dicētia: quia tu es filius dei. Et increpans: non sinebat ea loqui/ quia sciebant ipsum esse christum. Facta autem die/ egressus ibat in desertum locum: et turbe requirebāt eum. Et venerunt vsq; ad ipsum: et detinebant illum/ ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatib⁹ oportet: me euāgl

Capi. iiii. f.

lizare regnum dei. ℭ redo. Offer.

sal. Domine deus salutis mee/ in die clamaui
xxvii et nocte cozam te: intret ozatio mea in con-
spectu tuo domine alleluya. Secreta.

Mitte domine quesum⁹ spiritum sanctum: qui et hec munera presentia tuum nobis efficiat sacramentum: ꝛ ad hoc percipiendum/ nostra cozda purificet. Per dominum nostrum. In
an. vnitate eiusdem. Cōio. Non vos re-
iii D linquam ozphanos veniam ad vos iterum
alleluya: et gaudebit coz vestrum alleluya alleluya. Postcōio.

Presbeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem: quo cozum pariter ꝛ actu delectemur ꝛ fructu. Per dominum. In vnitate eiusdē spiritus sancti.



ℭ In die sctē trinitatis. Officium



Benedicta sit sancta trinitas: atqꝫ indiuisa vnitas cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū misericozdiam suam. Ps.
Benedicamus patrem et filium cum san- Dan.
cto spiritu. Nō dicitur vlteri⁹. Orō. iii.

Omnipotēs sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis glozIam agnoscere/ et īpotētia maiestatis adozare vnitatē: qs vt eiusdē fidei firmitate ab oīb⁹ semper muniamur aduersis. Qui viuis ꝛ regnas de⁹. Per. Lectio libri Apocalipsis bti Joannis apli iiij

In dieb⁹ illis. Vidi ostiū ap- Capi.
tum ī celo: et vox prima quā iiii. A.
audiui/ tāq̄ tube loquētis mecum dicens. Ascēde huc/ et ostēdā tibi/ q̄ opoztet fieri cito post hec. Statim

fui ĩ spũ. Et ecce sedes posita erat
in celo: ⁊ supra sedẽ sedens. Et qui
sedebat / similis erat aspectui lapi
dis / iaspidis / et sardinis. Et iris
erat ĩ circuitu sedis: similis visio-
B. ni smaragdine. Et in circuitu se-
dis: sedilia viginti quattuor. Et
super thronos / viginti quattuor se-
niores sedẽtes circumamicti vesti
mẽtis albis: et ĩ capitibus eorum
coronas aureas. Et de throno p-
cedebãt fulgura: et voces / et toni-
trua. Et septẽ lãpades ardẽtes an
te thronũ: que sũt septem spũs dei.
C Et ĩ cõspectu sedis: tanq̃ mare vi-
treum simile cristallo. Et ĩ medio
sedis: et ĩ circuitu sedis: quattuor
aialia / plena oculis ante et retro.
Et aial primũ: simile leoni. Et se-
cũdũ aial / simile vitulo. Et tertiũ
aial habẽs faciem quasi hois. Et
D quartũ aial: simile aquile volãti.
Et quattuor aialia / singula eorũ
habebãt alas senas. Et in circui-
tu ⁊ intus / plena sunt oculis: ⁊ re-
quiẽ nõ habebãt die ac nocte dicẽ-
tia Sãctus / sctũs / sctũs / dñs deus
oipotẽs / q̃ erat / et qui est / et qui vẽ-
turus est. Et cum darẽt illa aialia
gloriã et honorẽ / et bñdictionẽ se-
dẽti sup thronum viuẽti ĩ scla secu
lorũ: pcidebãt viginti quattuor se-
niores / ante sedẽtem in throno. Et
adorabãt viuẽtem: ĩ secula seculo-
Dan. rum. Gr. Benedictus es domine qui in-
iii. E. tueris abyssos: et sedes super cherubin. V.
Benedicite deum celi: quia fecit nobiscum
misericordiam suam. Alleluya. Versus
Thob. Benedict⁹ es domine deus patrum nostro
xii. B. rum: et laudabilis in secula. Sequẽtia.
Benedicta sit beata trinitas
deitas eterna / pariter coe-
qualis glia. Deus genitor nat⁹

genitus / cũ sacro neumate perma
nẽs sup oĩa q̃d erat. Cuius est
vna semper volũtas: et a se discre-
pat / haud vnq̃ triplicata persona
Nam ɔstat deitas vna / nõ ĩ tres
deos diuisa: q̃d fides fatet̃ / a xp̃o
orthodoxe edita. Hec nãq̃ pellit
delicta: patriã reddit serenã / quã
dulcẽ iubilãt agmina / symphoniã
celica. Hi iã throni vestigia: imi-
tãtur stolis cãdidata. O periũtq̃
binas quas captant / post secli dis-
crimina. Et nos quos illustrat
gr̃a dei: superademus nr̃a debita
Quatenus caterua celica nobis
maneat: post funera socia. Vlti-
moq̃ pacto discrimine: poscim⁹ al
to pfrui mox palatio. Quo pspi
cua flagrat lux accẽsa ɔstãti flam
ma q̃ de⁹ est / visio nr̃a ⁊ salus eter
na. Angelorũ q̃ illustrat fortiter
pectora. Et in xp̃o solo / sua defi-
gãt lumina. Hec nãq̃ est sitis illa
flagrãs / quia tũc sitient aie sctõrũ
vel corpora. Cum fuerit data: p-
petua eis p bonis a iudice premia
¶ Secundum Joannem. iij.
In illo tpe. Erat hõ ex phari-
seis nicodemus noie prin-
ceps iudeorũ. Hic venit ad iesũ no-
cte: et dixit ei. Rabbi / scim⁹ quia a
deo venisti magister. Nemo eñ po
test hec signa facere q̃ tu facis: ni-
si fuerit deus cũ eo. R̃ndit iesus / ⁊
dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi
q̃s renat⁹ fuerit denuo: nõ potest
videre regnũ dei. Dixit ad eũ nico-
dem⁹. Quõ potest hõ renasci / cũ sit
senex? Nũquid potest ĩ vẽtrẽ mr̃is
sue iterato introire ⁊ renasci. R̃n-
dit iesus. Amen amẽ dico tibi: nisi
q̃s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spũ san
cto nõ potest itroire ĩ regnum dei.

Quod natum est ex carne: caro est. Et quod natum est ex spiritu: spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat: et vocem eius audis: sed nescis unde veniat / aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus / et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit iesus / et dixit ei. Tu es magister in israel: et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod scimus / loquimur: et quod vidimus / testamur: et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis / et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo / filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipsum non pereat: sed habeat vitam eternam. Offertorium. Benedictus sit pater unigenitusque dei filius: sanctus quoque spiritus / quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sacrificium domine deus trinitas sancta: per tui sancti nominis invocationem huius oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui vi. Prefatio. Qui cum unigenito. Communio. Benedicimus deum celi: et coram omnibus viventibus confitebimur ei / quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcommunio.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus noster huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis eiusdemque individue unitatis confessio. Qui vi. Per totam ebdomadam fiat memoria de trinitate ad missam de die: nisi in fes. corporis christi: et dicitur missa de trini. quando de trinitate fit servitium: nisi missa Salus populi / dicenda fuerit per ebdo.



In festo corporis christi. Officium



Cibavit eos ex adipe frumenti alleluya et de petra melle / saturavit eos: alleluya alleluya alleluya. Psalmus. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Et dicatur Kyrie fons bonitatis. Psal. lxxx. Eodem Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue quesumus: ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari ut redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum deo patre. Ad Corinthios. i. xi.

Fratres. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis / quoniam dominus iesus christus / in qua nocte tradebatur / accepit panem / et gratias agens / fregit et dixit. Accipi- i. Cori. xi. c.

te et mãducate: hoc est corpus me-
um quod pro vobis tradetur. Hoc
facite i meam cõmemorationẽ. Si-
militer et calicem: postq̃ cenauit di
F. cens. Hic calix nouũ testamẽtũ est:
in meo sanguine. Hoc facite quo-
tienscũqꝫ sumitis / i meam comme
morationem. Quotiẽscũqꝫ enĩ mã
ducabitis panem hunc: et calicem
bibetis: mortem dñi annunciabi-
tis / donec veniat. Itaqꝫ quicunqꝫ
manducauerit panem / vel biberit
calicem domini indigne: reus erit
G. corporis et sanguinis dñi. Probet
autem seipsum homo: et sic de pa-
ne illo edat: et de calice bibat. Qui
enim manducat / et bibit indigne:
iudicium sibi manducat / et bibit:
non dijudicans corp9 domini. Gr.
Psal. cxliiii. Oculi omnium in te sperant domine: et tu
das illis escam in tempore opportuno. V.
Eodem Aperis tu manum tuam: et imples omne
animal benedictione. Alleluya. V.
Joan. vi. F. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus
vere est potus: qui manducat meam car-
nem / et bibit meum sanguinem: in me ma-
net / et ego in eo. Sequentia.

Lauda syõ saluatorem: lau
da ducem et pastorẽ / i hym-
nis et canticis. Quantum potes
tantum gaude: quia maior omni
laude / nec laudare sufficis. Lau
dis thema specialis: panis viuus
et vitalis / hodie proponitur. Quẽ
in sacre mẽsa cene: turbe fratrum
duodene / datum non ambigitur.
Sit laus plena sit sonora / sit io-
cunda sit decora: mentis iubila-
tio. Dies enim solennis agitur
in qua mẽse prima recolitur / hui9
institutio. In hac mensa noui
regis: nouum pascha noue legis
phase vetus terminat. Vetustã-
tem nouitas: vmbram fugat veri
tas / noctem lux illuminat. Quod
in cena christ9 gessit: faciẽdum hoc
expressit / i sui memoriam. Docti
sacris istitutis: panem vinum i sa
lutis: consecramus hostiam. Dog
ma datur christianis q̃ in carnem
transit panis: et vinum i sangui-
nem. Quod non capis quod non
vides: animosa firmat fides / pre-
ter rerum ordinem. Sub diuersis
speciebus: signis tãtum et non re-
bus / latẽt res eximie. Caro cib9 /
sanguis potus: manet tamẽ chri-
stus tot9 / sub vtraqꝫ specie. A su-
mente non concisus / non confra-
ctus nõ diuisus / integer accipitur
Sumit vnus sumũt mille: quan
tum isti tãtum ille / nec sumpt9 cõ-
sumitur. Sumũt boni sumunt
mali / sorte tamen inequali / vite
vel interitus. Mors est malis / vi-
ta bonis / vide paris sumptionis /
q̃ sit dispar exitus. Fracto de-
mum sacramẽto: ne vacilles sed
memento: tantũ esse sub fragmen
to / quãtum toto tegitur. Nulla
rei fit scissura: signi tantũ fit fra-
ctura: qua nec status nec statura /
signati minuitur. Ecce panis an-
gelorum / factus cibus viatorum /
vere panis filiorum / nõ mittẽdus
canibus. In figuris presignat:
cum ysaac immolatur: agnus pa
sche deputatur / datur mãna patri
bus. Bone pastor panis vere: ie-
su nr̃i miserere: tu nos pasce nos
tuere / tu nos bona fac videre / in
terra viuentium. Tu qui cuncta
scis et vales: q̃ nos pascis hic mor
tales: tu nos ibi cõmensales: cohe

redes ⁊ sodales/ fac sctōꝝ ciuium.
¶ Secundum Joannem. vj.
Jo. vj. f In illo tēpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus/ et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem/ et bibit meū sanguinē/ i me manet/ et ego in illo. Sicut misit me viuens pater: ⁊ ego viuo propter patrem. Et qui mãducat me: ⁊ ipse viuet propter me. Hic est panis/ q̄ de celo descēdit. Nō sicut mãducauerūt patres vrī mãna ⁊ mortui sunt. Qui mãducat hunc panē: viuet in eternum. Offr. Sacerdotes dñi incensum et panes offerūt deo: ⁊ ideo scti erūt deo suo: ⁊ nō pollueñt nomē eiꝰ alleluya. Secreta.
Leuiti. xxi. B.
Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis et pacis propicius dona cōcede: que sub oblatis muneribus mystice designantur. Per. Prefatio Quia per incarnati. Hec prefatio dicitur per totas octa. quando de octa. fit seruitium: et i commemoratiōe eiusdem per totū annū.
j. Corī. xj. f. Cōio Quotienscunq̄ manducabitis panem hunc et calicem bibetis/ mortem domini annunciabitis donec veniat: itaq̄ quicunq̄ mãducauerit panem/ vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis domini alleluya. Postcōio.
Hac nos quesumꝰ dñe diuinitatis tue sempiterna fruitionē repleri: quam preciosi corporis et sanguinis tui: tēporalis perceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cū deo patre. Per totã ebdomadã dr eadē missa/ quãdo de oc. fit seruitiū: sed sine sequentia Credo. Ubi fiūt oc. cum regimine chori/ dicitur sequentia. Ecce panis angelorum. quotidie per octa. ⁊ in octa. quando de octauis fit missa.
¶ Dñica. j. post festum sancte trinitatis. Ad missam. Officium.



Domine i tua misericordia speraui exultauit cor meum in salutari tuo: cãtabo dño qui bona tribuit michi. ps. Psal. xij.
Usquequo dñe obliuisceris me in finē: usq̄ quo auertas faciem tuam a me. Oratio.
Eodem
Deus in te sperantium fortitudo: adesto propicius inuocationibus nostris: ⁊ q̄a sine te nihil potest mortalis infirmitas: presta auxilium gratie tue: vt in exequendis mandatis tuis: et voluntate tibi ⁊ actione placeamus. Per dñm. ¶ Memoria de trinitate fiat omnibus dñicis vsq̄ ad aduētum dñi: nisi quãdo aliqua dominica oino differatur. ¶ Notãdum est/ q̄ quando duplex festū p estatem i dñica cōtigerit: nulla de dñica fiet memoria ad missam: licet aliquãdo pro necessitate facta fuerit mēo. ad vesperas et ad matutinas sub silētio: vt alias dictū est: sed quando fit de aliquo fes. ix. lec. in dñicis: semper fiat memoria de dñica et de trinitate ad missam/ quãdo ad vesperas ⁊ ad matutinas facta fuerit memoria/ nisi missa dñicalis debeat cãtari ipsa dñica i capitulo Lectio epistole beati Joannis apli. prime. iiij.
Charissimi. Deꝰ charitas est. Jn hoc apparuit charitas dei i nobis: quoniã filiū suum vnigenitum misit deus i mundum: vt viuamus per eum. Jn hoc est ca- j. Cap. iiij. C.

ritas / non quasi nos dilexerimus
deum: sed quoniā ipse prioꝛ dilexit
nos: et misit filiū suum ꝓpiciatio-
C. nem pꝛo peccatis nostris. Charis-
simi / si deus dilexit nos: et nos de-
bemus alterutrū diligere. Deum
nemo vidit vnq̃. Si diligamus in
uicem / deus in nobis manet: ⁊ cha
ritas eius / in nobis perfecta est.
In hoc cognoscimus quoniam in
eo manemus: et ipse ī nobis: quo-
niam de spiritu suo dedit nobis.
Et nos vidimus et testificamur:
quoniam pater misit filium suū
saluatoꝛem mundi. Quisquis cō-
fessus fuerit: quoniā iesus est filiꝰ
dei: deus ī eo manet / et ipse in deo.
Et nos cognouimus et credidimꝰ
charitati: quā habet deꝰ in nobis.
D Deus charitas est. Et q̄ manet in
charitate: ī deo manet / et deus ī eo
In hoc ꝑfecta est charitas dei no-
biscū: vt fiduciā habeamus in die
iudicij / quia sicut ille est / et nos su-
mus in hoc mundo. Timoꝛ non
est in charitate: sed perfecta chari
tas: foꝛas mittit timoꝛem: quoni-
am timoꝛ penam habet. Qui au-
tem timet: nō est perfectus in cha-
ritate. Nos ergo diligamus de-
um: quoniā ipse pꝛioꝛ dilexit nos.
Si quis dixerit quoniā diligo de-
um: et fratrē suum oderit: mēdax
est. Qui eīn nō diligit fratrē suum
quē videt: deum quē nō videt / quo
modo potest diligere? Et hoc man
datum habemꝰ a deo / vt q̄ diligit
deum: diligat et fratrē suum. Gr.
Psal. xl. Ego dixi dñe miserere mei: sana animam
meam quia peccaui tibi. V̄. Beatus qui
intelligit super egenum et paupꝛem: ī die
mala liberabit eū dominus. Alleluya.
V̄. Verba mea auribus percipe dñe: intel- Psal.
lige clamoꝛem meum. Nulla vꝫ sequē-
tia qm̄ de do. agit vsq̄ ad aduē. dñi
Secundum Lucam. xvj.
In illo tp̄e. Dixit iesus disci- Capi.
pulis suis parabolam hāc. xvi. E.
Homo q̄dam erat diues: ⁊ induēba
tur purpura et bysso: et epulaba-
tur quotidie splendide. Et erat q̄-
dam mēdicus noīe lazarus: q̄ iace
bat ad ianuam eius vlceribus ple
nus: cupiēs saturari de micis que
cadebāt de mensa diuitis: ⁊ nemo
illi dabat. Sed ⁊ canes veniebant
et lingebant vlcera eius. Factum F.
est autem vt moꝛeretur mēdicus:
et poꝛtaretur ab angelis ī sinum
abꝛahe. Moꝛtuus est autem et di-
ues: et sepultus est ī inferno. Ele-
uans autē oculos suos: cū esset in
toꝛmētis: vidit abꝛahā a longe / et
lazarum in sinu eius. Et ipse cla-
mans / dixit. Pater abꝛahā misere
re mei: et mitte lazarum vt intigat
extremum digiti sui ī aquā: vt re-
frigeret liguam meam q̄a crucioꝛ
in hac flāma. Et dixit illi abꝛahā.
Fili / recoꝛdare q̄a recepisti bona ī
vita tua: et lazarus similiter ma-
la. Nūc autem hic ꝯsolatꝛ: tu vero G.
cruciaris. Et ī his oībus inter nos:
⁊ vos chaos magnum firmatum
est: vt hi q̄ volunt hinc transire ad
vos nō possit neq̄ inde huc trāsmea
re. Et ait. Rogo ergo te pater: vt
mittas eum ī domum patris mei.
Habeo enim quinq̄ fratres / vt te-
stetur illis: ne et ipsi veniāt in hūc
locum toꝛmētoꝛū. Et ait illi abꝛa-
ham. Habēt moysen ⁊ pꝛophetas /
audiant illos. At ille dixit. Nō pa-
ter abꝛaham: sed si quis ex moꝛtu

surrexerit ad eos: penitētiā agēt. Ait
aūt illi. Si moysen et pphetas nō
audiūt: neq3 si quis ex mortuis re-
Psal.v surrexerit / credent. Offer. Intende
voci orationis mee: rex meus et deus me9:
quoniam ad te orabo domine. Secreta.
Deus qui nos ad imaginē
tuam cōditos: et sacramen
tis renouas / et preceptis: suppli-
cum preces / et munera benignus
accepta / vt quod fiducia non ha-
bet meritorū: placatiōes obtineāt
hostiarum. Per do. Coio. Narra-
Psal. bo oīa mirabilia tua letabor et exultabo
xviii. in te: psallā nomini tuo altissime. Postcoio.
Tantis dñe repleti muneri-
bus: presta qs: vt et salu-
taria dona capiam9: et a tua nūq̄
laude cessemus. Per dominum.
¶ Feria.iiij. Lectio epistole beati
Petri apostoli. secunde.j.
ij.Ca. Charissimi. Notam fecimus
i.D. vobis dñi nostri iesu chri-
sti virtutem / et prescientiam: sed
speculatores facti ipsius magni-
tudinis. Accipiens enim a deo pa-
tre honorem et gloriam voce dela
psa ad eum huiuscemodi a magni
fica gloria. Hic est filius meus di-
lectus: i quo michi complacui: ip-
sum audite. Et hanc vocem: nos
audiuimus de celo allatam / cum
essemus cum ipso in monte san-
cto. Et habemus firmiorem pro-
pheticum sermonem cui benefaci-
tis attendentes: quasi lucerne lu-
centi in caliginoso loco: donec di-
es illucescat / et lucifer oriatur in
cordibus vestris.
¶ Secundum Mattheum. v.
u.v.C In illo tpe. Dixit iesus disci-
pulis suis. Nolite putare
quia veni soluere legē aut prophe
tas. Non veni soluere: sed adim-
plere. Amen quippe dico vobis:
donec transeat celum et terra: iota
vnum aut vn9 apex non preteribit
a lege donec omnia fiāt. Qui ergo
soluerit vnū de mandatis istis mi
nimis: et docuerit sic hoies: mini-
mus vocabit in regno celor. Qui
autem fecerit et docuerit: hic ma-
gnus vocabitur i regno celorum.
¶ Dñica.ij.post trinita. Officiū.
Factus est domin9 Psal.
protector meus: et xvii.
eduxit me in latitu
dinem: saluum me
fecit: qm voluit me
ps. Diligā te domine Eodem
fortitudo mea: dñs firmamētū meum: et re-
fugium meum: et liberator meus. Oro.
Sancti nominis tui domine
timorem pariter et amorem
fac nos habere perpetuū: qa nūq̄
tua gubernatione destituis / quos
in soliditate tue dilectiōis istituis.
Per dominū. Lectio epistole bea-
ti Joannis apostoli. j.iij.
Charissimi. Nolite mirari si i.ca.iii
odit vos mundus. Nos sci- C.
mus quoniam translati sum9 de
morte ad vitam: quoniā diligim9
fratres. Qui nō diligit: manet in
morte. Ois qui odit fratrem suū /
homicida est. Et scitis / quoniam
ois homicida: nō habet vitā eter-
nam in se manētem. In hoc cogno
uimus charitatē dei: quoniam il-
le pro nobis aiam suam posuit: et
nos debemus pro fratribus aias
ponere. Qui habuerit substātiam D
huius mundi / et viderit fratrē suū
necessitatem patiētem: et clauserit

viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei: nō diligamus verbo / neqꝫ lingua: sed opere et veritate. Gr. Ad dominū cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Ỽ. Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Alleluya. Ỽ. Deus iudex iustus / fortis / ꝛ patiēs: nūquid irascitur per singulos dies.

Psal. cxix. Eodem

Psal. vii.

Secundum Lucam. xiiij.

Cap. xiiii D

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā fecit cenā magnam: et vocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis vt venirēt: quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit illi. Villā emi: et necesse habeo exire: et videre illam. Rogo te: habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinqꝫ: et eo probare illa. Rogo te / habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: et ideo non possum venire. Et reuersus seruus: nunciauit hec domino suo. Tūc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito i plateas / et vicos ciuitatis: et pauperes / ac debiles / cecos / et claudos: introduc huc. Et ait seruus. Domine / factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias et sepes / ꝛ compelle itrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: ꝙ nemo virorum illorum / qui vocati sunt gustabit cenam meam. Offer. Dñe cōuertere ꝛ eripe animā meam saluum me fac propter misericordiā tuam. Secreta

E.

F.

Psal. vi.

Oblatio nos domine tuo nomini dicanda purificet: ꝛ de die in diem / ad celestis vite transferat actionem. Per. Cōio. Cantabo domino qui bona tribuit mihi: et psallam nomini domini altissimi. Postcōio.

Psal. xii.

Sumptis dñe muneribus sacris: quesumus: vt cum frequentatione mysterij: crescat nostre salutis effectus. Per. Feria quarta. Ad ephesios. iiij.

Fratres. Hoc dico et testificor in dño: vt iam non ambuletis sicut et gētes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum: alienati a via dei: per ignorantiā que est i illis propter cecitatem cordis ipsorum. Qui desperātes semetipsos tradiderūt impudicitie: in operationē immundicie oīs: in auariciā. Vos autē nō ita didicistis christum: si tamē illū audistis: et in ipso edocti estis: sicut est veritas i iesu. Deponite vos secūdū pristinā conuersationē veterē hominem / q corrumpitur scd̄m desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre: et induite nouū hominem / qui secundum deum creatus est i iusticia et sanctitate veritatis. In christo iesu: dño nostro.

Capi. iiii. D.

Secundum Mattheum. xxi.

In illo tpe. Cum venisset iesus in templum: accesserūt ad eum pricipes sacerdotum et seniores populi / dicētes. In qua potestate hec facis: et quis dedit tibi hāc potestatem. Respōdens iesus / dixit illis. Interrogabo vos: et ego vnū sermonem: quem si dixeritis mihi: et ego vobis dicā i qua potestate hec facio. Baptismus ioannis vnde erat: de celo / an ex

ca. xxi. C.

hominibus? At illi cogitabant intra se dicētes. Si dixerimus de celo / dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerimus ex hoibus timemus turbam. Oēs enim habebant ioannē: sicut prophetam. Et respondentes iesu / dixerunt. Nescimus. Ait illis & ipse. Neq ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ¶ Dñica. iij. post trinitatē. Ad missam. Officium.

Psal. xxiiii.



Respice in me et miserere mei dñe: qm vnic⁹ et paup sum ego: vide humilitatem meā & laborem meū: et dimitte oia peccata mea deus meus. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Eodem

Deprecationē nostram quesumus domine benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxiliū. Per. Lectio epistole beati Petri apostoli. s. vltimo.

i. Cap. vlti. C.

Charissimi. Hūiliamini sub potēti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote et vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanq leo rugiēs: circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei que in mundo est: vestre fraternitati fieri. De⁹ autem omnis gratie / qui vocauit vos in eternam suam gloriam: in christo iesu modicum passos / ipse perficiet / confirmabit / solidabitq. Ipsi gloria et imperium: i secula seculorū.

Gr. Iacta cogitatum tuum in dño: et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocem meam: ab his qui appropinquant mihi. Alleluya. ℣. Diligā te dñe virtus mea: dominus firmamētum meū et refugium meum: et liberator meus. Psal. liiii. Psal. xvii.

¶ Secundum Lucam. xv.

Ca. xv A

In illo tpe. Erant appropinquantes ad iesum publicani et peccatores / vt audirēt illum. Et murmurabant scribe & pharisei dicētes / quia hic peccatores recipit / et mādicat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam: dicēs. Quis ex vobis homo q habet centum oues: et si pdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonagintanouem in deserto: et vadit ad illam que perierat: donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam: imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domū: cōuocat amicos et vicinos / dicens illis. Cōgratulamini mihi: qa inueni ouē meam que perierat. Dico vobis: q ita gaudiū erit in celo super vno peccatore penitentiam agente: q supra nonagintanouem iustis qui nō īdigent penitentia. Aut que mulier habēs dragmas decē: si perdiderit dragmam vnam: nōne accēdit lucernā et euertit domum: et qrit diligēter donec inueniat eā? Et cū inuenerit: cōuocat amicas et vicinas dicens Congratulamini mihi: qa inueni dragmā quā pdiderā. Ita dico vobis gaudium erit corā angelis dei sup vno peccatore: penitētiā agente. Offr. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: qm non derelinquis querentes te: psallite domino qui ha- Psal.

vitat in syon: quoniam non est oblitus ora
tionem pauperum. Secreta.

MUnera tibi dñe qs oblata
sctifica: vt tui nobis vni-
geniti corp⁹ & sanguis fiāt ad me-
Psal. xvi. delā. Qui te. Cōio. Ego clamaui quo-
niam exaudisti me deus: inclina aurem tu
am: et exaudi verba mea. Postcōio.

SAcris dñe muneribus per-
ceptis qs vt nos eorum vir
tute: et a vicijs oībus expies: et do
nis grē tue iugiter repleas. Per
dñm nostrum iesum xp̄m. ¶ Feria
quarta. Ad Timotheum. ij.iiij.

ii.Ca. CHarissime. Dñs michi asti-
iiii.C. tit/& confortauit me: vt per
me predicatio adimpleatur. Et
audiant omnes gentes: quia libe
D ratus sum de ore leonis. Libera-
uit me domin⁹ ab omni opere ma
lo: et saluum faciet in regnum su-
um celeste. Ipsi gloria in secula se-
culorum. Amen.

¶ Secundum Mattheum. v.

Cap. IN illo tempore. Dixit iesus
v.D. discipulis suis. Esto consen
tiens aduersario tuo cito/dum es
in via cum eo: ne forte tradat te
aduersarius iudici: et iudex tra-
dat te ministro/& in carcerem mit
taris. Amen dico tibi/non exies
inde: donec reddas nouissimum
quadrantē. Audistis quia dictum
E est antiquis/nō mechaberis. Ego
autem dico vobis: quia oīs qui vi
derit mulierē ad concupiscendum
eam: iam mechatus est eam ī cor
de suo. Quod si ocul⁹ tuus dexter
scandalizet te/erue eum/et proijce
abs te. Expedit enī tibi vt pereat
vnum mēbrorum tuorum: q̄ totum cor-
pus tuū mittatur ī gehennā ignis.

¶ Dñica.iiij.post trin. Officium.



Domin⁹ illumina- Psal. xxvi.
tio mea: et salus
mea quem timebo
dominus defensor
vite mee: a quo tre
pidabo: q̄ tribulāt
me inimici mei: ipsi infirmati sunt
et ceciderūt. Ps. Si cōsistant aduersum Eodem
me castra: non timebit cor meum. Oratio

PRotector in te sperantium
deus/sine quo nichil est va
lidū/nihil sanctum: multiplica su-
per nos miam tuam/vt te rectore/
te duce/sic transeamus p bona tē-
poralia/vt nō amittamus eterna.
Per dñm. Ad Romanos. viij.

FRatres. Existimo enim q̄ ca. viij.
non sunt condigne passio- D
nes hui⁹ tēporis ad futuram glo-
riam que reuelabit ī nobis. Nam
expectatio creature reuelationem
filiorum dei expectat. Uanitati enim
creatura subiecta est/non volens:
sed propter eum q̄ subiecit eā ī spe.
Quia et ipsa creatura liberabit a
seruitute corruptiōis ī libertatem
glorie filiorū dei. Scim⁹ enī q̄ oīs
creatura ingemiscit & parturit vsq
adhuc. Non solum autem illa: sed
et nosipsi: primitias spūs haben-
tes: et ipsi intra nos gemimus ado
ptionē filiorum dei: expectantes redē
ptionē corporis nr̄i. In christo ie-
su: dño nostro. Gr. Propiti⁹ esto dñe
peccatis nostris: nequando dicant gentes:
vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus sa
lutaris noster: & propter honorem nominis
tui domine libera nos. Alleluya. ℣.
Domine in virtute tua letabitur rex: et su-
per salutare tuum exultabit vehementer.

¶ Secundum Lucam. vj.

ca. vi. F. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare/ et nõ iudicabimini. Nolite cõdemnare: et non cõdemnabimini. Dimittite et dimittemini. Date/ et dabitur vobis. Mẽsuram bonam et cõfertam et coagitatam et supereffluẽtem: dabũt in sinũ vestrũ. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis/ remetietur vobis. Dicebat autem illis: et similitudinem. Nũqd potest cecus cecum ducere? Nõne ambo in foueam cadunt? Non est discipul⁹ super magistrum. Perfectus autem oĩs erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabẽ autem que ĩ oculo tuo est/ nõ cõsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo/ frater sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Ypocrita/ eijce primum trabẽ de oculo tuo: et tũc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Offer. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam ĩ morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta.

Respice q̃s dñe munera supplicãtis ecclesie et saluti credẽtium/ ꝑpetua sctificatiõe sumẽda cõcede. Per dñm. Cõio. Dñs firmamẽtũ meũ/ et refugiũ meũ/ et liberator meus/ deus meus adiutor meus. Postcõ.

Sancta tua nos dñe sumpta viuificent: et misericordie sempiterne/ preparent expiatos. Per. ¶ Feria. iiij. Lectio epistole

Cap. ii. A. beati Joannis apostoli. ij. Charissimi. In hoc scim⁹ qm̃ cognouimus deũ: si mãdata eius seruam⁹. Qui dicit se scire eum: et mandata eius non seruat: mẽdax est/ et in eo veritas non est. Nam qui custodit verbum eius: vere in hoc charitas dei ꝑfecta est. In hoc scimus: quoniã ĩ ipso sumus. Qui dicit se in xp̃o manere: debet quemadmodum ille ambulauit: et ipse ambulare. Scd̃m Mattheũ. xvij.

In illo tẽpore. Interrogauerũt discipuli iesum/ dicẽtes. Quid scribe dicunt: q̃ helyã oporteat primum venire? At ille respõdens: ait eis. Helyas q̃dẽ vẽturus est: et restituet oĩa. Dico autem vobis: q̃a helyas iam venit: et nõ cognouerunt eũ: sed fecerũt ĩ eo quecũq̃ voluerũt. Sic et fili⁹ hoĩs passurus est ab eis. Tũc intellexerũt discipuli: quia de ioanne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbam accessit ad eũ homo genibus prouolut⁹ ante eũ dicens. Dñe miserere filio meo: q̃a lunatic⁹ est: et male patit. Nã sepe cadit ĩ ignem: et crebro in aquã: et obtuli eũ discipulis tuis: et non potuerũt curare eũ. Respõdẽs aũt iesus/ ait. O generatio incredula et peruersa: quousq̃ ero vobiscum vsq̃quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit eum iesus: et exijt ab eo demoniũ: et curat⁹ est puer ex illa hora. ¶ Dñica. v. post tri. Officiũ



Exaudi dñe vocem meã qua clamaui ad te: adiutor me⁹ esto ne dereliquas me/ neq̃ despicias me deus salutaris meus. Ps. Dominus illuminatio mea.

Capi. xvii. B

C

Psal. xxvi.

Eodem

ca. viii. D

et salus mea non timebo. Oratio.
Da nobis quesumus dñe: vt et mundi cursus / pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per dominum. Lectio epistole beati Petri apostoli. j. iij.
i. ca. iii B. Charissimi. Oēs vnanimes in oratione estote / cōpatientes: fraternitatis amatores: misericordes: modesti humiles. Non reddentes malū pro malo: vel maledictū pro maledicto: sed ecōtrario benedicentes. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere: & cupit videre dies bonos: coherceat linguam suam a malo: et labia eius ne loquantur dolum. Declinet aūt a malo / & faciat bonū: inquirat pacē: & sequatur eam. Quia oculi dñi super iustos: et aures eius ad preces eorum Vultus autem dñi: super facientes
C. mala. Et quis est q̄ vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed et si qd patimini propter iusticiam beati. Timorē autē eorū ne timueritis: vt non conturbemini. Dñm aūt christū sanctificate i cordibus vestris. Gr. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. Vs. Domine deus virtutum: exaudi preces seruorū tuorum. Alleluya. Vs. In te domine speraui: non confundar in eternum: in tua iusticia libera me et eripe me: inclina ad me aurem tuam: accelera vt eripias me.
Secundum Lucam. v.
ca. v. A In illo tempore. Cum turbe irruerent ad iesum / vt audirent verbū dei: et ipse stabat secus stagnum genezareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnū: piscatores autem descēderāt: & lauabant rhetia. Ascendens autem in vnā nauim q̄ erat symonis: rogauit eū: vt a terra reduceret pusillum. Et sedēs: docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autē loqui dixit ad symonē. Duc in altum: et laxate rhetia vestra in capturam.
mea: et vsq; in senectam et senium deus ne
derelinquas me. Postcõio.
Mentes nostras/ et corpora
possideat q̃s dñe doni cele-
stis operatio: vt nõ noster sensus
in nobis: sed iugiter eius preueni-
at effectus. Per. ¶ Feria quarta
Ad Colossenses. ij.
Capi. ii. B. Fratres. Uidete ne q̃s vos
decipiat per philosophiam
et inanẽ fallaciã scd̃m traditionẽ
hoim: scd̃m elementa mũdi/ ꝛ non
scd̃m christum. Quia in ipso inha-
bitat oĩs plenitudo diuinitatis
corporaliter: et estis in illo repleti
qui est caput oĩs pricipatus et po-
C. testatis. In quo et circuncisi estis
circũcisione non manufacta/ in ex
poliatione corporis carnis: sed in
circuncisione christi. Consepulti ei
in baptismo: ĩ quo et resurrexistis
per fidem operatiõis dei q̃ suscita-
uit illũ a mortuis. Et vos cum es-
setis mortui in delictis: ꝛ preputio
carnis vestre: conuiuificauit cũ il
lo donãs vobis oĩa delicta. Per
iesum christũ dominum nostrum.
ca. viii. B. ¶ Scd̃m Marcum. viij.
In illo tempore Uenit iesus
bethsaidã: et adducũt ei cecũ: ꝛ ro-
gabant eum vt illum tangeret. Et
apprehẽsa manu ceci/ eduxit eum
extra vicum. Et expuens in oculis
eius impositis manibus suis: in-
terrogauit eum si quid videret. Et
aspiciens/ ait. Uideo homines ve- C.
lut arbores ambulantes. Deinde
iterum imposuit manus sup ocu-
los eius: et cepit videre/ et restitu-
tus est ita vt videret clare omnia.
Et misit illũ in domũ suam dicẽs.
Uade in domũ tuam ꝛ si in vicum
introieris: nemini dixeris.
¶ Dñica. xvij. post trini. Officiũ.



Iustus es dñe/ et re- Psal. cxviii.
ctum iudiciũ tuum
fac cum seruo tuo
secundũ misericor-
diam tuam. Ps. Bea- Eodem
ti immaculati ĩ via: qui
ambulant in lege domini. Oratio.
Tua nos dñe q̃s gr̃a semper
et preueniat ꝛ sequat: ac bo-
nis operibꝰ iugiter prestet esse in-
tentos. Per do. Ad Ephesios. iiij.
Capi. iiii. A. Fratres. Obsecro vos ego
vinctꝰ in domino: vt digne
ambuletis vocatione qua vocati
estis cũ omni humilitate ꝛ mãsue-
tudine: cũ patientia supportantes
inuicẽ ĩ charitate: solliciti seruare
vnitatẽ spũs ĩ vinculo pacis. Unũ
corpꝰ ꝛ vnꝰ spũs: sicut vocati estis
in vna spe vocationis vr̃e. Unus
dñs: vna fides: vnum baptisma.
Unus deus et pater oim: q̃ est sup B.
oẽs: et per oĩa: et ĩ oĩbꝰ nobis/ qui
est bñdictꝰ: in secula seculorũ amẽ.
Gr. Beata gens cuius est dominus deus Psal.
eorum: populus quem elegit dominus ĩ he xxxii.
reditatem sibi. V. Uerbo domini celi firma

ti sunt: et spũ oris eius omnis virtus eorũ.
Psal. cxvii. Alleluya. ỽ. Dextera dñi fecit virtutem: dextera domini exaltauit me.

¶ Secundum Lucam, xiiij.

Capi. xiiii. A In illo tēpore. Cum itroisset iesus ī domum cuiusdã prin
cipis phariseorũ sabbato mandu- C
care panē: et ipsi obseruabãt eum.
Et ecce homo quidam ydropicus/
erat ante illum. Et respondens ie-
sus: dixit ad legisperitos et phari-
seos dicens. Si licet sabbato cura-
re? At illi tacuerunt. Ipse vero ap
prehēsum/ sanauit eũ: ac dimisit.
Et respōdēs ad illos dixit. Cuius
vestrum asin⁹ aut bos ī puteũ ca-
det: et nõ continuo extrahet illum
die sabbati? Et non poterant ad
hec respōdere illi. Dicebat autem
B et ad inuitatos parabolam: inten
dēs quomodo primos accubitus
eligerēt dicēs ad illos. Cum iuita-
tus fueris ad nuptias/ nõ discum-
bas in primo loco: ne forte hono-
ratior te sit iuitatus ab illo: et ve-
niens is qui te ꝫ illum vocauit: di-
cat tibi: da huic locum. Et tũc inci-
pias cum rubore: nouissimũ locũ
tenere. Sed cum vocatus fueris/
vade/ recũbe in nouissimo loco: vt
cum venerit qui te iuitauit/ dicat
C tibi. Amice/ ascēde superius. Tũc
erit tibi gl'ia: corã simul discũbēti-
bus. Quia ōis q̄ se exaltat/ humi-
liabit: ꝫ q̄ se humiliat exaltabitur.
Dan. ix. D. Offer. Oraui deum meum ego daniel di-
cens: exaudi dñe preces serui tui: illumina
faciem tuam super sãctuariũ tuũ: et propi
cius intende populum istum/ super quem
inuocatũ est nomē tuum deus. Secreta.

Munda nos quesumus dñe
sacrificij presentis effectu:
et perfice miseratus in nobis: vt
eius mereamur esse pticipes. Per.
Cõio. Uouete ꝫ reddite dño deo vestro om- Psal.
nes q̄ in circuitu eius offertis munera: ter- cl-xxv.
ribili et ei qui aufert spm̄ pricipũ: terribili
apud omnes reges terre. Postcõio.

Purifica dñe q̄s mentes no-
stras benignus/ et renoua
celestibus sacramētis: vt cõsequē-
ter: et corporum presens pariter et
futurum capiamus auxiliũ. Per.
¶ Feria. iiij. Ep'la. Si enim vnius.
et Euangelium. Cum venisset ie-
sus et discipuli. Require in. iiij. fe-
ria post dñicam. xxiij. ¶ Domini-
ca. xviij. post trinitatē. Officium.

Da pacem dñe susti- Eccl.
nētibus te: vt pro- xxxvi.
phete tui fideles in- C
ueniantur: exaudi
preces serui tui/ et
plebis tue isrl'. Ps.
Letatus sum ī his que dicta sunt mihi: in Psal.
domum domini ibimus. Oratio. cxxi.

Da q̄s dñe populo tuo dia-
bolica vitare cõtagia: ꝫ te
solum deum pura mente sectari.
Per. Ad Corinthios. prime. j.

Fratres. Gratias ago deo i. Cap.
meo semper pro vobis in i. A.
gratia dei que data est vobis ī xp̄o
iesu. Quia ī omnib⁹ diuites facti
estis in illo: in oī verbo et in omni
scientia: sicut testimoniũ xp̄i cõfir-
matum est ī vobis: ita vt nihil vo-
bis desit in vlla gr'a: expectãtibus
reuelationē dñi nr̄i iesu xp̄i. Qui
et cõfirmabit vos vsq꜄ in finē sine
crimine in die aduentus: dñi nr̄i ie-
su christi. Gr. Letatus sum in his que Psal.
dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. cxxi.
ỽ. Fiat pax in virtute tua: et abundãtia

Dñica. xviij. post trinitatẽ.

in turribus tuis. Alleluya. V. Leta-
tus sum in his que dicta sunt mihi: in do-
Psal. cxxi. mum domini ibimus. V. Stantes erant
pedes nostri: in atriis tuis hierusalem.
Isti duo V. dicuntur per ebdoma-
dam alternis vicibus: ita tñ qꝫ V.
Stantes. primo dicit quando de fe-
ria agit. Et si nulla feria per hanc
ebdo. ad hoc vacauerit: tunc vlti-
mus V. eo ãno oĩno pretermittatur.
¶ Secundum Mattheum. xxij.
Cap. xxii. D In illo tempore. Accesserũt
ad iesum pharisei: et inter-
rogauit eum vnus ex eis legisdo-
ctor tẽtans eum. Magister / quod
est mandatum magnum in lege?
Ait illi iesus. Diliges dominũ deũ
tuum ex toto corde tuo: et in tota
anima tua: et in tota mente tua.
Hoc est maximum et primum man
datum. Secundum autem / simile
est huic. Diliges proximum tuum
sicut teipsum. In his duobus mã-
datis: vniuersa lex pendet et pro-
phete. Congregatis autem phari
seis: interrogauit eos iesus dicẽs.
Quid vobis videtur de christo: cuiꝰ
filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait il
lis. Quomodo ergo dauid in spiri
tu vocat eũ dñm dicens. Dixit do-
minus dño meo: sede a dextris me
is: donec ponã inimicos tuos: sca-
bellum pedum tuorũ. Si ergo da-
uid vocat eum dñm: quomodo fi-
lius eius est? Et nemo poterat re-
spondere ei verbum / neqꝫ ausꝰ fuit
quisq̃ ex illo die: eum amplius in-
Exodi xxiiii. B. terrogare. Offer. Sanctificauit moy-
ses altare dño / offerẽs super illud holocau
sta: et immolans victimam fecit sacrificiũ
vespertinum: in odorem suauitatis domi-
no deo in conspectu filiorũ israel. Secre.

Maiestatem tuã dñe supplici
ter deprecamur: vt hec sctã q̄
gerimꝰ: et a preteritis delictis nos ex
uant et futuris. Cõio. Tollite hostias Psal.
et introite in atria eius: adorate dominum xcv.
in aula sancta eius. Postcõio.
Sanctificationibus tuis q̄-
sumus oĩpotẽs deus: et vi-
cia nostra curẽtur / et remedia no-
bis eterna proueniãt. Per. ¶ Fe-
ria quarta. Ad Romanos. xv.
Fratres. Obsecro vos per ca. v.
dñm nostrũ iesum christũ F.
et per charitatẽ sancti spũs: vt ad-
iuuetis me in orationibus vestris
pro me ad deum: vt liberer ab infi-
delibus qui sunt in iudea: et obse-
quij mei oblatio fiat accepta ĩ hie
rosolima sanctis: vt veniã ad vos
in gaudio per voluntatem dei / vt
refrigerer vobiscum. Deꝰ autem
pacis: sit cum oĩbus vobis amen.
¶ Secundum Mattheum. xiij.
In illo tpe. Dixit iesus disci- Ca. xiii
pulis suis parabolam hãc. D.
Simile factũ est regnũ celorꝫ gra-
no sinapis: quod accipiens homo
seminauit ĩ agro suo / quod mini-
mum est oĩbus seminibus. Cum
autẽ creuerit: maius est omnibus
oleribus. Et fit arbor / ita vt volu-
cres celi veniant / et habitent in ra-
mis eiꝰ. Aliam parabolam locutꝰ
est eis. Simile est regnum celorũ
fermẽto: quod acceptũ mulier ab-
scondit in farine satis tribus: do-
nec fermentatũ est totũ. Hec oĩa lo
cutus est iesus ĩ parabolis ad tur-
bas: et sine parabolis non loque-
batur eis: vt adimpleret quod di-
ctum est per prophetam dicentem.
Aperiam in parabolis os meum:

eructabo absconsa: a constitutione mundi. ¶ Dominica. xix. post trinitatem. Ad missam Officiū.



Salus ppli ego sum dicit dominus: de quacunq; tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos et ero illoꝝ dominus imperpetuū. ps. Attēdite popule
ps. lxxvij. meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Dirigat corda nostra q̄su-
mus dñe tue miseratiōis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per dñm nostrū. Ad Ephesios. iiij.

Cap. iiij. E. Fratres. Renouamini spiritu mētis vestre: et induite nouū hominē qui secundū deum creatus est i iustitia et sanctitate veritatis. Propter q̄ deponētes mendaciū: loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo:
Ca. iiij D. quoniam sumus inuicem membra
F. Irascimini: & nolite peccare. Sol nō occidat sup iracundiā vestram Nolite locum dare diabolo. Qui furabat: iam nō furetur. Magis aūt laboret operādo manib᷒ suis qđ bonū est: vt habeat vnde tribuat necessitatē patiēti. Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu
Psal. cxl. tuo dñe. V. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Alla. V. Qui confi-
Psal. cxxiiij. dunt in dño sicut mons syon nō commouebitur i eternum qui habitat in hierusalem ¶ Secundum Matheum. ix.

Capi. ix. A. In illo tpe. Ascēdens iesus in nauiculā: trāsfretauit et venit in ciuitatē suā. Et ecce offerebāt ei paraliticū iacētē in lecto. Videns autem iesus fidē illoꝝ: dixit paralitico. Confide fili: remittūtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis: dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset iesus cogitationes eoꝝ: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: remittunt tibi peccata tua: an dicere surge et ambula? Ut aūt sciatis / q̄a filius hois habet potestatē in terra dimittendi pctā: tunc ait paralitico. Surge / tolle lectū tuū et vade in domū tuā. Et surrexit: & abijt in domū suā. Videntes autē turbe timuerunt. Et glorificauerunt deum: qui dedit potestatē talem hoibus. Offr. Si ambulauero Psal.
in medio tribulationis viuificabis me do cxxxvij
mine: et super irām inimicorum meorum extendes manum tuam: et saluū me fecit dextera tua. Secreta.

Deus qui nos per huius sacrificij venerāda commercia vnius sūmeq; diuinitatis participes efficis: pñsta q̄s vt sicut tuam cognoscimus veritatē: sic eā dignis mentibus & moribus assequamur. Per. Cōio. Tu mandasti Psal.
mandata tua custodiri nimis: vtinā dirigantur vie mee / ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōmunio.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati: tuam misericordiam deprecantes: vt dignos nos ei᷒ participatione pficias. Per. ¶ Feria. iiij. Ad tessalonicenses. scđe. ij.

Fratres. State / et tenete ij. Ca.
traditiōes quas didicistis: ij. D.
siue per sermonem / siue per epistolā nostrā. Ipse autem dñs no-

ster iesus christus/et deus/& pater noster qui dilexit nos: et dedit consolationē eternā/et spem bonam i gratia: cōsolet corda vestra/et cōfirmet in omni opere/et sermone
ii.ca. bono. De cetero fratres orate pro
iii.A. nobis: vt sermo dñi currat/et clarificetur vbiq;/sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus est: qui confirmabit vos: et custodiet a malo. Confidimus autem de vobis i dño: quoniam que precipimus: et facitis/et facietis. Dominus autem dirigat corda et corpora vestra/in charitate dei et patientia christi.

¶ Secundum Mattheum. xiij.

ca.iii. I N illo tempore. Accesserūt
E. ad iesum discipuli eius/dicētes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respōdens/ait. Qui seminat bonum semē: est filius hois. Ager autem/est mundus. Bonū vero semen/hi sunt filij regni: zizania autem: filij sunt neq̄. Inimic⁹ autem qui semina-
F. uit ea: est diabolus. Messis vero consummatio seculi est. Messores autem: angeli dei sūt. Sicut ergo colligūtur zizania: et igni comburuntur: sic erit in cōsummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos: et colligēt de regno ei⁹ omnia scandala: et eos qui faciūt iniquitatē. Et mittent eos i caminum ignis: ibi erit fletus/et stridor dentiū. Tunc iusti fulgebunt sicut sol: in regno patris eoꝝ. Qui habet aures audiendi/audiat.

¶ Dñica.xx. post trini. Officium.



Omnia q̄ fecisti nobis domine/in vero iudicio fecisti: quia peccauim⁹ tibi/& mandatis tuis non obediuim⁹ sed da gloriam nomini tuo: et fac nobiscum secundum multitudinē misericordie tue. Ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio. — Dan. iii.C. — Psal. xlvii.

O Mnipotēs et misericors deus: vniuersa nobis aduersātia propiciatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti que tua sunt liberis mētibus exequamur. Per dñm. Ad Ephesios. v.

F Ratres. Uidete itaq; quomodo caute ambuletis: nō quasi insipientes: sed quasi sapiētes. Redimētes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes: sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino/in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto: loquentes vobismetipsis i psalmis/hymnis/et cāticis spiritalib⁹: cantātes et psallentes i cordibus vrīs dño. Gratias agentes semp pro oibus in noie dñi nostri iesu christi: deo et patri. Subiecti inuicem: i timore christi. Gr. Oculi omnium in te sperant domine: et tu das illis escam in tempore oportuno. V. Aperis tu manum tuā: et imples omne aial benedictione. Alleluya. V. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. — ca.v. D. — Psal. cxliiii. Sobrii — Psal. cxxix.

¶ Secundum Mattheum. xxij.

I N illo tēpore. Loquebat iesus cū discipulis suis in parabolis: dicēs. Simile factū est re- — ca.xxii. A

gnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebant venire. Iterum misit alios seruos / dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meũ paraui: tauri mei ꝛ altilia occisa sũt / et oĩa parata / venite ad nuptias. Illi autẽ neglexerũt. Et abierunt / alius in villam suã: alius vero ad negociationẽ suam. Reliqui vero tenuerũt seruos eius: et contumelijs affectos occiderunt. Rex autẽ cum audisset / iratus est: et missis exercitibꝰ suis: ꝑdidit homicidas illos: et ciuitatẽ illorum succendit Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant / nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitꝰ viarum: et quoscũqꝫ inueneritis / vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: cõgregauerunt omnes quos inuenerũt bonos et malos / et iplete sunt nuptie
B. discũbẽtium. Intrauit autem rex vt videret discumbẽtes: et vidit ibi hoiem nõ vestitum veste nuptiali: et ait illi. Amice / quomodo huc intrasti nõ habẽs vestem nuptialẽ? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus ꝛ pedibus eius: mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletꝰ: et stridor dentium. Multi enim sunt vocati /
Psal. pauci vero electi. Offr. Super flumi
cxxxvi na babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui syon. Secreta.

Hec munera qs dñe que oculis tue maiestatis offerimꝰ salutaria nobis esse ꝯcede. Per d.
Psal. Cõio. Memẽto verbi tui seruo tuo domi-
cxviii. ne: in quo michi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. Postcõio.

Tua nos domine medicinalis operatio: et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et tuis semper faciat inherere mandatis. Per. ℂ Feria. iiij. Ad Timotheum. secunde. ij.

Charissime. Cõfortare i gra- ii. cap.
tia que data est tibi in christo iesu: et q̃ audisti a me per multos testes. Hec commenda fidelibus hominibus: qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles christi iesu. Nemo militans deo / implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat / cui se probauit. Nam et qui certat in agone non coronabitur: nisi qui legitime certauerit. Laborantem agri- B
colam: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico / dabit enim tibi dominus: in omnibus intellectum.

ℂ Secundum Lucam. xiiij.

In illo tempore. Dicebat ie- ca. xiiij
sus cuidam principi phari- C.
seorum. Cum facis prandium: aut cenam: noli vocare amicos tuos / neqꝫ fratres tuos: neqꝫ cognatos: neqꝫ vicinos: neqꝫ diuites: ne forte et ipsi te reinuitent: ꝛ fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium: voca pauperes / debiles / claudos / et cecos: et beatus eris / q̃a nõ habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi: in resurrectione iustorum. Hec cum audisset quidam de simul discumbentibus: dixit illi. Beatus qui mãducabit panem in regno dei.

ℂ Dominica. xxj. post trinitatem. Ad missam. Officium.

Dñica. xxi. post trinitatē.

Hester xiiii. D.  In voluntate tua domine vniuersa sūt posita: & nō est qui possit resistere volūtati tue: tu enim fecisti oia/ celum/ & terram: et vniuersa que celi ambitu continentur: dñs vniuersorum
Psal. cxviii. tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Largire q̄s dñe fidelib⁹ tuis/ indulgētiam placatus et pacem: vt pariter ab oībus mūdētur offensis: & secura tibi mente deseruiant. Per. Ad Ephesios. vj.

Capi. vi. B Fratres. Confortamini in dño: et ī potentia virtutis ei⁹. Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qm̄ non est nobis colluctatio aduers⁹ carnē et sanguinem: sed aduersus principes et potestates: aduersus mūdi rectores tenebrarum harum/ contra spiritalia nequitie in celestibus.
C. Propterea accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo: et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: et induti loricam iusticie: et calciati pedes ī preparationē euāgelij pacis. In omnibus sumētes scutum fidei ī quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeā salutis assumite: et gladium spiritus/ quod est verbum
Psal. lxxxix. dei. Gr. Domine refugium factus es nobis: a generatione et progenie. V. Priusq̄ montes fierent: aut formaretur terra: et orbis a seculo et in seculū tu es deus. Alleluya. Vsus Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psalPsal. cxlv. lam deo meo quamdiu ero.

¶ Secundum Joannem. iiij.

Cap. iiii. G. In illo tēpore. Erat quidam regulus: cuius filius infirmabat capharnaum. Hic cū audisset: q̄a iesus adueniret a iudea in galileā: abijt ad eū/ et rogabat eū vt descēderet/ & sanaret filium ei⁹. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa & pdigia videritis: nō creditis. Dixit ad eū regulus. Dñe: descēde priusq̄ moriatur fili⁹ me⁹. Dixit ei iesus Uade fili⁹ tuus viuit. Credidit homo sermoni quē dixerat ei ies⁹: & ibat. Jam aūt eo descēdēte: serui occurrerunt ei/ & nūciauerūt dicētes: q̄a filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerunt ei/ q̄a heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat/ in qua dixit ei iesus: filius tuus viuit: et credidit ipse: et domus eius tota. Offr. Uir erat in terra nomine iob: simplex et rectus ac timens deum/ quem sathan petiit vt tentaret: et data est ei potestas a domino/ in facultate/ et in carne eius: perdiditq̄ omnem substantiam ipsius et filios: carnē quoq̄ eius graui vlcere vulnerauit. Job. i. A.

Secreta.

Celestem nobis prebeant hec mysteria q̄s dñe medicinā & vicia cordis nostri expurgēt. Per.
Cōio. In salutari tuo anima mea: et in verbum tuum speraui: quando facies de persequentibus me iudicium: iniqui persecuti sunt me/ adiuua me domine de⁹ meus. Psal. cxviii.

Postcōio. Ut sacris dñe reddantur digni muneribus fac nos q̄sumus/ tuis semper obedire mādatis. Per dominum

nostrũ iesum christũ. ¶ Feria.iiii. Ad Thessalonicenses. prime.j.

j.Cap. j.B. Fratres. Scientes dilecti a deo electionē vestrã: quia euangeliũ nostrum nõ fuit apud vos in sermone tantum: sed in virtute et in spũ sancto: et in plenitudine multa/ sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et C. vos imitatores mei facti estis et dñi: excipiẽtes verbum in tribulatione multa/ cum gaudio spũs sancti. Ita vt facti sitis forma omnibus credẽtibus: ĩ macedonia: et in achaya. A vobis enim diffamat' est sermo dñi/ non solũ in macedonia ⁊ ĩ achaya: sed in omni loco fides vestra q̃ est ad deum ꝑfecta est ita vt non sit nobis necesse quicq̃ D loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualẽ introitũ habuerimus ad vos: ⁊ quomodo conuersi estis ad dñm a simulachris seruire deo viuo et vero: ⁊ expectare filiũ eius de celis. Quem suscitauit ex mortuis: iesum christũ dñm nostrum.

¶ Secundum Lucam. vj.

Cap. vi.A. In illo tpe. Factum est vt intraret iesus in synagogam/ et doceret: et erat ibi homo: et manus ei' dextra erat arida. Obseruabant aũt scribe et pharisei/ si in sabbato curaret: vt inuenirẽt vnde accusarẽt illum. Ipse vero scieB. bat cogitationes eorũ: et ait hoĩ q̃ habebat manũ aridam. Surge/ ⁊ sta in medio. Et surgẽs/ stetit. Ait autem ad illos iesus. Interrogo vos si licet sabbatis bñfacere/ an male: aiam saluã facere/ an ꝑdere Et circũspectis oib'/ dixit hoi. Extẽde manũ tuam. Et extẽdit. Et restituta est man' ei'. Ipsi aũt repleti sũt ĩsipiẽtia: ⁊ colloq̃bãt adinuicem q̃dnã facerẽt de iesu. ¶ Dñica xxij. post trini. Ad missam. Officiũ



Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit quia apud te ꝓpiciatio est deus israel. ℣s. De ꝓfundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Psal. cxxix. Eodem

Oratio.

Familiam tuam q̃s dñe cõtinua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatib' te protegente sit libera: et in bonis actib' tuo nomini sit deuota Per dominum.

Ad Philippenses. primo.

Fratres. Cõfidimus in domino iesu: quia qui cepit ĩ vobis opus bonum/ ꝑficiet vsq; in diem christi iesu Sicut eñ est mihi iustum hoc sentire pro oib' vobis: eo q̃ habeam vos ĩ corde et in vinculis meis: et in defensione et confirmatione euangelij: socios gaudij mei omnes vos esse. Testis eñ B michi est deus: quomodo cupiam vos oẽs esse ĩ visceribus iesu christi. Et hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abũdet in oĩ sciẽtia: et ĩ omni sensu. Ut ꝓbetis potiora vt sitis sinceres ⁊ sine offensa ĩ diẽ xpi. Repleti fructu iusticie. Per iesum christũ: in gl'iam et laudẽ dei. ca.j.A.

Gr. Ecce q̃ bonum et q̃iocundum: habitare fratres in vnum. ℣s. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbã barbam aaron. Alius ℣s. Mandauit dominus bñdictionem: et vitam vsq; in seculũ. Psal. cxxxii. et oia ista.

Isti duo ℣. dicũt alternis vicib' ꝑ ebdo. quotiẽs de feria agitur: et si

nulla feria per hāc ebdom. ad hoc vacauerit: tunc scōs vᵒ. oīno pter-
Psal. cxlvi. mittatur. Alla. vsᵒ. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.

¶ Secundum Mattheum. xviij.

Capi. xviij. C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini regi q voluit rationem ponere cū seruis suis. Et cū cepisset rationem ponere: oblatᵒ est ei vnᵒ qui debebat ei decem milia talēta. Cum autem nō haberet vnde redderet: iussit eum dñs eius venundari/ et vxorem eiᵒ: et filios: et oīa
D que habebat/ et reddi. Procidens autem seruᵒ ille: rogabat eum/ dicens. Patiētiam habe in me: ꝫ oīa reddā tibi. Misertus autē dñs serui illius/ dimisit eum: et debitū dimisit ei. Egressᵒ autem seruus ille/ inuenit vnum de cōseruis suis/ qui debebat ei centum denarios/ ꝫ tenēs suffocabat eū dicēs. Redde quod debes. Et procidens conseruus eiᵒ: rogabat eum dicens. Patiētiam habe in me: et oīa reddā tibi. Ille autē noluit: sed abijt: et misit eum ī carcerem: donec redderet debitū. Uidentes aūt cōserui eius que fiebāt/ cōtristati sunt valde: et venerunt: et narrauerūt dño suo/ oīa que facta fuerāt. Tunc vocauit illum dñs suus: et ait illi. Serue neq̄ omne debitum dimisi tibi: quoniam rogasti me. Nōne ergo oportuit ꝫ te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius/ tradidit eū tortoribus: quoadusq; redderet vniuersum debitū. Sic ꝫ pater meus celestis faciet vobis: si nō remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Offῑ. Recordare mei dñe omnipotētatui dominās: da sermonem rectū ꝫ bñsonantē in os meum: vt placeant verba mea in conspectu principum. Secreta.

Suscipe dñe propiciᵒ hostias quibus et te placari voluisti/ et nobis salutem potenti pietāte restitui. Per d. Cōio. Dico vobis: gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Postcōio.

Immortalitatis alimoniā/ cōsecuti quesumus dñe: vt quod ore percepimus/ pura mente sectemur. Per dominū nostrū.

¶ Feria. iiij. Ad Romanos. iij.

Fratres. Scimᵒ/ quoniam quecūq; lex loquitur: his q in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur: et subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo Per legem em̄ cognitio peccati. Nūc autem sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege ꝫ prophetis. Iusticia autem dei per fidem iesu christi/ in omnes: et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerūt et egent gloriam dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius: per redemptionem que est ī christo iesu: quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostēsionem iusticie sue: propter remissionem precedētium delictorum: in sustentatione dei: ad ostēsionem iusticie eius in hoc tempore. Ut sit ipse iustus: et iustificans eum qui ex fide est iesu christi.

Capi. iij. C

D.

¶ Secundum Marcum. xj.

Cap. xi.C. IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: quia si quis dixerit huic monti tollere/ et mittere in mare/ et non hesitauerit i corde suo: sed crediderit: quia quodcunq̃ dixerit/ fiat: fiet. Propterea dico vobis. Oia quecunq̃ orantes/ petitis/ credite q̃a accipietis: et eueniēt vobis Et cum stabitis ad orādum: dimittite si quid habetis aduersus aliquem vt ꝫ pater vester qui in celis est/ dimittat vobis peccata vestra. Qđ si vos non dimiseritis/ nec pater vester q̄ in celis est: dimittet vobis pctā vr̃a. ¶ Dñica.xxiij. post trinitatem. Ad missam. Officium

Hiere. xxix.



DIcit dñs/ ego cogito cogitatiões pacis: et non afflictionis: inuocabitis me ꝫ ego exaudiā vos et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Psal. lxxxiiii. Ps. Benedixisti domine terram tuā: auertisti captiuitatem iacob.. Oratio.

DEus refugium nostrum et virtus: adesto pijs ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis/ et presta: vt quod fideliter petim⁹/ efficaciter consequamur. D. Per dominum nostrum iesum christum. Ad Philippenses. iij.

Cap. iii.C. FRatres. Imitatores mei estote: ꝫ obseruate eos qui ita ambulant: sicut habetis formam nostrā. Multi eīn ambulant quos sepe dicebam vobis: nūc autem et flens dico: inimicos crucis christi. Quorum finis interitus: quorum deus venter est: et gloria in cōfusione eorum qui terrena sapiunt. Nostra autem cōuersatio: in celis est. Unde etiam saluatorē expectam⁹ dñm nostrū iesum christum: qui reformabit corp⁹ humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue: secūdū operationē qua possit etiam subijcere sibi oia In xp̄o iesu: dño nr̃o. Gr. Liberasti Psal. xliii. nos dñe ex affligētibus nos: ꝫ eos qui nos oderunt confudisti. ℣ In deo laudabimur Eodem tota die: ꝫ in nomine tuo confitebimur in secula. Alleluya. ℣. Qui posuit fines Psal. cxlvii. tuos pacem: ꝫ adipe frumenti satiat te.

¶ Secundum Mattheum. xxij. ca.xxii B.

IN illo tēpore. Abeūtes pharisei: cōsilium inierūt: vt caperent iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis/ dicentes. Magister/ scim⁹ quia verax es: et viā dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Nō enim respicis personam hoim. Dic ergo nobis: quid tibi videtur? Licet cēsum dari cesari/ an non? Cognita autem iesus nequitia eorū: ait. Quid me tētatis hypocrite? Ostendite michi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. C. Et ait illis ies⁹. Cui⁹ est ymago hec/ et superscriptio? Dicunt. Cesaris. Tunc ait illis ies⁹. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Offr. De Psal. cxxix. profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam. Secreta.

SAcris nos domine ꝗs seruitijs fac intentos: et vt sine vlla tibi offensiōis macula famulemur: quales esse pcipis: ipse nos perfice. Per. Cōio. Amen dico vobis: Marci xi.D. quicquid orantes petitis credite: quia accipietis: et fiet vobis. Postcōio.

Sumpsimus dñe sacri dona mysterij humiliter deprecãtes: vt que in tui commemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiant infirmitatis auxilium Per dominum nostrum iesum.

¶ Feria. iiij Ad Romanos. v.

Capi. v. C. Fratres. Si enim vnius delicto: mors regnauit per vnum: multomagis abundantiã gratie et donationis et iusticie: accipientes in vita regnabunt / per vnum iesum christum. Igitur sicut per vnius delictum in oẽs
D homines in condẽnationem mortis: sic per vni⁹ iusticiam in oẽs homines in iustificationem vite. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores ↄstituti sũt multi: ita et per vnius obeditionem iusti constituuntur multi. Lex enim subintrauit: vt abundaret delictũ Ubi autem abundauit delictum: superabundauit ⁊ gratia: vt sicut regnauit peccatum i mortem: ita et gratia regnet per iusticiam i vitam eternam Per iesum christum dominum nostrum.

¶ Secundum Matheum. xvij.

Caꝑ. xvii D In illo tempore. Cum venisset iesus et discipuli eius capharnaum: accesserũt qui didragmam accipiebãt ad petrum: et dixerunt ei. Magister vester non soluit didragmam? Ait. Etiam. Et cum intrasset domum: preuenit eũ iesus dicens. Quid tibi videtur symon? Reges terre a quibus accipiũt tributũ vel cẽsum: a filijs suis / an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filij. Ut aũt nõ scandalizemus eos: vade ad mare / et mitte hamũ: et eum piscẽ q primus ascẽderit / tolle: et aperto ore eius: inuenies staterẽ. Illum sumẽs da eis: pro me et te. ¶ Dñica. xxiiij. post trinitatem. Ad missam. Officium

Dicit dñs / ego cogito cogitationes pacis / ⁊ non afflictionis: inuocabitis me et ego exaudiã vos et reducam captiuitatem vestram de cũctis locis. ps. Hiere. xxix.
Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob. Psal. lxxxiiii

Oratio.

Absolue q̃s dñe tuorũ delicta populorũ: et a peccatorum nostrorũ nexib⁹ / q̃ pro nostra fragilitate cõtraximus / tua benignitate liberemur. Per dominũ.

Ad Colossenses. primo.

Fratres. Nõ cessamus pro vobis orantes ⁊ postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis dei / in oĩ sapiẽtia et intellectu spirituali: vt ambuletis digni deo per oĩa placentes. In omni opere bono fructificãtes: et crescẽtes i sciẽtia dei. In omni virtute ↄfortati: scdm potẽtiam claritatis ei⁹. In oĩ patiẽtia: et lõganimitate cum gaudio. In xp̃o iesu: dño nostro. Gr. Liberasti nos dñe ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderũt confudisti. V. In deo laudabimur tota die: et nomini tuo confitebimur in secula. Alleluya. V. Dñe deus meus in te speraui saluum me fac: ex oĩbus ꝑsequẽtibus me: ⁊ libera me. ¶ Scdm Matheum. ix.

ca. i. B. D. Psal. xliiii. Psal. vii.

In illo tpe. Loquẽte iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit: et adorauit eũ dicẽs. Dñe Caꝑ. ix: C.

filia mea modo defũcta est: sed veni / impone manũ tuam super eã/ et viuet. Et surgens iesus / sequebatur eum: et discipuli eius. Et ecce mulier / que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro: et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At iesus conuersꝰ et videns eam/ dixit. Confide filia fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora.

psal. cxxix. Offer. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meã. Secreta

Purificet nos dñe q̃s muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatione perficiat. Per. Cõio. Amẽ dico vobis/ quicquid orantes petitis credite: quia accipietis: et fiet vobis. (Marci xi. D.) Postcõio.

Sumentes dñe dona celestia q̃s: vt non nobis prouenire ad iudicium patiaris: qđ fidelibꝰ tuis ad remediũ puidisti. Per do.

¶ Feria. iiij. Ad Corinthios. j. x.

I. Cor. x. E. Fratres. Nolo fieri vos socios demoniorum. Nõ potestis calicẽ dñi bibere: et calicẽ demoniorũ. Non potestis mense dñi participes esse/ et mẽse demonioꝝ. An emulamur dominũ? Nũquid (F.) fortiores illo sumus? Oĩa mihi licent: sed nõ omnia expediũt. Omnia mihi licent: sed non omnia edificant. Nemo quod suum est/ querat: sed qđ alteriꝰ. Omne quod in macello venit / manducate/ nichil interrogantes propter conscientiã. Dñi est terra / et plenitudo eius. (G) Si quis vocat vos infidelium ad cenã: et vultis ire: omne qđ vobis apponitur manducate: nihil interrogantes / propter conscientiam. Si quis autem dixerit/ hoc immolatum est ydolis: nolite manducare propter illum qui manducauit et propter conscientiam. Conscientiam autem dico: nõ tuã: sed alterius. Ut quid libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si enim ego cum gratia participo: qđ blasphemor/ pro eo q̃ grãs ago? Siue ergo manducatis siue bibitis: vel aliud qđ facitis: oĩa i gl'iam dei facite. ¶ Scdm Mattheum. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Homo quidam (ca. xxi. C.) habebat duos filios: et accedens ad primũ / dixit. Fili. Uade hodie operari in vineam meam. Ille autem respõdens/ ait. Nolo. Postea autem penitẽtia motus/ abijt. Accedens autem ad alterum: dixit: similiter. At ille respondens/ ait. Eo dñe: et non iuit. Quis ex duobus fecit volũtatem patris? Dicũt ei. Primus. Dixit illis iesus. Amen dico vobis: quia publicani ⁊ meretrices precedent vos in regno dei. Uenit enim ad vos ioannes in via iustitie: ⁊ non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Uos autem videntes: nec penitentiã habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi / audiat. ¶ Dñica proxima ante aduẽtũ. Ad missam. Officiũ/



Dicit dñs/ ego cogito cogitatiões pacis et non afflictionis: inuocabitis me ⁊ ego exaudiã vos et reducã captiui (Hiere. xxix. C)

tatem vestram de cũctis locis. ps.
Psal. lxxxvii Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Gloria. Oratio.

Excita qs dñe tuoꝝ fidelium volũtates: vt diuini operis fructum propensius exequentes: pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dominum nostrum.

Lectio Hieremie prophete. xxiij.

Capi. xxiii. C Ecce dies veniunt dicit dñs: et suscitabo dauid germen iustum: et regnabit rex: et sapiens erit: et faciet iudicium ꝛ iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda: et israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eũ/ dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt: dicit dominus: et nõ dicẽt vltra viuit dñs/ q̃ eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dñs qui eduxit: et adduxit semẽ dom⁹ isrl' de terra aquilonis: et de cunctis terris ad quas eiece ram eos illuc. Et habitabunt in terra sua: dicit dñs omps. Gr.

Psal. xliii. Liberasti nos domine ex affligẽtibus nos et eos qui nos oderunt confudisti. ỽs⁹. In Eodem deo laudabimur tota die: ꝛ nomini tuo cõ Psal. ci fitebimur in secula. Alleluya. ỽ. Timebunt gẽtes nomen tuum dñe: et omnes reges terre gloriã tuã. Per ebdo. qñ de Psal. feria agit / ỽz istũ Alla. ỽ. In exi cxiii. tu israel de egypto: domus iacob de populo Psal. barbaro. vel Alleluya. ỽs⁹. Confitecxxxvii bor tibi domine in toto corde meo: et in conspectu angelorum psallam coram te.

Secundum Joannem. vj.

Cap. vi. A. In illo tpe. Cũ subleuasset oculos ies⁹: ꝙ vidisset quia multitudo maxima venit ad eum dixit ad philippum. Unde emem⁹ panes: vt mãducẽt hi? Hoc autem dicebat: tentans eum. Ipse enim sciebat/ quid esset factur⁹. Respõdit ei philippus. Ducentorũ denariorum panes nõ sufficiũt eis: vt vnusquisꝙ modicũ quid accipiat. Dixit ei vn⁹ ex discipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic: qui habet quinꝙ panes ordeaceos: et duos pisces. Sed hec / quid sunt inter tantos? Dixit ergo iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum ĩ loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quinꝙ milia. Accepit ergo iesus panes: et cum gratias egisset: distribuit discumbẽtibus. Similiter et ex piscibus/ quantum volebant. Ut autem impleti sũt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta/ ne pereant. Collegerunt ergo et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum/ ex quinꝙ panibus ordeaceis et duobus piscibus/ que superfuerunt his qui mãducauerãt. Illi ergo homines cũ vidissent ꝙ fecerat signum / dicebant: quia hic est vere propheta: q̃ venturus est in mundum. Offer.

De profũdis clamaui ad te domine: domi- Psal. ne exaudi vocem meam. Secreta. cxxix.

Sacrificium tibi dñe celebrãdum placat⁹ intende: quod et nos a vicijs nostre conditionis emundet: et tuo nomini reddat acceptos. Per dñm. Cõio. Amẽ dico vo- Marci. xi. C. bis quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. Postcõio.

Animę nostre q̃sum⁹ omnipotẽs deus diuino munere satiate hoc pascantur desiderio: vt a tuo spũ inflammati/ ante

conspectū venientis christi filij tui
velut clara luminaria: fulgeamus.
Per eundem. In vnitate eiusdem.
¶ Cum prolixum fuerit tēpus in-
ter inceptionem hystorie Deus oim.
et aduentum dñi/officiū Dicit dñs.
per tres dñicas cantet/vt su. nota
tum est. Cū vero breue fuerit tem-
pus/semper proxima dñica ante
aduentū quādo de dñica agitur/
cātetur Dicit dñs: cum oratione
Excita qs dñe. Epistola. Ecce di-
es veniūt. Euāgelium. Cum sub-
leuasset. Si vero dñica non vaca-
uerit: tūc in ferijs primo loco per
ebdomadā cantetur. Cetere vero
dominice q̄ remanserint in feriali
bus diebus cantent. ¶ Feria. iiij.
quattuor tēporum mensis septem
bris. Ad missam Officium.
Psal. lxxx. Exultate deo adiutori
nostro: iubilate deo ia-
cob: sumite psalmum
iocundum cum cytha-
ra: canite initiū men-
sis tuba: quia preceptū in israel est:
Eodem et iudiciū deo iacob. Ps. Testimoni-
um in ioseph posuit illud: cum exiret de
terra egypti. Non dr vlterius. Oro
sine Dñs vobiscum. sed tantum
cum Oremus. Oratio.
Misericordie tue remedijs
quesumus dñe fragilitas
nostra subsistat: vt que sua cōditi-
one atteritur/tua clementia repa
retur. Per dominum nostrum.
Lectio Amos prophete. ix.
Cap. ix. D. Hec dicit dñs. Ecce dies ve-
niunt: et comprehendet ara
tor messorē: et calcator vue mittē
tem semen. Et stillabunt montes
dulcedinē: et oēs colles culti erūt.

Et conuertā captiuitatem popu-
li mei israel: et edificabunt ciuita
tes desertas: et habitabūt in eis.
Et plantabunt vineas: et bibent
vinū earum. Et facient ortos: et
comedēt fructus eorū. Et planta-
bo eos super humū suam: et non
euellā eos vltra de terra sua: quā
dedi eis. Dicit dñs/oipotēs. Gr.
Venite filii audite me: timorem dñi do Psal.
cebo vos. V. Accedite ad eum et illumi- xxxiii.
namini: et facies vestre non confundentur.
Nō repetatur grad. hic dr Dñs vo-
biscum. et Oremus. Oratio.
Presta qs dñe familie tue
supplicāti: vt dum a cibis
corporalibus se abstinēt: a vicijs
quoque mente ieiunent. Per dñm.
Hic dicuntur memorie consuete.
Lectio libri Esdre. secunde. viij.
In diebus illis. Congrega- ii. Ca.
tus est ois populus: quasi viii. A.
vir vnus ad plateā/que est ante
portam aquarum. Et dixerūt esdre
scribe: vt afferret librū legis moy-
si quā precepit dñs israeli. Attu-
lit aūt esdras sacerdos librū corā
multitudine virorū ac mulierum
cūctisque qui poterant intelligere:
in die prima mēsis septimi. Et le-
git in ore aperte in platea/q̄ erat
ante portam aquarum/a mane vsque
ad mediam diē: in conspectu viro-
rum ac mulierū et sapiētiū. Et au
res omnis populi erant erecte ad
librū. Stetit autē esdras scriba/
super gradum ligneū quem fece-
rat ad loquendū: et steterūt iuxta
eum. Et aperuit esdras librū co- B
ram omni populo: super vniuer-
sum quippe populum eminebat.
Et cum aperuisset eum: stetit om-

nis populus: et benedixit esdras
dño deo voce magna. Et respon-
dit omnis populus/amen. Eleuan-
tes aūt omnes populi manus su-
as/incuruati sunt: et adorauerūt
deum proni in terram. Porro leui
te silentium faciebant in populo:
ad audiendam legem. Populus au
tem stabat in gradu suo. Et lege-
runt in libro legis dei: distincte et
aperte ad intelligendum: et intellexe-
runt cum legeretur. Dixit aūt nee
C mias et esdras sacerdos et scriba/
et leuite interpretantes uniuerso
populo. Dies sanctificatus est do-
mino deo nostro: nolite lugere/et
nolite flere. Flebat eni omnis po-
pulus/cum audiret verba legis.
Et dixit eis. Ite/et comedite pin-
guia: et bibite mulsum/et mittite
partes eis q̄ nō prparauerint sibi:
quia sanctus dies dñi est: et nolite
contristari. Gaudium etenim dñi
Psal. est fortitudo vestra. Gr. Quis sicut
cxii. dñs deus noster qui in altis habitat: & hu-
Eodem milia respicit in celo et in terra. V. Su-
scitans a terra inopē: et de stercore erigens
pauperem. Repetatur grad.

C Secundum Marcum. ix.

ca.ix.C In illo tempore. Respōdens
vn⁹ de turba: dixit ad iesum
Magister Attuli filium meum ad
te habentem spiritum mutum qui
vbicunq̄ eum apprehenderit: alli-
dit eum/et spumat: et stridet denti
bus & arescit. Et dixi discipulis tu
is: vt eijcerent illū: et nō potuerūt.
Qui respondens eis/dixit. O ge-
neratio incredula: quādiu apud
vos ero: q̄diu vos patiar? Affer-
te illum ad me. Et attulerūt eum.
Et cum vidisset eum: statim spiri-
tus cōturbauit eum. Et elisus in
terrā: volutabat spumans. Et in-
terrogauit patrē eius. Quantum
temporis est/ex quo ei hoc accidit? D
At ille ait. Ab infantia. Et frequē
ter eum in ignem & in aquam misit/
vt eum perderet. Sed si quid po-
tes/adiuua nos: misertus nostri.
Jesus autem ait illi. Si potes cre-
dere: oīa possibilia sunt credenti.
Et cōtinuo exclamans pater pue-
ri: cū lachrymis aiebat. Credo do-
mine: adiuua incredulitatē meam.
Et cum videret iesus concurren-
tem turbam: comminat⁹ est spiri-
tui immundo/dicens illi. Surde/
et mute spiritus: ego tibi precipio/
exi ab eo: et amplius ne introeas
in eum. Et clamans: & multū dis-
cerpēs eum: exijt ab eo. Et factus
est sicut mortuus: ita vt multi di-
cerēt: quia mortuus est. Jesus au
tem tenēs manum eius/eleuauit
eum: et surrexit. Et cum introisset
in domum: discipuli ei⁹ secreto in-
terrogabāt eum. Quare nos non
potuimus eijcere eum? et dixit il-
lis. Hoc genus in nullo potest exi-
re: nisi in oratiōe et ieiunio. Offr.
Meditabor in mādatis tuis que dilexi val Psal.
de: et leuabo manus meas ad mādata tua cxviii.
que dilexi. Secreta.

Deus q̄ de his terre fructi-
bus tua sacramēta cōsta-
re voluisti: presta q̄s: vt per hec opē
nobis et presentis vite conferas: &
eterne. Per dominum nostrum ie.
Cōio. Comedite pinguia/et bibite mul- Neem.
sum: et mittite partes eis qui non prepara viii.C.
uerant sibi: sanctus enim dies domini est/
nolite contristari gaudium etenim domini
est fortitudo vestra. Postcōio.

Sumētes dñe dona celestia/ suppliciter depcamur: vt q̄ sedula seruitute donāte te gerim⁹ dignis sensib⁹/ tuo munere capiamus. Per dominum. ¶Feria.vj. quattuoꝛ tempoꝛum. Officium.

Psal. ciiii. Letetur coꝛ q̄rētiū dñi: querite dñm ⁊ ɔfirmamini: q̄rite faciē ei⁹ sēper.
Eodem ps. Cōfitemini dño: et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Oratio.

Presta q̄s oīpotēs deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes ⁊ coꝛpore tibi placeamus et mente. Per.

Lectio Osee prophete. xiiij.

Cap. xiiii. B Hec dicit dñs. Conuertere israel ad dñm deum tuum: quia coꝛruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba: et cōuertimini ad dominū ⁊ dicite ei. Omnem aufer iīquitatem/ ⁊ accipe bonum/ et reddemus vitulos labioꝛum nostroꝛū. Assur nō saluabit nos. Super equum non ascendemus: neq̄ dicemus vltra/ dij nostri opera manuū nostrarū: quia eius qui in te est misereberis populi. Sanabo cōtritiones eoꝛum diligam eos spōtanee: quia auersus est furoꝛ me⁹ ab eis. Ero qua-
C. si ros: et israel germinabit sicut lilium. Et erumpet radix ei⁹: vt libani erunt rami eius. Et erit quasi oliua gloꝛia eius: ⁊ odoꝛ eius vt libani. Conuertentur sedentes in vmbꝛa eius: viuent tritico: et germinabunt quasi vinea. Memoꝛia-
D le eius/ sicut vinum libani. Ego exaudiam ⁊ dirigā eum: ego vt abietem virentem/ ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens/ et intelliget ista: intelligens: et sciet hec? Quia recte vie dñi: et iusti ambulabunt in eis. Gr. Conuertere dñe ali- Psal.
quātulū: ⁊ depꝛecare sup seruos tuos. V⁹. lxxxix.
Domine refugium factus es nobis: a ge- Eodem
neratione et progenie. Repetatur Gr.

¶Secundum Lucam. vij.

In illo tempoꝛe. Rogabat Ca. vii
iesum quidam pharise⁹: vt F.
manducaret cum illo. Et ingressus domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat ī ciuitate peccatrix: vt cognouit q̄ iesus accubuit in domo pharisei/ attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes domini: lachꝛymis cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se/ dicens. Hic si esset prophēta: sciret vtiq̄ q̄ et qualis est mulier que tangit eū. quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illum. Symon/ habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respondit ei iesus. Duo debitoꝛes erant cuidam feneratoꝛi/ vnus debebat denarios quingentos: et alius quinqua-
ginta. Non habentibus illis vnde G.
redderent: donauit vtrisq̄. Quis ergo eum plus diligit? Respondens autem symon/ dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem/ dixit symoni. Uides hanc mulierem. Intraui ī domum tuam: aquam pedib⁹ meis non dedisti. Hec autem lachꝛymis rigauit pedes meos: et capillis su

is tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intraui / nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autē vnguento / vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa / quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam dñs. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperūt qui simul discūbebant: dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autē ad mulierē. Fides tua te saluam fecit: vade ī pace. Offr.

Psal. ciii. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci oēs retributiones eius: ꝛ renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

ACcepta tibi sint dñe q̄s nostri dona ieiunij: que nos et expiando tua gr̄a dignos efficiant: ꝛ ad sempiterna promissa perducant. Per. Cōio.

Psal. cxviii. Aufer a me opprobrium et contemptum: quia mandata tua exquisiui domine: nā et testimonia tua meditatio mea est. Postcōio.

QUesumus omnipotens deus / vt de perceptis muneribus gratias exhibentes beneficia potiora sumamus. Per dominū.

¶ Sabbato. iiij. tēpor. Officium.

Psal. xciiii.



Enite adorem⁹ deum et procidam⁹ ante dominum: ploremꝰ ante eum qui fecit nos / quia ipse est dñs deus noster. ps. Uenite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Eodem. Oēs orationes preter vltimā / dicūtur sine Dñs vobiscum. sed tm̄ cū Orem⁹. Oro.

OMnipotens sempiterne deus: qui per continentiam salutarem: et corporibus mederis ꝛ mentibus: maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus: ꝛ presentia nobis subsidia prebeas / et futura. Per. Omnes lectiōes cum suis titulis legantur. Discurrant lectiones et grad. hincinde vt supra in quattuor tēporibus aduentus dñi. Lectio libri Leuitici. xxiij.

Cap. xxiii. IN diebus illis. Locutus est dominus ad moysen / dicēs. Decimo die mensis huius septimi: dies expiationum erit celeberrimus: et vocabitur sanctus. Affligetisq; animas vestras in eo: et offeretis holocaustum dño. Omne opus seruile non facietis in tēpore diei huius: quia dies expiationis est: vt propicietur vobis dominus deus vester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis Et que operis quippiam fecerit: delebo eam de populo suo. Nichil ergo operis facietis ī eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus et habitationib⁹ vestris. Sabbatum requietiōis est: affligetisq; animas vestras. Die nono mensis hui⁹ / a vespere vsq; ad vesperum celebrabitis sabbata vestra. Dicit dñs omnipotēs. Gr.

Psal. lxxviii. Propicius esto domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes vbi est deus eorum. Vsus. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Eodem. Non repetatur gr.

DA nobis quesum⁹ (Oro. omnipotens deus: vt ieiunando tua gratia satiemur: ꝛ abstinendo cunctis efficiamur hosti-

bus fortiores. Per dñm nostrum.

Lectio libri Leuitici. xxiii.

Cap. xxiii. F. In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens Quintodecimo die mensis septimi/ quando congregaueritis omnes fructus terre vestre: celebrabitis ferias domini/ septem diebus. Die primo / et die octauo erit sabbatum/ id est requies. Sumetisq; G. vobis die primo: fructus arboris pulcherrime: spatulasq; palmarum: et ramos ligni densarum frondium: et salices de torrente: & letabimini coram domino deo vestro: celebrabitisq; solennitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis: et habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere israel est/ manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestris: q in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cum educerē eos de terra egypti Ego dominus deus vester. Gr. Protector noster aspice deus & respice super seruos tuos. ℣sus. Domine deus virtutum: exaudi preces seruorum tuorum. Oratio. (Psal. lxxxiii. Eodem)

Da quesumus dñe fidelib' tuis beneficijs gratulari suppliciter imploratis: et qui ieiunijs te venerātur exhibitis/ bonorum tuorum copijs impleātur. Per.

Lectio Michee prophete. vii.

Preueniat nos q̄s dn̄e gratia tua semp et subsequat: et has oblationes quas ꝑ petis nr̄is noī tuo cōsecrādas offerimꝰ / benignus assume: vt p itercessionē sanctorū martyrū tuorū marci et marcelliani: cunctis proficiat ad salutem. Per. Cōio. Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis / mihi fecistis venite benedicti patris mei: possidete preparatū vobis regnū ab initio seculi. Postcō.

Uexcepta nos domine sancta viuificent: sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani merita gloriosa nos adiuuent. Per dominū. Sanctorum geruasij et ꝓthasij. Ad missā. Offi.

p. lxxx iiii. LOquet dñs pacem in
plebẽ suã / et sup sctõs
suos: et in eos qui con
uertuntur ad ipsum.
Lodc. Ps. Benedixisti dñe terram
tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Oratio.
DEus qui nos annua sctõrũ
martyrũ tuorũ geruasij / et
prothasij solennitate letificas: cõ
cede ppicius: vt quorũ gaudemus
meritis: accẽdamur exẽplis. Per.
¶ Ad Romanos. viij.
ca. viij F. FRatres. Scimus qm̃ dili-
gentibus deũ oĩa cooperã-
tur i bonum: his qui secũdũ ppo-
situm vocati sũt sancti. Nã quos
presciuit: et predestinauit confor-
mes fieri imaginis filij sui: vt sit
ipse primogenitus in multis fra-
tribus. Quos autẽ predestinauit:
hos et vocauit. Et quos vocauit:
hos et iustificauit. Quos autẽ iu-
stificauit: illos et magnificauit.
Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si de-
us p nobis: quis contra nos? Qui
etiam proprio filio suo non peper-
cit: sed pro nobis omnibus tradi-
Exodi. dit illum. Gr. Gloriosus deus i sanctis
xv. A. mirabilis i maiestate faciens prodigia. V.
Psal. Dextera tua dñe glorificata est i virtute:
cxvii. dextera manus tua confregit inimicum.
Alleluya. V. Sancti et iusti i dño gau
dete / vos elegit deus in hereditatem sibi.
¶ Secundum Marcum. xiij.
Cap. IN illo tpe. Egrediente iesu
iii. A. de tẽplo / ait illi vnus ex disci
pulis suis. Magister / aspice qua-
les lapides et quales structure. Et
respondens iesus / ait illi. Vides
has omnes magnas edificatiões.
Nõ relinquetur lapis sup lapidẽ:
qui non destruat. Et cũ sederet in
monte oliuarũ contra tẽplũ: inter
rogabant eũ separatim petrus / et
iacobus / et ioannes / et andreas.
Dic nobis quando ista fient: et qđ
signũ erit quãdo hec oĩa incipient
cõsummari? Et respõdẽs iesus / ce-
pit dicere illis. Uidete ne quis vos
seducat. Multi enĩ venient in noĩe
meo dicẽtes / quia ego sum: et mul
tos seducẽt. Cum autẽ audieritis
bella / et opiniones bellorum: ne ti-
mueritis. Oportet enĩ hec fieri sed
nondũ finis. Exurget enĩ gens cõ-
tra gentem / et regnũ super regnũ:
et erunt terremotus per loca: et fa
mes. Initium dolorũ hec. Uidete
autẽ vosmetipsos. Tradent enim
vos in cõcilijs / et in synagogis va-
pulabitis: et ante presides et reges
stabitis pter me: in testimonium
illis. Et in oẽs gentes primũ opor-
tet predicari euangeliũ. Et cũ du-
xerint vos tradentes: nolite preco-
gitare quid loquamini: sed quod
datum fuerit vobis i illa hora: id
loquamini. Nõ enim vos estis lo-
quẽtes: sed spiritus sanctus. Tra-
det autem frater fratrẽ in mortẽ:
et pater filium: et cõsurgẽt filij in
parentes: et morte afficiẽt eos. Et
eritis odio omnib⁹ propter nomẽ
meum. Qui autem sustinuerit in
finem: hic saluus erit. Offr. Leta- Psal.
mini in domino et exultate iusti: et gloria- xxxi.
mini omnes recti corde. Secreta.
HOstias tibi dñe laudis offe
rimus: quas beatis mar-
tyribus tuis geruasio et prothasio
cõtulisti: vt et p tuo noĩe mori non
pauerẽt: et sempiterna gloria ful-
geant iterempti. Per. Coio. Posue- Psal.
rũt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas vola- lxxviii.

tilibus celi: carnes sanctorum tuorū bestiis terre: scd̄m magnitudinē brachii tui/ posside filios morti punitorum. Postcōio.

Benedictio tua domine quesumus per hec sancta mysteria tuorum impleat corda fideliū/ vt et sanctorū martyrū tuorū geruasij et prothasij honorificent passiones: & remedia salutis eterne q̄ expetunt/ eisdem patrocinātibus assequantur. Per dominum.

¶ In trāslatiōe scti Edvvardi regis et mar. Ad missam. Officium.



psal. viii. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum sup opera manuum tuarū. ps. Dn̄e

Eodē. dominus noster: q̄ admirabile est nomē tuum i vniuersa terra. Oro.

Deus eterni triūphator imperij: familiā tuā propici⁹ respice/ trāslationē regis celebrantem edvvardi: et presta: vt sicut illum munere glorificare dignaris celesti: ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi Per dn̄m. Epistola. Beatus vir q̄

ps. xx. inuentus. In cōi fol. iiij. Gr. Posuisti dn̄e sup caput eius: coronā de lapide p̄cioso. V. Desideriū aie eius tribuisti ei: & volūtate labiorum eius non fraudasti eū.

Iaco. j B. Alleluya. V. Beatus vir q̄ suffert temptationem: q̄m cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Si fiant. ix. lec. dicitur Sequentia O rganicis canam⁹. In cōi fo. iiij. Euang. Siqs venit

ps. xx. ad. In cōi fo. v. Offr. Posuisti domine i capite eius coronam de lapide precioso vitā petiit a te: & tribuisti ei alla. Secre.

Intuere q̄s dn̄e deus ad nostre humilitatis hostiā tibi in honore sācti martyris tui ac regis edvvardi oblatam quā tibi sacram oblationē mirabili dispensatione efficere voluisti: et cōcede nobis illi⁹ precib⁹ ita innocēter viuere: vt ad eterna mereamur gaudia puenire. Per. Cōio Qui vult venire post me/ abneget semetipsum: et tollat crucem suam et sequatur me. Postcōio. Math. xv. D.

Sancta tua nos dn̄e sumpta purificēt: et beato martyre tuo ac rege edvvardo intercedēte/ ad perpetue beatitudinis cōsortiū perducāt. Per dn̄m. ¶ Sancti Albani prothomartyris anglorum.



In virtute tua dn̄e letabitur iust⁹: & sup salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime ei⁹ tribuisti ei. ps. Qm̄ p̄uenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Oratio. ps. xx. Eodē.

Deus qui hunc diē beati albani martyrio consecrasti: tribue quesum⁹: vt cuius annuo gratulamur officio: eius cōtinuo foueamur auxilio. Per dominū.

¶ Lectio libri sapientie. iiij.

Iustus si morte p̄occupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus em̄ venerabilis est nō diuturna: neq̄ numero annorū cōputata. Cani autē sunt sensus hois: et etas senectutis vita imaculata Placens deo factus dilectus: et viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectū illi⁹: aut ne fictio deciperet animā illius. Consummatus i breui/ expleuit tempora multa. Placita enim erat deo aia illi⁹. Propter hoc/ properauit educere ca. iiii. D

illum de medio iniquitatis: quo-
niã gratia dei / et misericordia est
in sanctos eius: et respectus in ele-
Psal. ctos illius. Grad. Beatus vir qui ti-
cxi. met dominum: in mandatis eius cupit ni-
Eodem mis. Vs. Potens in terra erit semen eius:
generatio rectorum benedicetur. Alle-
ps. xx. luya. Vsus. Posuisti dñe sup caput eius
coronam de lapide precioso. Sequentia.

Eya gaudens caterua ouan-
ter eya. Pange sonora do-
mino cantica illius: et enarra ma-
gnalia. Ex toto corde / ex tota vir-
tute / ex tota anima / christo iubila.
Qui est sanctorũ vita / virtꝰ / glo-
ria / premium corona. Cuius pie-
tas larga: comit aurea albanum
laurea. Cuius precellens gratia
expurgauit eius crimina. Eius
et cornu p secla: exaltat in magna
glia. Cum eũ prepisset diuina mu-
nera. Sancte religiõis dona my-
stica. Aspernãs idolatrã regem /
spernit idola. Et cũ iã duceretur
mortis ad supplicia. Prece fugãs
flumina. Per fluuij glareas: sicca
trãsiuit semita. Pari quoq; gra-
Grata fontis munera: terra pro-
duxit arida. Post hec inclyta al-
bane pater opera. Linquens hec
terrestria. Scãdis cũ glia: celorũ
ditissima. Te nũc petimꝰ patro-
ne prece sedula. Qui es nr̃a vera
gloria. Solue precum votis ser-
uorum scelera. Exora pro gente
anglica: et pro eius pace eterna.
Ter dicitur h. predictus. Et no-
bis tibi supplicibus: vite vera im-
petra gaudia. Ubi sonat iugiter
alleluya. Euangelium. Si quis
ps. xx. vult post me. In cõi fol. b. Offr. In
virtute tua dñe letabitur iustus: et sup sa-
lutare tuum exultabit vehementer: deside-
rium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Sicut in beati albani marty-
ris tui veneratione te mira-
bilem predicamus: sic domine cle-
mentiam tuam / per hec pie placa-
tionis officia: pro nobis qs ipse pꝰ
interuentor existat. Per dominũ.
Cõio. Magna est gloria eius in salutari ps. lxx
tuo: gloriam et magnum decorem impones viii.
super eum domine. Postcõio.

Ut tua nos dñe sacramẽta
purgẽt a crimine: sanctam
maiestatem tuã quesumus beatꝰ
martyr albanꝰ semp iplore. Per.
¶ In vigilia scti Joannis bapti.

Ne timeas zacharia: et Luc.
audita est oratio tua: i. A.
et elizabeth vxor tua /
pariet tibi filiũ: et vo-
cabis nomẽ eius ioan-
nem: et erit magnus corã domi-
no: et spiritu sancto replebitur ad-
huc ex vtero matris sue: et multi i
natiuitate eiꝰ gaudebunt. Ps. Dñe ps. xx.
in virtute tua letabitur rex: et super salu-
tare tuum exultabit vehemẽter. Oratio.

Presta qs ops deus: vt fami-
lia tua per viam salutis in-
cedat: et beati ioannis christi pre-
cursoris hortamenta sectando / ad
eũ quẽ predixit / secura perueniat
dñm nostrũ iesum christũ filium
tuum. Qui tecum viuit. ¶ Memo-
ria de sancta Etheldreda. Oratio.

Deus qui nos hodie beate
etheldrede virginis tue an-
nua solennitate letificas: concede
propicius: vt eius adiuuemur me-
ritis cuius castitatis irradiamur
exemplis. Per dominum.
¶ Lectio Hieremie prophete. i.

Cap. i. A. In diebus illis. Factum est
verbum dñi ad me / dicens.
Priusq̄ te formarem i vtero / noui
te: et anteq̄ exires de vulua sancti
ficaui te: et prophetam i gentibus
dedi te. Et dixi. A a a dñe de⁹. Ec
ce nescio loqui: quia puer ego sum
Et dixit domin⁹ ad me. Noli dice
re q̄a puer sum: q̄m ad om̄ia q̄ mit
tam te / ibis: et vniuersa que man
dauero tibi / loqueris. Ne timeas
a facie eorũ: quia ego tecũ sum vt
eruam te / dicit dñs. Et misit domi
nus manũ suã ⁊ tetigit os meum.
Et dixit ad me. Ecce dedi v̄ba mea
in ore tuo. Ecce constitui te hodie
super gentes: et sup regna: vt euel
las / et destruas / et disperdas: ⁊ dis
sipes / et edifices / et plantes. Dicit
Joan. i. B. dominus omnipotens. Gr. Fuit ho
mo miss⁹ a deo: cui nomē erat ioannes hic
venit. V. Ut testimonium perhiberet de lu
mine: et parare dño plebem perfectam. Si
Luc. i. dñica fuerit V. Alla. V. Tu puer
p̄pheta altissimi vocaberis: p̄ibis ante do
minum parare vias eius. ¶ Initiũ sctī
euangelij Secundum Lucam. i.
ca. i. A. Fuit i diebus herodis regis
iudee sacerdos q̄dam noie
zacharias / de vice abia ⁊ vxor illi⁹
de filiabus aarõ: et nomē eius eli
zabeth. Erant aũt iusti ambo an
te deum: incedētes in oībus man
datis ⁊ iustificatiōib⁹ dñi sine que
rela. Et nõ erat illis fili⁹: eo quod
esset elizabeth sterilis: ⁊ ambo pro
cessissent in dieb⁹ suis. Factum est
autem cũ sacerdotio fungeref za
charias i ordine vicis sue ante de
um / secũdum cõsuetudinem sacer
dotij: sorte exiit vt incensum pone
ret ingressus in templum domini.
Et omnis multitudo populi: erat
orans foris hora incẽsi. Apparuit
autē illi angelus dñi / stans a dex
tris altaris incensi. Et zacharias
turbatus est vidēs / et timor irruit
super eũ. Ait autē ad illum ange
lus. Ne timeas zacharia: quoniã
exaudita est dep̄catio tua: et vxor
tua elizabeth pariet tibi filium: et
vocabis nomen eius ioannem. Et
erit gaudiũ tibi ⁊ exultatio: ⁊ mul
ti in natiuitate eius gaudebunt.
Erit eñ magn⁹ coram dño: vinũ ⁊
siceră non bibet. Et spiritu sancto
replebitur adhuc ex vtero matris
sue ⁊ multos filiorũ israel: conuer
tet ad dñm deum ipsorũ. Et ipse p̄
cedet ante illũ in spiritu et virtute
helye: vt conuertat corda patrum
in filios: et incredulos ad pruden
tiam iustorum Parare dño: plebē
perfectam. Offr. Gloria et honore co Psal.
ronasti eum: ⁊ constituisti eum super opera viii.
manuum tuarum domine. Secreta.
Da quesum⁹ oīpotens deus
vt sicut btūs ioannes bap
tista astruxit: agnus ille tuus qui
presentib⁹ mysterijs declarat⁹ est:
p̄ctã nr̄a semp emundet. Qui tecũ.
¶ Alia secreta de sctã Etheldreda
Que in hoc altari dñe p̄posi
ta oculis tue maiestatis of
ferimus: sancte etheldrede v̄ginis
tue supplicationib⁹ q̄s propiciat⁹
assume. Cōio. Magna est gloria eius Ps. lxxx
in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum deco viii.
rem impones super eum dñe. Postcõio.
Beati ioannis baptiste nos
dñe preclara comitet oratio
et quē venturum esse p̄dixit: poscat
nobis fore placatum: dñm nr̄m ie
sum xp̄m filiũ tuum. Qui tecũ vi.

Alia postcõio de sctã Etheldreda.

Quesumus oĩs deus: vt qđ de mensa celesti percepimus: intercedente beata etheldreda virgine tua: nostros semper qđ te trahat affectus. Per dñm. ¶ In die sancti Joannis baptiste. Officiũ.



De ventre mřis mee vocauit me dominus nomine meo: et posuit os meum vt gladiũ acutum: tegumēto man⁹ sue protexit me: posuit me quasi sagittam electam. Ps. Bonũ est cõfiteri dño et psallere nomini tuo altissime. Oratio

Psal. xci.

Deus q̄ presentē diē honorabilem nobis in beati ioannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiũ gratiã gaudiorũ: et omniũ fideliũ mentes/ dirige in viã salutis eterne. Per dominum.

¶ Lectio Esaie prophete. xlix.

ca. xlix.

Audite insule: et attēdite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de vtero mřis mee recordat⁹ est nominis mei. Et posuit os meũ quasi gladiũ acutum in vmbra manus sue protexit me: et posuit me sicut sagittã electam. In pharetra sua abscondit me: et dixit michi. Seruus me⁹ es tu israel: quia in te gloriabor. Et nũc hec dicit dñs/ formãs me ex vtero seruũ sibi: dedi in lucem gentium: vt sis salus mea vsq̧ ad extremum terre. Reges videbunt: et consurgent principes: et adorabũt dñm deum tuum: ⁊ sanctũ israel qui elegit te. Gr. Priusq̄ te formarem ĩ vtero noui te: ⁊ anteq̄ exires de ventre/ sanctificaui te. V. Misit dominus manum suam: ⁊ tetigit os

Hiere. i B.

meum: et dixit michi. Alleluya. V. Inter natos mulierum/ non surrexit maior ioanne baptista. Sequentia.

Sancti baptiste christi preconis. Solēnia celebrantes: morib⁹ ipsum sequamur. Ut ad vitam quã predixit: affectas suos perducat. Deuoti te sanctissime hominũ/ amice iesu christi flagitamus/ vt gaudia percipiamus. Sequens V. dr ĩ natiuitate eiusdē tm̄. Apparensq̧ zacharie gabriel repromisit qui tuam celebrarēt obsequijs natiuitatē. Sequēs V⁹. dicitr in decollatione eiusdē tm̄. Martirum que dantur sanctis in celo qui martyrij tui congaudemus victorijs in die ista. Ut p hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sancti dei sacris delicijs leti cõgaudent. Tu q̄ preparas fideliũ corda. Ne quid deuium vel lubricũ deus in eis inueniat. Te deposcimus vt crimina nostra. Et facinora cõtinua prece studeas absoluere. Placat⁹. Ut ipse suos. Semper miserere. Fideles. Et mansionem. In eis facere. Dignetur. Ut agni vellere quem tuo digito. Mundi monstraueras tollere crimina nos velit induere. Ut ipsum mereamur angelis associj. In alba veste sequi per portam clarissimam. Amice christi ioannes. Iste vltimus versus dicitur ter in vtroq̧ festo. Euangelium.

¶ Secundum Lucam. primo.

In illo tpe. Elizabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius: quia magnificauit dñs miam suam cum illa: et

ca. i. f.

cōgratulabātur ei. Et factū est in die octauo/ venerunt circuncidere puerū: et vocabāt eum noīe patris sui zachariam. Et respondēs mater eius/ dixit. Nequaq̄: sed vocabitur ioannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua/ q̄ vocet hoc noīe. Innuebant autem patri ei⁹: quē vellet vocari eū. Et postulans pugillarem: scripsit dicēs. Joannes est nomen ei⁹. Et mirati sūt vniuersi. Apertum est aūt illico os eius/ et lingua ei⁹: et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super oēs vicinos eorum: & sup oīa montana iudee diuulgabantur oīa verba hec. Et posuerūt oēs qui audierant in corde suo dicētes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus dñi erat cū illo. Et zacharias pater ei⁹ impletus est spiritu sancto: & prophetauit dicens. Benedict⁹ dñs deus israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebis sue. Credo. Offr.

Psal. xci. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Tua nos dñe muneribus altaria cumulamus/ illi⁹ natiuitatem honore debito venerantes/ & opē nobis affore deprecātes qui saluatorē mūdi & cecinit affuturū: et adesse monstrauit presentem: iesum christū filiū tuū. Qui

Luc. i. tecum. Prefatio quotid. Cōio. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ant faciē dñi parare vias ei⁹. Postcō.

Sumat ecclesia tua de⁹/ beati ioannis baptiste generationis leticiam: per quē sue regenerationis cognouit auctorem: dñm nostrum iesum xpm filium tuum. Qui tecū. Per totas octa. dicitur eadem missa de sancto Joanne: nisi festum intercurrat: et nisi in dominica: sed sine Sequētia: et Credo. Et nisi missa Salus populi. vel missa dñicalis ex necessitate cātāda fuerit: et qñ dicitur missa de festo loci: vel de sancta Maria.

¶ Sctor. ioānis & pau. mar. Offi.

Multe tribulationes iustorum: & de omnibus liberauit eos dñs: dominus custodit oīa ossa eorum: vnū ex his non conteretur. Ps. Bñdicā dñm in oī tēpore: semper laus eius in ore meo. Psal. xxxiii. Oratio.

Quesum⁹ oīps de⁹: vt nos geminata leticia/ hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorū ioannis et pauli glorificatione pcedit: quos eadē fides et passio/ vere fecit esse germanos. Per do. Memoria de sancto Joanne baptista vt supra. Epistola. Hi sūt viri. In cōi fo. vij. Gr. Ecce q̄ bonum & q̄ iocūdum: Psal. cxxxii. habitare fratres in vnū. V. Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam: barbam aaron. V. Mandauit dñs benedictionem/ et vitam vsq̄ i seculum. Alla. V. Isti sunt due oliue & duo candelabra lucentia ante dñm: habent potestatem claudere celum nubibus: & aperire portas eius quia lingue eorum claues celi facte sunt. Si dñica fuerit dicitur sequentia. Ecce pulchra canorū. In cōi fol. vij. Euangel. Attendite a fermento. In cōi fol. ix. Offr. Gloriabuntur Psal. v. in te omnes qui diligunt nomen tuum: qm̄ tu benedices iusto: domine vt scuto: bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Hostias altaribus tuis dñe placationis imponimus po-

tertiam tuā / in sanctoꝝ tuoꝝ ioan
nis et pauli passionib⁹ honorādo /
et per eos nobis implorādo veniā
Sap. 3 peccatorum. Per. Cōio. Et si coꝛam
hoibus tormenta passi sunt: deus temptauit
eos: tanq̄ aurū in fornace probauit eos: et
quasi olocausta accepit illos. Postcōio.

Sumptis sacramentis plebs
tua domine q̄sum⁹ repleta
proficiat: et eorum fulta presidiis
quorum natalicia celebrat: quod
tēporaliter deuota sectatur: eter-
num consequi mereatur. Per do.

¶ In vigil. apłoꝝ Petri et Pauli

Joan. xxi. C. Dixit dominus petro /
cum esses iunior cinge-
bas te: et ambulabas
vbi volebas: cum aūt
senueris: extēdes ma-
nus tuas et alius te cinget: et du-
cet quo tu non vis: hoc autem di-
xit / significans qua morte clarifi-
Psal. catur us esset deum. Ps. Celi enarrāt
xviii. gloriam dei: et opera manuum eius annū
ciat firmamentum. Oratio.

Deus qui nos beatoꝝ apo-
stoloꝝ tuoꝝ petri et pauli
natalicia gloriosa preuenire con-
cedis: tribue q̄s: eorum nos semp
et beneficiis preueniri: et orationi
bus adiuuari. Per dominum.

Memoria de scō Leone. Oratio.

Deus qui beatū leonē ponti
ficem sanctoꝝ tuoꝝ meri
tis coequasti: cōcede propicius: vt
qui cōmemorationis eius festa re
colimus / vite quoq; ei⁹ imitemur
exēpla. Per. Memoria de scō Joan-
ne baptista. Lectō Actuū apłoꝝ. iij

Ca. 3. A. In diebus illis. Petrus et io
annes ascendebant in tem-
plum: ad horam orationis nonam.
Et quidā vir qui erat claudus ex
vtero matris sue / baiulabat: quē
ponebant quotidie ad portā tēpli /
que dicitur speciosa: vt peteret ele-
mosinā ab introeuntib⁹ in tēplum.
Is cū vidisset petrum et ioannem
incipientes introire in tēplū: roga
bat vt elemosinam acciperet. In-
tuens aūt in eum petrus cū ioan-
ne / dixit. Respice i nos. At ille intē-
debat in eos: sperās se aliquid ac-
cepturū ab eis. Petrus autē dixit.
Argentū et aurū non est mihi: qđ
aūt habeo hoc tibi do. In nomine
iesu christi nazareni: surge et am-
bula. Et apprehensa eius manu
dextera / alleuauit eum: et protin⁹
cōsolidate sunt bases eius: et plan
te. Et exiliens stetit ꝛ ambulabat.
Et intrauit cū illis in tēplū / ambu
lans ꝛ exiliens: et laudans deum.
Et vidit eū oīs popul⁹ ambulantē
et laudātē deū. Cognoscebāt autē
illum: q̄ñ ipse erat qui ad elemosi
nam sedebat ad speciosam portā
templi. Et repleti sunt stupore / et
extasi / in eo quod contigerat illi.
Gr. In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ: ꝛ in Psal.
fines orbis terre verba eoꝝ. V. Celi enar- xviii.
rant gloriā dei: et opa manuum eius annū
ciat firmamētū. Si dominica fuerit
Alla. V. Nimis honorati sunt amici Psal.
tui de⁹: nimis cōfortat⁹ est p̄ncipat⁹ eoꝝ. cxxxviii.

¶ Secundum Joannem. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus Ca. xxi.
symoni petro. Symō ioan- D.
nis diligis me plus his? Dicit ei.
Etiam dñe / tu scis q̄a amo te. Di-
cit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei
iterum. Symon ioannis diligis
me? Ait illi. Etiā dñe: tu scis quia
amo te. Dicit ei. Pasce agnos me-

os. Dixit ei tertio. Symon ioannis amas me? Cõtristatus est petrus: quia dixit ei tertio amas me et dixit ei. Domine/ tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei/ pasce oues meas. Amen amen dico tibi/ cum esses iunior/ cingebas te et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris: extẽdes man⁹ tuas/ et alius te cinget: et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit: significans qua morte: clarificatur⁹ esset deum. Offer. Michi autem nimis honorati sũt amici tui de⁹ nimis cõfortat⁹ est principatus eorum. Secreta.

M.xxx viii.

Munera domine tue propiciationis deferim⁹: que tibi pro nostris grata ieiunijs: eorũ quesumus deprecatio/ quorum solennia preuenimus efficiat. Per dominum nostrum iesum xpm.

Alia secreta de sancto Leone.

Annue nobis domine vt per intercessionem bti leonis confessoris tui atque pontificis hec nobis prosit oblatio: quam imolando potius mũdi tribuisti relaxari delicta. Per. Cõio. Symon ioannis diligis me plus his: domine tu omnia nosti tu scis quia amo te. Postcõio.

Sumpsim⁹ dñe diuina mysteria beatorum apostolorum tuorum petri et pauli desiderata solennia precurrẽtes: presta quesumus: vt eorum supplicationibus muniamur: quorum regimur principatu. Per dominum.

Alia postcõio de sancto leone.

Sumẽtes domine diuina mysteria/ sancti leonis confessoris tui atque pontificis: pia nos quesumus intercessio prosequatur: vt cuius solẽnia recensemus: optata presidia sentiamus. Per dominum.

In die apostolorum Petri et Pauli. Officium.

Nunc scio vere/ quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. Ps. Et petrus ad se reuersus dixit. Oratio. Actuũ. xi. C.

Deus qui hodiernã diem apostolorum tuorum petri et pauli martyrio consecrasti/ da ecclesie tue/ eorum in omnibus sequi preceptũ: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum.

Lectio actuum apostolorum. xij.

In diebus illis. Misit herodes rex manus: vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit autem iacobũ fratrem ioannis gladio. Uidens autem/ quia placeret iudeis: apposuit apprehendere/ et petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset/ misit in carcerem: tradensque quatuor quaternionib⁹ militum ad custodiendũ eũ: volens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem productur⁹ eum esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus: et custodes ante hostiũ custodiebant carcerem. Et ecce angel⁹ domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoque latere petri excitauit eũ dicẽs. Surge velo- Actuũ. xii. A.

titer. Et ceciderũt cathene de ma-
nibus eius. Dixit autem angelus
ad eum. Precingere/ et calcia te ca-
ligas tuas. Et fecit sic. Et dixit il-
li. Circunda tibi vestimentum tu-
um/ & sequere me. Et exiens seque
batur eum/ et nesciebat quia ve-
rum est quod fiebat per angelum.
Existimabat autem se visum vide
re. Transeuntes autem primam
et secundam custodiam: venerunt
ad portam ferream/ que ducit ad
ciuitatem: que vltro aperta est eis
Et exeuntes/ processerunt vicum
vnum/ et continuo discessit ange-
lus ab eo. Et petrus ad se reuer-
sus/ dixit. Nunc scio vere/ quia mi
sit dominus angelum suum: et eri
puit me de manu herodis: & de om
ni expectatione plebis iudeorum.
Psal. Gr. Constitues eos principes super oẽm
xliiii. terram: memores erunt nominis tui domi-
Nouem ne. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii
propterea populi confitebuntur tibi. Al
Math. leluya. V. Tu es symon bariona: cui ca-
xvi. B. ro & sanguis non reuelauit verbum patris
sed ipse pater qui in celis est. Sequẽtia.

Laude iocunda melos tur-
ma psona. L ungẽdo ver-
ba symphonie rithmica. C oncre
pans inclyta armonia vera celi lu
mina. L uce q̃ aurea illustrarũt
mundi regna omnia. V ernant
fortia iam quorum trophea in ce-
li regia. Q uorum merita dissol-
uãt crimina hac die fulgida. N ã
alter crucis supplicio triumphãs/
alter ensis iugulo vterq; nitet lau
rea. E t sup sublimes sydera insi-
gnes victoria celica plati sunt i cu
ria. H inc beate petre q̃ maxima
reseras claudis verbo celi limina.
S ume pi⁹ vota fidelia: peccati
cuncta dissoluẽdo vincula. S acra
paule ingere dogmata: illustrans
plebis pectora. E t quousq; det de
us pfecta: vltra fer mẽtes sydera.
P ulchrisqua resultet musica vir
tutum fidibus: atq; melis cõcinna.
I n qua symphonia miscetur: et
illa q̃ vere diatessarõ prima. C õ-
stans virtute & iusticia. T emperã-
tia & prudentia. Q uibus supera
agmina rite decorata: christo can
tica psallunt en armonica. N os
sine choro socia: illa dent lumina/
quis preconia: damus iperlirica.
S ublime dicant nunc oĩa: amen
redempta. Euangelium. Venit ie-
sus i partes. In cõi fo. ij. Credo.
Offer. Constitues eos principes sup om- Psal.
nem terram: memores erunt nominis tui: xliiii.
omni pgenie et generatione. Secreta.

Hostias domine quas nomi
ni tuo sacrãdas offerimus
apostolica prosequatur oratio/ p
quã nos & expiari tribuas & defen
di. Per dñm. Prefatio. Et te dñe.
Cõio. Tu es petrus: & super hanc petram Math.
edificabo ecclesiam meam. Postcõio. xvi. B.

Quos celesti dñe alimẽto sa-
tiasti: q̃s apłicis itercessiõi-
bus: ab oĩ aduersitate custodi. P.
Cõmemoratiõe scti Pauli Offi.

Scio cui credidi et cer- ii. Ti
tus sum: quia potens mo. i. C
est depositum meũ ser
uare i illum diem. Ps.
Domine probasti me et co-
gnouisti me: tu cognouisti sessionem meam
et resurrectionem meam. Oratio.

Deus qui multitudinẽ gen-
tium btĩ pauli apostoli tui
predicatione docuisti: da nobis q̃s

vt cui⁹ natalicia colim⁹ / ei⁹ apud te patrocinia sentiam⁹. Per dñm. Memoria de sancto Petro. Oro.

DEus qui beato petro apl̃o tuo / collatis clauib⁹ regni celestis aĩas ligandi atq; soluendi pontificiũ tradidisti: concede ppicius / vt itercessiõis eius auxilio / a pctõꝝ nr̃oꝝ nexib⁹ liberemur Per. Mẽo. de sctõ Joanne bap. vt supra

¶ Ad Galathas. primo.

Gal. i. B. FRatres. Notũ vobis facio euãgeliũ qd̃ euãgelizatum est a me / q̃a nõ est secundũ hoiem. Neq; enim ego ab homine accepi illud / neq; didici / sed per reuelationem iesu christi. Audistis enim cõuersationem meam aliquando in iudaismo / quoniam supra modũ persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam. Et proficiebã in iudaismo / supra multos coetaneos meos i genere meo: abundantius emulator existẽs paternarũ mearum traditionum. Cum autẽ placuit ei qui me segregauit de vtero matris mee: et vocauit per gratiã suam: vt reuelaret filium suum in me: vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni et sanguini: neq; veni hierosolymã ad antecessores meos apostolos: sed abij in arabiam: et iterum reuersus sum damascum. Deinde post ãnos tres: veni hierosolymã videre petrum: et mãsi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorũ vidi neminẽ: nisi iacobum fratrem dñi. Que autem scribo vobis: ecce coram deo quia nõ mentior. Deinde veni i partes syrie ⁊ cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesijs iudee: q̃ erant in christo iesu. Tãtum autẽ auditũ habebãt: quoniã qui persequebat nos aliquãdo: nũc euangelizat fidem / quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant: dominum nostrum iesum xp̃m. Gr. Qui operat⁹ est petro in apostolatũ: operatus est et mihi inter gentes: et cognouerũt gratiã dei q̃ data est mihi. Gal. ii. B. V⁹. Gratia dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluya. V⁹. Magnus sanctus paulus vas electionis: vere digne est glorificandus. Sequẽtia. Solẽnitas sancti pauli. Require supra in festo conuersionis eiusdẽ. xxv. Jan. Euãgelium. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquim⁹ oia. In cõi fo. ij. Credo. Offr. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui de⁹ nimis confortatus est pricipat⁹ eorũ. Secr. Psal. cxxxviii.

OBlationem tibi dñe votiuã deferimus deprecantes: vt ad laudem tui nominis et apostolice reuerentiam dignitatis: et ad nostrũ perueniat sanctificata presidium. Per dominũ. Alia secreta

ECclesie tue q̃s dñe preces / et munera bti petri apl̃i tui cõmẽdet oratio: et quod pro illius gloria celebram⁹: nobis prosit ad veniam. Prefatio Et te domi. Cõio. Amẽ dico vobis: q vos q̃ reliq̃stis omnia: et secuti estis me / centuplum accipietis: et vitam eternam possidebitis. Math. xix. D. Postcõio.

DA quesumus omnipotens deus: vt ecclesia tua / et sacramentis refecta salutaribus: et beati pauli apostoli tui fulta supplicationibus: sic presentia dona percipiat: vt capere mereatur eterna. Per dominum. Alia postcõio.

Letificet nos domine quesumus munus oblatu: ut sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illu tue sumamus indulgetie largitatem.

¶ In octa. sancti Joannis baptiste Officiu. Oratio. Epistola. Gr. Alla. Offer. et Cōio: sicut in prima die dicantur: cu Euāgelio sequēti.

¶ Secundum Lucam. primo.

Cap. i. A. In illo tempore. Dixit ad zachariā angelus. Ne timeas zacharia: quoniā exaudita est deprecatio tua: et uxor tua elizabeth pariet tibi filiū: et vocabis nomen eius ioannem. Et dixit zacharias ad angelum. Unde hoc sciā? Ego enim sum senex: et uxor mea processit in diebus suis. Et respōdens angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante deū: et missus sum loqui ad te: et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens: et non poteris loqui usq in diem quo hec fiant: pro eo q nō credidisti verbis meis que implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans zachariā: et mirabantur q tardaret ipse in templo. Egressus aūt nō poterat loqui ad illos. Et cognouerunt q visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: et permāsit mutus. Et factū est ut impleti sunt dies officij eius: abijt in domum suam. Post hos aūt dies: concepit elizabeth uxor eius: et occultabat se mensibus quinq dicens. Quia sic fecit mihi dñs: in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum: inter homines. ¶ Si iste octa. in sabbato vel in dominica euenerint: missa de octa. dicitur in capitulo.



¶ In die visitationis beate Marie. Ad missam. Officium.



Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes: sub honore marie virginis: de cuius visitatione gaudent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Psal. xliiij.

Oratio.

Deus qui sacratissimā virginē mariā unigeniti tui matrem: mutue cōsolationis grā beatā elizabeth visitare fecisti: cōcede propicius nobis famulis tuis: ut ex eius visitationibus assidue consolemur: et a cunctis aduersitatibus tuo munimine protegamur. Per eundem. Gloria nulla.

Lectio libri sapiētie. ij.

Cant. ii. A. Ego flos cāpi: et liliū conuallium. Sicut liliū inter spinas sic amica mea inter filias. Sicut

malus inter ligna siluarū: sic dile-
ctus meus inter filios. Sub vmbra
illius quē desiderabam sedi: et fru
ctus eius dulcis gutturi meo. In-
troduxit me rex in cellā vinariam/
ordinauit i me charitatem. En di-
lectus meus loquitur mihi. Sur-
ge propera amica mea: columba
mea: formosa mea: et veni. Jam
enim hyems transijt: imber abijt:
et recessit. Flores apparuerunt in
terra nostra: tempus putationis
aduenit. Vox turturis audita est
in terra nostra. Ficus ꝓtulit gros
sos suos: vinee florentes/ odorem
suū dederūt. Surge propera ami-
ca mea/ columba mea i foramini-
bus petre i cauerna macerie. Ostē
de mihi faciem tuā: sonet vox tua
in auribus meis. Vox eñ tua dul-
cis est: et facies tua decora. Grad.
Benedicta et venerabilis es virgo maria:
que sine tactu pudoris / inuenta es mater
saluatoris. V. Virgo dei genitrix quē tot⁹
non capit orbis: in tua se clausit viscera fa
ctus homo. Alla. V. Mater mirifica
summa per gratiam: dona multiplica di-
tās ecclīa/ sacris virtutib⁹ tollēs dissidiū
cōfer penitētib⁹ tuū presidiū. Sequētia

Celebremus in hac die: festū
domus zacharie/ laudibus
leticie. Contemplemur ibi gestū:
et de festo fiat festum/ iam domus
ecclesie. Thema iam solennita-
tis: copiose charitatis: gr̄a recoli-
tur. Quam elizabeth beata: se-
nectute fecundata/ suscepisse scri-
bitur. Orbis tot⁹ gratuletur: to-
to corde venerē/ dulcis visitatio.
Compassiui cordis benignitas:
excessiua status et humilitas/ sa-
cra consolatio. In introitu ma-
rie: prolem i matrem prophetie/ spi-
ritus illuminat. Confortata ge-
nitum: roborata debitum/ felix pa
rens terminat. Ergo festi hāc au
ctricem: lauda dei genitricē/ syon
ex precordijs. Quicquid dicas de
benigna: minus est a laude digna
debitis preconijs. Visitatrix in
montanis: visitatrix i his planis/
sis infirmis ecclesie. Medicina chri-
stiana: quod non valet vis huma-
na/ fiat dono gratie. Benedicta
mulierum: sydus maris lumē ve-
rum: mestū cōsolare clerum/ popu
lum iam et ancilla. Benedicto ventris
tui: fructu dona nobis frui: sicq; si
mus semp tui/ in perhenni gloria.
Amen. ¶ Secundum Lucam. j.

In illo tempore. Exurgens ca.j.D
maria/ abijt i mōtana cum
festinatione in ciuitatem iuda: et
intrauit in domum zacharie: et sa
lutauit elizabeth. Et factum est vt
audiuit salutationē marie eliza-
beth: exultauit ifans i vtero eius.
Et repleta est spiritu sancto eliza-
beth: et exclamauit voce magna/
et dixit. Benedicta tu inter mulie-
res: et bn̄dictus fructus vētris tui
Et vnde hoc michi: vt veniat ma-
ter domini mei ad me? Ecce eñ vt
facta est vox salutatiōis tue in au
ribus meis: exultauit in gaudio
infans i vtero meo. Et beata que
credidisti: quoniam perficientur in
te ea que dicta sunt tibi a domino.
Et ait maria. Magnificat anima
mea dominum. Et exultauit spiri
tus me⁹: i deo salutari meo. Cre
do. Offer. Aue maria gratia plena domi Luc.j.
nus tecum: benedicta tu in mulieribus: et D
benedictus fructus vētris tui. Secreta.

Ecclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis propicius intuere: et presta vt intercedente gloriosa virgine dei genitrice maria: vnitatis ac pacis semper eius dona concede. Per eundem dominum. Prefatio. Et te in visitatione. Commu. Beata viscera marie virginis: que portauerunt eterni patris filium. Postcommunio.

Deus qui mediante beate virgine maria mundo succurristi perdito: ipsius gloriosis meritis et precibus interuenientibus concede placatus: vt ab ecclesie tue regno/ omnium scandalorum perturbatione remota: in tua semper pace tibi debite famuletur. Qui viuis et regnas cum deo patre. Per totam octa. dicuntur sequentie sicut infra octa. assumptionis eiusdem cum missa predicta. In octaua die/ dicatur Kyrie. Gloria in excel. cum farsura Spiritus et alme orpha. Sequentia.

Veni mater gratie: fons misericordie miseris remedium.
Veni lux ecclesie/ tristibus leticie tu infunde radium. Te reginam colimus/ tibi laudes canimus/ ex affectu cordium. Que es in angustijs: et in rebus dubijs/ salus et solatium.
O stella prefulgida: tu dira certamina/ maris huius reprime. Symonis nauicula: filij tunicula: ne scindantur prohibe. Portus nauigantium: preces supplicantium/ filio tuum suscipe. Consolare flebiles tuna pusillanimes: et errantes corrige. Que deum hominibus/ et vna celestibus/ iungis o puerpera. Hereses interime/ scismata tu destrue/ firma pacis federa. Amen. et Benedictus marie filius. ¶ Sanctorum Processi et Martiniani martyrum. Officium

Iudicant sancti gentes: et dominantur populis: et regnabit dominus deus illorum in perpetuum. Sap. iii. b.
Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio. Psal. xxxij.

Deus qui nos sanctorum martyrum tuorum processi et martiniani confessionibus gloriosis circundas et protegis: da nobis et eorum imitatione proficere: et intercessione gaudere. Per. ¶ Memoria de sancto Swithino. Oratio.

Deus qui hodiernam diem sacratissimam nobis in beati Swithini confessoris tui atque pontificis depositione celebrare concedis: adesto propicius ecclesie tue precibus: vt cuius gloriatur meritis: muniatur suffragijs. Per dominum. Memoria de apostolis. Epistola Sancti per fidem. In com. fol. viij. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. V. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluia. V. Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: et deducet illos in via mirabili. ¶ Secundum Mattheum. xxiiij. Psal. cxlix. Eccl. Sap. x. C.

In illo tempore. Sedente iesu super montem oliueti: accesserunt ad eum discipuli secreto/ dicentes. Dic nobis quando hec erunt: et quod signum aduentus tui: et consummationis seculi. Et respondens iesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo: dicentes ego sum christus/ et multos seducent. Audituri estis enim prelia: et opiniones preliorum. Videte ne conturbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens contra gentem: et regnum aduersus regnum Cap. xxiiii. A.

et erūt pestilentie/ et fames/ et terremotus per loca. Hec aūt omnia initia sunt dolorum. Tūc tradent vos in tribulationem/ et occident vos: et eritis odio omnibus gētibus propter nomen meū. Et tunc scandalizabuntur multi: et inuicem tradent: et odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophete surgēt: et seducent multos. Et qm̄ abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorū. Qui aūt perseuerauerit vsq₃ i finem: hic saluꝰ erit.

Psal. v. Offr. Gloriabūt i te oēs q̄ diligūt nomē tuū: qm̄ tu dn̄e bn̄dices iusto: dn̄e vt scuto: bone volūtatis tue coronasti nos. Secr.

Suscipe dn̄e preces et munera oblata: que vt tuo digna sint conspectui: sanctorum martyrum processi/ et martiniani precibus adiuuemur. Per. ¶ Alia secreta de sancto swithino.

Suscipe clementissime deus munus quod maiestati tue offerimus: et intercedēte btō swithino confessore tuo atq₃ pōtifice: ad vtriusq₃ vite prosperitatē illud nobis prouenire concede. Per dominum. Alia secreta de apostolis vt supra. Cōio. Aia nostra sicut passer

Psal. cxxiii. erepta est de laqueo venātium. Postcōio

Quesumꝰ domine diuino refecti mysterio: vt q̄ sanctorum martyrum tuorum processi ꝛ martiniani temporali commemoratione gaudemus: eorum intercessionibus in ea numeremur forte salutis: in qua illi sunt tua gratia gloriosi Per dominū nostrum. Alia postcōio de sancto swithino

Deus qui nos a delictor̄ cōtagijs/ tuorum expias perceptione sacramentor̄ presta quesumus: vt beati swithini cōfessoris atq₃ pontificis meritis: a cunctis eruamur aduersis: et celestis vite delicijs perfruamur. Per dominum. Alia postcōmunio de apostolis vt supra. ¶ Missa de apostolis Petro et Paulo infra octa. qn̄ de eis fit seruitium. Officium.



Mihi aūt nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me/ et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā: et resurrectionem meam. Oratio. Ps. cxxxviii. Eodem

Deus qui hodiernam diem apostolor̄ tuorum petri et pauli martyrio cōsecrasti: da ecclesie tue eorum i omnibus sequi preceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per dn̄m. Epistola Jam nō estis hospites. In cōi fo. j.

Gr. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebunt tibi. Ps. xliiii

Alleluya. ℣. Nimis honorati sūt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Euangelium. Hec mando vo. In cōmuni fol. ij. Credo.

Offr. Constitues eos principes sup omnem terram: memores erunt nominis tui i omni progenie et generatione. Secreta. Eodem

Hostias domine quas nomini tuo sacrādas offerimus aplica psequat oratio: p quā nos expiari tribuas ꝛ defendi. Per do. Prefa. Et te dn̄e. Cōio. Uos q̄ secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribꝰ israel dicit dn̄s. Postcō. Math. xix. D.

Quos celesti dñe alimẽto saciasti: qs apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per do. ¶ In translatiõe et ordinatiõe sctĩ Martini. Offiti.

Eccl. xlv. D. Statuit ei dñs testamẽtum pacis: et principẽ fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ĩ eternum. ps. lxxx viii. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum martinum ministrum cõcessisti: presta qs: vt qui executor mãdatorum tuorum extitit in terris: intercessor noster semper esse dignetur in celis. Per dñm. Memoria de visitatione ꝙ de apsts. Epla. Ecce sacerdos. In cõmuni fo. xi. Gr.

ps. lxxx viii. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabit̃ ei: ꝙ brachium meũ confortabit eum.

Eodẽ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Alla. ℣. Elegit te dñs sibi ĩ sacerdotem magnum in populo suo. Sequentia.

Sacerdotẽ christi martinum cuncta p orbẽ canat ecclesia pacis catholice. Atqꝫ illi⁹ nomen omnis hereticus fugiat pallidus. Pannonia letet̃ genitrix talis filij. Italia exultet alitrix tanti iuuenis. Et gallie trina diuisio sacro certat litigio cuius esse debeat presul. Sed pariter habere se patrẽ oẽs gaudeant: turoni soli eius corpus foueãt. Huic francorum atqꝫ germanie plebs oĩs plaudat. Quibus vidẽdum inserit dñm in sua veste. Hic celebris est egypti partibus: grecie quoqꝫ cunctis sapientibus. Qui ipares se martini meritis sentiũt / atqꝫ eius medicamini. Nam febres sedat: demonesqꝫ fugat: paralytica mẽbra glutinat. Et mortuorũ sua prece trium reddit corpora vite pristine. Hic ritus sacrilegos destruit: et ad christi gloriam dat ignib⁹ idola. Hic nudis mysteria brachijs cõficiens pditus est celesti lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis viribus suspensus: terrena cuncta respuit. Eius ori nũꝙ christ⁹ defuit: siue iusticia vel quicquid ad verã vitã pertinet. Igitur te cuncti poscimus o martine: vt qui multa mira hic ostendisti. Etiã de celo gratiam christi nobis supplicatu tuo semp ĩfundas.

¶ Secundum Lucam. xij.

Luc. xii. D. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite que possidetis: et date elemosynam. Facite vobis sacculos / qui non veterascũt: thesaurum nõ deficientem in celis / quo fur non appropiat: neqꝫ tinea corrumpit. Ubi est enim thesaur⁹ vester: ibi et cor vestrum erit. Offer. Ueritas mea ꝙ misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps. lxxx viii. Secreta.

Intercessio q̃sumus domine beati martini cõfessoris tui atqꝫ pontificis munera nostra cõmendet: nosqꝫ maiestati tue semper reddat acceptos. Per d. Cõio.

Math. xxiiii. D. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus sup familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

Present nobis domine q̃s / sumpta sacramenta psidiũ

salutare: et interuenientibus bea-
ti martini confessoris tui atq; pō-
tificis meritis: ab oīb⁹ nos absol-
uāt peccatis. Per. ¶ In octa. apo-
stolorum Petri et Pauli. Officiū.
Eccl. xliiii. C. Sapientiam sanctorum
narrāt populi: et lau-
dem eorum nūciat ec-
clesia: nomina autem
eorum viuent in secu-
Psal. lum seculi. Ps. Exultate iusti in dño: re-
xxxii. ctos decet collaudatio. Oratio.
Deus cui⁹ dextera beatum
petrum apostolū ambulā-
tem ī fluctibus ne mergeretur ere
xit: et coapostolū eius paulū tertio
naufragātem de profundo pelagi
liberauit: exaudi nos propicius: et
cōcede: vt amborum meritis: eter-
nitatis gloriā consequamur. Qui
viuis et regnas cū deo patre. Me-
moria de visitatiōe. Epla. Hi sunt
Sap. viri. In cōi fol. vij. Gr. Iustorum aīe
iii. A. in manu dei sunt: et nō tanget illos tormē
tum malicie. V. Visi sunt oculis isipiētiū
mori: illi autem sunt in pace. Alla. V⁹.
Isti sunt due oliue et duo candelabra lucē-
tia ante dñm: habent potestatem claudere
celum nubibus: et aperire portas eius: qa
lingue eorum claues celi facte sunt. Se-
quētia. Ecce pulchra. In cōi fo. vij
¶ Secundum Mattheum. xiiij.
Cap. In illo tempore. Iussit iesus
xiiii. discipulos suos ascēdere in
nauiculā: et precedere eum trans
fretum: donec dimitteret turbas.
Et dimissa turba: ascēdit in mon-
tem sol⁹ orare. Vespere autem fa-
cto/ sol⁹ erat ibi. Nauicula autem
in medio mari/ iactabatur flucti-
bus. Erat enim vētus contrarius
Quarta autem vigilia noctis: ve-
nit ad eos ambulans supra mare
Et videntes eum supra mare am-
bulantem: turbati sunt dicentes:
quia fantasma est. Et pre timore/
clamauerunt. Statimq; iesus lo-
cutus est eis/ dicens. Habete fidu-
ciam. Ego sum: nolite timere. Re-
spondēs autem petrus: dixit. Do-
mine/ si tu es: iube me venire ad te
super aquas. At ipse ait. Veni. Et
descēdēs petrus de nauicula: am-
bulabat super aquam: vt veniret
ad iesum. Videns vero ventū va-
lidum: timuit. Et cū cepisset mer-
gi: clamauit dicens. Domine/ sal-
uum me fac. Et continuo iesus ex-
tendens manum: apprehendit eū/
et ait illi. Modice fidei: quare du-
bitasti? Et cum ascendisset iesus
in nauiculam: cessauit ventus.
Qui autem in nauicula erant: ve-
nerunt: et adorauerunt eum/ dicē-
tes. Vere filius dei es. Nō dicitur
Credo. nisi dominica fuerit Offr.
Exultabunt sancti in gloria: letabuntur Psal.
in cubilibus suis: exultationes dei in fau cxlix.
cibus eorum. Secreta.
Intēde precamur altissime
deus vota que reddimus ti
bi: que et placita fieri eorum preci-
bus concede: pro quorum deferun
tur honore. Per dominū. Prefa.
Et te domine. Cōio. Iustorū anime in Sap.
manu dei sunt: et nō tanget illos tormen- iii. A.
tum malicie: visi sunt oculis insipientium
mori: illi autem sunt in pace. Postcōio.
Sumpta domine sacramen-
ta celestia/ beatis apostolis
tuis petro et paulo deprecātibus:
remedium nobis celeste concilięt.
Per dominū. ¶ Translatio san-
cti Thome martyris. Officium.


Gaudeamus omnes in domino diẽ festũ celebrantes / sub honore thome martyris: de cuius passiõe gaudent angeli: et collaudãt filiũ dei. Ps. Exaudi deus oronẽ meã cum Psal. liiii.
deprecor: a timore inimici eripe aĩaʒ meã. Oro. liiii.

Deus qui nos beati [redacted] martyris tui atq; põtificis translationẽ celebrare cõcedis: te suppliciter exoramus: vt eius meritis et precibus a viciis ad virtutes: et a carcere transferamur ad regnum. Per dñm. Memoria de visitatiõe. Epla. Ois pontifex. In cõi fol. vj.
ps. xx. Gr. Posuisti dñe sup caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium aie eius tribuisti ei: ʒ voluntate labiorum eius nõ fraudasti eũ. Alla. V. Gloria ʒ honore coronasti eũ dñe: ʒ cõstituisti eũ sup opa manuum tuaʒ. Sequẽtia. Solẽne canticum hodie. Quere supra in alto festo infra octauas natiuitatis. Euangeliũ. Homo quidã nobilis.
Luce. In cõi fo. vi. Offr. Posuisti dñe in capite eius: coronam de lapide precioso: vitam petiit a te: et tribuisti ei alla. Secreta.

Deus qui panẽ ʒ vinũ in corpus tuũ: et sanguinem celestĩ benedictione conuertis: cõcede nobis p merita [redacted] martyris tui atq; põtificis: vt ad tuam miam reuertentes: tuo beneplacito conformemur. Qui viuis et regnas cum deo patre. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã ʒ magnũ decorẽ ipones sup eũ dñe. Postcõio.

Deus q beati [redacted] martyrem tuum atq; pontificẽ a suppliciis ad gaudia transtulisti: tribue qs: vt qui trãslationem eius veneramur i terris: per eius patrocinium / ad celestia transferamur. Per dominum nostrum.

¶ Notandum est / q a proxima dominica post festum translationis sancti Thome martyris: celebratur festũ reliquiarũ Sarum ecclesie.

¶ In die reliquiarum. Officium.


Sapientiam sanctorum narrant populi / et laudem eorum nunciat ecclesia: nomina autem eorũ viuent in seculũ seculi. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio. Eccl. xliiii. c. Psal. xxxii.

Presta qs oĩpotens deus / vt sancte dei genitricis sempq; virginis marie: et sanctorũ tuorũ quorũ reliquie in hac continentur ecclia nos ptegãt merita: quatenus eorũ precibus trãquilla pace / in tua iugiter laude letemur. Per e. Epla. Hi sunt viri. In cõi fol. viij. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. V. Cantate dño cãticum nouũ: laus eius i ecclesia sanctorum. Psal. cxlix. Alla. V. Sãcti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Sequentia. Ecce pulchra. In cõi fo. viij. Euãgelium. Uidens iesus turbas. In cõi fo. viij. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue benedictus deus alleluya. Secreta. Psal. lxvij.

Munera tue misericordie deus maiestati oblata benigno qs intuitu aspice / vt eorũ nobis fiant precibus salutaria: quoꝝ sacratissime in hac basilica reliquie sũt recondite. Per dñm. Cõio. Gaudete ps. xxxii iusti in domino alleluya: rectos decet col-

laudatio alleluya. Postcōio.
Diuina libantes mysteria qs dne: vt eoꝝ nos vbiqꝫ intercessio protegat: quoꝝ hic sacra gaudem⁹ habere patrocinia Per.
¶ Octōꝝ septē fratrū mar. offm.
Psal. cxii. Laudate pueri dominū: laudate nomē dni: q̄ habitare facit sterilē in domo: mrem filioꝝ letantē. ps. Sit nomen dni bṅdictū: ex hoc nūc et vsqꝫ in seculū. Oro
Presta qs oipotēs deus: vt qui gloriosos martyres tuos felicē/ philippū/ vitalē/ martialem/ alexandrū/ siluanū/ et ianuariū/ fortes in sua cōfessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per. Epla. Rememoramini. In cōi folio. vij.
Psal. cxxiii. Gr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. ℣. Laqueus cōtritus est: ꝛ nos liberati sumus: adiutoriū nostrū in noie dni: q̄ fecit celū et terram. Alla
Ps. cxii. ℣. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. ℣⁹. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ in seculum. Et dicitur cum vtroqꝫ ℣. hac die sicut sabbato in ebdomada pasche.
¶ Secundum Mattheum. xij.
Cap. xii. C. In illo tpe. Loquēte iesu ad turbas: ecce mater ei⁹ ꝛ fratres stabāt foris: querentes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: q̄rentes te. At ille respondens dicenti sibi/ ait. Que est mater mea/ et qui sunt fratres mei. Et extendēs manum in discipulos suos/ dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicunqꝫ enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater/ et soror: et mater est. Offr.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium: laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Psal. cxxiii. Secreta.
Respice domine oblatiōes fidelium: vt tibi grate sint in tuorum passione sanctoꝝ: qui germano amore te diligētes/ suo corpora martyrio tradiderunt. Per.
Cōio. Quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater/ soror/ et mater est dicit dns. Math. xxii. D. Postcōio.
Refecti dn̄e gratie tue vitalibus alimentis/ supplices imploramus: vt quorū celebram⁹ victorias participemur ꝛ premijs Per dominum. ¶ Trāslatio sancti Benedicti abbatis. Officium.
Psal. xxxvi. Os iusti meditabit sapientiam/ et lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in Eodem malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.
Intercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis tibi commēdet: vt quod nostris meritis non valemus: ei⁹ patrocinio assequamur. Per. Epla. Iustus cor suū. In cōi fo. xiij. Gr.
Os iusti meditabit sapientiam: et lingua Eodē. eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Alla. ℣. Posui adiutoriū sup Ibidē. potentē: ꝛ exaltaui electum de plebe mea.
Si fiant. ix. lectiones: dicit sequentia de cōmuni/ scilicet Adest nobis.
In cōi fo. xij. Euāge. Nemo accendit. In cōi fo. xiiij. Offr. Desiderium ps. xx. aie ei⁹ tribuisti ei dne: ꝛ voluntate labiorū eius nō fraudasti eū: posuisti i capite eius

coronam de lapide precioſo. Secreta.

Sacris altaribꝰ dn̄e hoſtias ſuperpoſitas ſanctus bn̄dictus queſumus in ſalutem nobis
Math. puenire depoſcat. Per. Cōio. Bea-
xxiiii. tus ſeruus quem cum venerit dominus in-
D uenerit vigilantem: amen dico vobis ſuper omnia bona ſua cōſtituet eū. Poſtcōio.

Protegat nos dn̄e cum tui perceptione ſacramēti beatus benedictus abbas p nobis intercedendo: vt et conuerſationis eiꝰ experiamur inſignia: et interceſſionis ipſius percipiamus ſuffragia. Per do. ¶ Tranſlatio ſancti Swithini ſociorūq; eiꝰ. Offi.

Pſal. cxxxi. Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſancti eius exultatione exultabunt. Ps. Memēto domine dauid: et omnis manſuetudinis eius. Eadem Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: q hodiernā diē honorabilem nobis in bti ſwithini cōfeſſoris tui atq; pontificis/ ſociorūq; eius tranſlatione feciſti: da eccleſie tue in hac celebritate leticiam: vt quorum ſolennitatem veneramur in terris: eorum interceſſione ſubleuemur in celis. Per. Epla. Plures facti ſunt. In cōi fol. xiiii.
Pſal. Gr. Sacerdotes eiꝰ induant ſalutari: et
cxxxi. ſancti eius exultatione exultabūt. V. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernam
Abac. xpo meo. Alleluya. Vꝰ Fulgebūt iuſti
iii. A. et tanq̄ ſcintille in arūdineto diſcurrent in eternū. Nulla dicit̄ ſequētia. Euangelium. Sint lumbi. In communi
Pſal. fo. xiiii. Offr. Exultabūt ſancti in glo-
cxlix. ria: letabunt̄ in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Reſpice queſumꝰ dn̄e populum tuum ad tua ſacramēta currentem: i preſenti feſtiuitate bti ſwithini cōfeſſoris tui atq; pōtificis: ſociorumq; eiꝰ et cōcede: vt ipſis intercedentibus quod in honorem tui nōis detulerūt: cunctis
proſit ad veniam. Per. Cōio. Ego Jo. xv.
vos elegi de mūdo vt eatis: & fructum affe- xv. C.
ratis: & fructꝰ veſter maneat. Poſtcōio.

Dignus vite eterne capientes dn̄e hūiliter ſplorāꝰ: vt intercedēte btō ſwithino cōfeſſore tuo atq; pōtifice cū ſocijs ſuis quod imagine cōtigimꝰ ſacramēti manifeſta participatione ſumamus. Per dn̄m. ¶ Trāſlatio ſancti Oſmūdi epi & cōfeſſoris. Offi.

Gaudeamus oēs in domino diem feſtū celebrātes/ ſub honore oſmundi preſulis/ de cuius tranſlatione gaudēt angeli & collaudāt filiū dei. Ps.
Exaudi deus orōnē meā cū depcor a timo- Ps. lxiii
re inimici eripe animam meam. Oratio

Deus cuius antiqua miracula: etiam noſtris temporibus ad tui nōis magnificētiā ac laudē et honorē ſancti confeſſoris tui atq; pontificis oſmundi choruſcare ſentimus: cōcede propicius: vt cuius tranſlationē colimꝰ: eius interceſſionibus/ et in preſenti ſeculo te glorificemus: et in futuro te pfrui mereamur. Per dominū. Epla. Ecce ſacerdos magnus qui
in vita. In cōi fo. xi. Gr. Dn̄e preue- Ps. xx.
niſti eum i bn̄dictionibꝰ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo.
V. Uitam petiit et tribuiſti ei: longitudinē Eodē.
dierum i ſeculum ſeculi. Alleluya. V.

Kenelmi regis et martyris. xvij. iulij.

Esa. Justus germinabit sicut lilium: et florebit
xxxv. in eternum ante dominum. Sequentia.
I. Gaudeamus messia verita-
te vita via beatorū gloria.
Dies letus celebretur quo osmū-
di decantetur honor et memoria.
In sacra trāslatiōe cuius felice
persone astant reuerētia. Et col-
laudāt natum dei qui ut finis ois
spei ex munificentia. Huic osmū-
di cōfessorē parentela clariorē illu-
stri prosapia. Ortum fecit quem
virtutum preter militare scutum
insignitur gratia. Prudens po-
tens temperatus spe et fide robo-
ratus preminet iusticia. Et ppol-
let charitate quib9 armis deitate
datis vicit vicia. Hastū rixā et li-
uorē auariciā torporē gulā ludos
iacula. Sternit cedit delet pellit/
fugat extirpat refellit miles absq
macula. Gemmas terras vestes
aurū / seq pariter thesaurū ponit
in eccl'ia. Illis decorauit chorum
Ps. xliiii sed de se miraculorū: semper fluit
copia. Claudis gressus cecis vi-
sus/mutis lingua mestis risus: le-
prosis mundicia. Vita mortuis
donatur sanus redit qui precatur
illū cū fiducia. Ergo psulum bea-
te deprecātibus te date semper ad
solatia. A peccatis nos emunda
claritatis quo iocunda: intremus
palacia. Euangelium. Homo qdā
Ps. lxxx peregre. In cōi fo. xii. Offr. Ueritas
viii. mea et mia mea cum ipso: et i nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera nr̄a dñe qs meritis
et intercessiōibus munifici
cōfessoris tui osmūdi sctifica vt in
filii tui dñi nr̄i iesu christi / corpus
et sanguinē cōuertrant: et ad nr̄arū
proficiant ad salutē. Per eundem.
Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs Math.
inuenerit vigilantem: amē dico vobis: sup xxiiii.
oia bona sua constituet eum. Postcōio. D.

Sumptis dñe muneribus sa-
cris te supplices deprecamur
vt eorū virtute roborati / beati os-
mūdi cōfessoris tui atq pontificis
imitemur exempla: et ad gaudia
pueniam9 eterna. Per do. Sctī
Kenelmi regis et martyris Offm.

Gloria et honore coro- Psal.
nasti eū: et constituisti viii.
eum super opera ma-
nuum tuarū. Ps. Dñe dñe
dñs noster: q̄ admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Omnipotens et misericors deus/qui
nobis preclarā huius diei le-
ticiā pro bti kenelmi regis et mar-
tyris tui solēnitate tribuisti: inten
de serenus vota fidelis populi: et
concede: vt cuius hodie festa pcoli
mus/ eius semper meritis et preci
bus subleuemur. Per d. Epistola.
Beatus vir qui inuentus. In cōi
fol. iiij. Gr. Posuisti dñe sup caput eius Ps. xx.
coronam de lapide precioso. V. Desiderium
aie ei9 tribuisti ei: et volūtate labiorū eius
non fraudasti eū. Alla. V. Beatus vir Jacobi
q suffert tētationē: qm cū pbat9 fuerit ac- i. B.
cipiet coronā vite. Euāge. Si qs venit
ad me. In cōi fo. v. Offr. Gloria et ho Ps. viii.
nore coronasti eum: et constituisti eum sup
opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Presentibus dñe deus inten
de muneribus: et patrocinan-
te btō kenelmo martyre tuo cuius
festa venerāda recensem9/fidelib9
salutis indulgētiā cōferāt: et eterni
tatis premia dignāter acquirant. Ps. lxxx
Per. Cōio. Magna est gloria eius in sa- viii.

lutari tuo: gloriam et magnum decorem imponens super eum domine. Postcõio.

P Ercipiat q̃s dñe plebs tua beati martyris tui kenelmi natalicia celebrando cũ exultatione leticiã: ꝛ quã mẽse celestis refecisti edulio: eternitatis tue facias assisti cõsortio. Per do. ¶ Sctí Arnulphi epi ꝛ martyris. Officiũ.

Psal. lxiij. L Etabitur iust⁹ in dño: et sperabit in eo: et laudabũtur oẽs recti corde. ps. Exaudi deus oratio-
Eodem nem meam cum deprecor: a timore inimici eripe aíam meã. Oratio.

A Desto supplicationib⁹ nostris oĩs deus: et quib⁹ fiduciã sperande pietatis indulges intercedẽte beato arnulpho martyre tuo atq; pontifice: cõsuete misericordie tribue benign⁹ effectũ. Per dñm. Ep̃la Beatus vir qui in
Psal. xxxvi. sapientia. In cõi fo. iiij. Gr. Justus non conturbabitur: quia dñs firmat manum eius. V. Tota die miseretur et cõmodat: ꝛ semen ei⁹ in bñdictiõe erit. Alle-
ps. cxi. luya. V. Beatus vir qui timet dñm: i mandatis eius cupit nimis. Euangeliũ. Si q̃s vult post me. In cõi fo. v. Offer.
ps. xx. In virtute tua dñe letabitur iustus: ꝛ sup salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

S Ancti martyris tui atq; põtificis arnulphi nobis dñe pia non desit oratio: que et munera nostra tibi cõciliet: ꝛ tuã nobis indulgẽtiam semp obtineat. Per.
Eodẽ. Cõio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõio.

U T nobis domine tua sacrificia dẽt salutẽ beat⁹ martyr tu⁹ arnulph⁹ et põtifex q̃s precator accedat. Per: ¶ Sctẽ Margarete virginis et martyris Officiũ.



M E expectauerunt peccatores vt pderẽt me: testimonia tua dñe intellexi: oĩs ꝯsummationis vidi finẽ/latũ mandatum tuũ nimis. ps. Beati immaculati in via: q ambulant in lege dñi. Oratio. Psal. cxviij.

D Eus qui beatam virginẽ margaretã / hodierna die ad celos per martyrij palmã venire fecisti: ꝯcede nobis q̃s: vt ei⁹ exẽpla sequẽtes: ad te pertingere mereamur. Per. Epistola. Dñe deus meus. In cõi fol. xiiij. Gr. Specie Psal. xliiij.
tua ꝛ pulchritudine tua: intẽde ꝓspere ꝓcede et regna. V. Propter veritatẽ et man- Eodẽ.
suetudinẽ et iusticiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Ueni electa mea et ponã in te thronũ meũ: quia concupiuit rex speciem tuã. Sequẽtia. Exultemus in hac die. In cõi folio. xvj. Euangel. Simile est regnũ celorũ thesauro. In cõi fo. xvj. Offer. Offe- Eodẽ.
rentur regi virgines post eam: proxime eius offerenẽt tibi in leticia ꝛ exultatione: adducentur in templum regi dño. Secreta.

H Ec victima q̃s dñe btẽ virginis margarete martyris oblata: et mẽtiũ nobis cõferat sanctitatem: ꝛ corporum obtineat iugiter castitatẽ Per do. Cõio. Feci iudiciũ ꝛ iusticiã: dñe nõ calũnient mihi superbi: ad oĩa mãdata tua dirigebar: omnẽ viam iniquitatis odio habui. Postcõio.

P Ercipiat q̃s dñe plebs tua beate margarete virginis tue et martyris natalicia celebrãdo leticiã: et quã celestis mẽse refecisti cõuiuio: eternitatis tue facias ascribi cõsortio Per dominum

¶ Sctē Praxedis virgīis. Officiū.

Psal. cxviii. LOquebar de testimonijs tuis i cōspectu regum et non confundebar: ꝛ meditabar i mādatis tuis: que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

ADsit plebi tue omps deus: Btē praxedis virginis tue supplicatio: vt quicunqꝫ eius gaudent honore/tuo semp protegatur auxilio. Per. Epl'a. Sapiētia vincit. In cōi fol. xvj. Gr. Dilexisti iusti-

Psal. xliiii. ciam: et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla. ℣. Emulor em̄ vos dei emulatione despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo. Euangelium. Simile est regnum celorum decem. In cōi fol.

Eodem xvij. Offer. Offerētur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

SVscipe q̄s dn̄e ob honorē sacre virgis tue praxedis munus oblatū: et qđ n̄ris assequi meritis nō valem⁹: eiusdē suffragantibus meritis/nobis largire ppicius. Per do. Cōio. Simile est regnū

Math. xiii. celorū homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita vedit oīa sua ꝛ cōparauit eā. Postcō.

SAncta tua nos dn̄e q̄s sācte praxedis virgis tue meritis suffragantib⁹: et a peccatis oībus eruāt: et ad celestia regna pducāt. Per. ¶ Sctē marie Magdalene.



GAudeamus omnes in dn̄o diē festum celebrantes sub honore marie magdalene/de cuius solennitate gaudent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Eru-

Psal. xliiij. ctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

LArgire nobis clemētissime pater/quod sicut beata maria magdalena vnigētum tuum super omnia diligendo suorū obtinuit veniam peccaminum: ita nobis apud misericordiā tuam/sempiternam impetret beatitudinem. Per eundem ¶ Memoria de sancto vvandregesilo. Oratio.

DEus cuius gratia bti vvādregesili cōfessoris tui atqꝫ abbatis vita extitit laudabilis: ipsius iteruentu quod tibi placitum est: pietas tua operetur in nobis. Epistola. Mulierem fortem quis

Psal. xliiii. inueniet. In cōi fol. xviij. Gr. Audi filia et vide et inclina aurē tuam: quia cō-

Eodē. cupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Alleluya. ℣sus. Optimam partem elegit sibi maria: que non auferetur ab ea in eternum. Sequentia.

MAne prima sabbati: surgēs dei filius/nostra spes et gloria. Victo rege sceleris: redijt ab inferis/cū summa victoria. Cuius resurrectio/oī plena gaudio/consolatur oia. Resurgētis itaqꝫ/maria magdalene/facta est prenūcia. Ferens xpi fratribus: eius morte tristib⁹/expectata gaudia. O beati oculi: quib⁹ regē scli mortetā deposita/prima est ītuita. Hec est illa femina: cui⁹ cūcta crimina: ad christi vestigia/ei⁹ lauit gratia. Que dum plorat ꝛ mens orat: facto clamat quod cor amat iesum sup oia. Non ignorat quē adorat: quid precetur sed deletur/

quod mens timet conscia. O maria mater pia: stella maris appellaris/operum per merita. Matri xpi coequata: dum fuisti sic vocata: sed honore subdita. Illa mundi imperatrix: ista beata peccatrix leticie primordia/ fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit porta: per quam fuit lux exorta: hec resurgentis nuncia/mundum replet leticia O maria magdalena audi vota laude plena: apud xpm chorum istum: clementer concilia. Ut fons summe pietatis: qui te lauit a peccatis seruos suos atque tuos: mundet data venia. Amen dicant omnia.

Secundum Lucam. vij.

Ca. vij F. IN illo tempore. Rogabat iesum quidam phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei/ discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit quod iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes domini: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset propheta/sciret vtique que et qualis est mulier que tangit eum: quia peccatrix est Et respondens iesus: dixit ad illum. Symon / habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister / dic. Et respondens ei iesus. Duo debitores erant cuidam feneratori vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis/ vnde redderent: donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens autem symon/ dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit symoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti: hec autem ex quo intraui: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam dominus. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discumbebant/ dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Credo.

Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Psal. xliiij.

Secreta.

BEnedictionem tuam domine his tibi oblatis tribue sacrificijs et presta: vt beata maria magdalene hoc nobis apud te obtineat: quod ab vnigenito tuo obtinuit/ dum ei mystica obsequia exhibuit. Per eundem. Alia de sancto vvandregesilo.

PIis intercessionibus beati vvandregesili confessoris tui atque abbatis quesumus omnipotens deus tue familie commendetur oblatio: cuius vitalibus decoratur exemplis. Per.

Prefatio quotidiana. Com. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Psal. xliiij. Postcom.

PRebeat nobis domine saluta-

rem btē marie magdalene imita-
tio sctā doctrinam: quaten⁹ illius
optime partis mereamur esse con
sortes: q̄ nō auferetur ab ea. Per.
Alia postcō. de sctō Uuādregesilo.
Ta dñe sacramenta sumē-
tes suppliciter exoramus:
vt beati vvandregesili confessoris
tui atq; abbatis: cui⁹ veneramur
memoriā: presidiū sentiam⁹. Per.
C Sācti Appolinaris mar. Offi.
Sacerdotes tui dñe in-
duant iusticiam: et san
cti tui exultent / ꝓpter
dauid seruum tuum:
non auertas faciē chri
sti tui. ps. Memento domine dauid: et
omnis mansuetudinis eius. Oratio.
Uotiua nos dñe bti appolli-
naris martyris tui atq; pō
tificis natalis semper excipiat: q̄
et iocunditatem nobis sue glorifi-
cationis infundat: et tibi nos red-
dat acceptos. Per dñm. Epistola.
Testificor In cōi fol. iiij. Gr. Inue
ni dauid seruum meum: oleo sancto vnxi
eum: manus enim mea auxiliabit ei: et bra
chium meum confortabit eum. ps. Nihil
proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis
non nocebit eum. Alleluya. V. Elegit
te dñs sibi in sacerdotē magnum in popu-
lo suo. Euangelium. Facta est con-
tentio. In cōi fol. iij. Offr. Ueritas
mea et misericordia mea cum ipso: et in no
mine meo exaltabitur cornu eius. Secre.
Hostiā nostrā qs dñe sancti
appollinaris martyris tui
et veneranda confessio: et laudabi
lis cōmēdet oratio. Per do. Cōto.
Semel iuraui in sancto meo: semen eius
in eternū manebit: et sedes eius sicut sol in
conspectu meo: et sicut luna ꝑfecta in eter-
num: et testis in celo fidelis. Postcōio.
Sumentes dñe pignus redē-
ptionis eterne: quesumus:
vt intercedente beato appollinare
martyre tuo vite presentis auxilio
nos foueat et eterne. Per dominū.
C In vigilia sācti Jacobi aposto-
li: ad missam omnia fiant sicut in
vigilia vni⁹ apli cōtinetur. Et fiat
mēoria de sctā Cristina vgie. Oro
Indulgentiā nobis dñe bea
ta cristina virgo et martyr
imploret: q̄ tibi grata semp extitit:
et merito castitatis / et tue ꝓfessio-
ne virtutis. Per dñm. Secreta.
Quesumus oīpotens deus:
vt q̄ annua btē cristine vir
ginis et martyris tue solēnia pre-
sentibus honoramus sacrificijs:
eius semper et fidei integritate ro-
boremur: et pijs apud te precibus
adiuuemur. Per dñm. Postcōio.
Supplices te rogam⁹ omps
deus: vt quos donis celesti
bus satiasti: intercedēte btā cristi-
na virgine tua et martyre: ꝑpetua
protectiōe custodias. Per. Si hec
vigilia i dominica euenerit: nihil
fiat de vigil. nisi tantū memoria.
C In die scti Jacobi apli Officiū.
Mihi aūt nimis ho- ps. cxxx
norati sunt amici viii.
tui deus: nimis cō-
fortatus est princi-
patus eorum. ps.
Domine probasti me / et Cod.
cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā:
et resurrectionem meam. Oratio.
Esto domine plebi tue san-
ctificator et custos: vt apo-
stoli tui iacobi munita presidijs: et
cōuersatiōe tibi placeat: et secura

deseruiat. Per dominum.

¶ Memoria de martyribus Christoforo / et Cucufato. Oratio.

DEus mũdi creator et rector qui hũc diem beatorũ christofori et cucufati martyrũ tuorũ passione consecrasti cõcede: vt oẽs qui martyrij eorũ merita veneramur: eor intercessionibus ab eternis gehenne incendijs liberemur. Per. Epla. Jam non estis. In cõi

Psal. xviij. fo. j. Gr. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ

Eodẽ. et in fines orbis terre verba eorũ. ℣. Celi

Psal. enarrãt gloriã dei: et opera manuum eius annunciat firmamẽtũ. Alla. ℣. Nimis

cxxxviij. honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Sequentia Alla nunc decantent. In cõi fol. ij.

¶ Secundum Mattheum. xx.

Ca. xx. C.



IN illo tempore. Accessit ad iesum mater filiorum zebedei cũ filijs suis: adorãs et petens aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis. Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam: et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidẽ meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam / vel ad sinistram: non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Credo.

Psal. cxxxviij. Offer. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

OBlationes populi tui quesumus domine vti iacobi apostoli tui passio btã conciliet: vt que nostris nõ apta sunt meritis / fiãt tibi placita ei⁹ deprecatiõe. Per dominum. ¶ Alia secreta de martyrib⁹

ACcipe dñe munera dignanter oblata: et beatorũ martyrum tuorum christofori et cucufati suffragãtibus meritis: ad nostre salutis auxilium puenire concede. Per. Prefatio. Et te domine.

Cõio. Vos q secuti estis me sedebitis super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel / dicit dominus. Postcõio.

BEati iacobi apostoli tui: cuius hodie festiuitate corpore et sanguine tuo nos refecisti: qs domine intercessione nos adiuua pro cuius solẽnitate percepimus / tua sancta letãtes / saluator mundi. Qui viuis. ¶ Alia Postcõio.

SUmpsimus dñe sctõrũ martyrũ tuorũ christofori et cucufati solẽnitate sacramenta celestia: quorum suffragijs qs largiaris: vt quod temporaliter gerim⁹: eternis gaudijs cõsequamur. Per.

¶ Sancte Anne matris Marie.



GAudeamus omnes in domino / diem festũ celebrantes: sub honore anne / mris marie: de cuius solennitate / gaudent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Psal. xliiij. Oratio.

DEus qui beatam annã dilectissime genitricis tue matrem egregiam / hodierna die ad celestis vite subleuasti gaudia; fac

nos qs gl'osis ei9 meritis ad eter-
nam pertingere beatitudinẽ: ex cui9
puerperio salutari pro salute mũ-
di humanã assumere dignatus es
carnẽ. Qui viuis et regnas. Epl'a.
Mulierem fortem quis inueniet.
Psal. xliiij. In cõi fo. xviij. Gr. Audi filia et vide/
et inclina aurẽ tuã: qz concupiuit rex speciẽ
tuã. V9. Specie tua et pulchritudine tua:
intende prospere procede et regna. All'a.
V. Salue sancta mater anna: ex qua pro-
cessit virgo maria: q̃ de celo suscepit prolẽ/
et mundo genuit saluatorẽ. Sequentia

Testamẽto veteri anna fu-
it genita: et de stirpe regia.
Hec matrona nobilis: diu fuit
sterilis/ in magna tristicia. Qui
fructũ cõtulit: et sic luctũ abstulit/
diuina clemẽtia. Patriarchis edi
ta anna luce pdita: i perhẽni gl'ia.
Deprecamur inclyta: vt per tua
merita/ nobis detur gr'a. Anna
parens labe carẽs: rubẽs rosa spe
ciosa/ florẽs inter lilia. Matrem
christi genuisti/ tua prece nos a ne-
ce/ tuearis noxia. Ecce lucis offi
cina/ egris spes et medicina: tua p-
les est regina/ i celesti patria. Ip-
sa cunctis iam prelata: per te su-
mẽs hec precata: nostra fiat aduo
cata/ in dei presentia. Euangeliũ.
Liber generationis. vt supra i fe-
sto cõceptionis beate Marie. viij.
Psal. xliiij. Decembris. Offr. Filie regum in ho-
nore assitit regina a dextris tuis in vesti-
tu deaurato circũdata varietate. Secre.

Sanctifica redemptor mũdi
presẽtis munera sacrificij:
et beate matris anne precib9 eadẽ
nobis effice salutaria: de cui9 vte-
ri palatio mater tua aula virgi-
nee puritatis est egressa. Qui vi.

Cõio. Diffusa est gr'a i labijs tuis: pro- Psal.
pterea bñdixit te de9 i eternũ. Postcõio. xliiij.

Uotiua celestis mense perci-
pientes dñe sacramẽta bea
te anne matris marie gloriosa in-
tercessione nos protege: de qua vir-
go puerpera ad salutem humane
natiuitatis prodijt: que nobis splen-
dorẽ vite/ sine castitatis dispendio
generauit: dñm nostrũ iesum chri-
stum filiũ tuũ. Qui tecũ viuit et re.

¶ Sctõr septẽ dormiẽtiũ. Officiũ

Salus aũt iustorum a Psal.
domino: et protector eo- xxxvi.
rum est in tempore tri
bulatiõis. Ps Noli emu Eodem
lari i malignantibus: neqz
zelaueris facientes iniquitatẽ. Oratio.

Deus qui gloriosos resurre
ctionis eterne pcones septẽ
dormientes magnifice coronasti:
presta qs: vt eor pcib9 resurrectio-
nem sanctã q̃ i eis mirabiliter pre-
ostẽsa est/ cõsequamur. Per dñm.
Epl'a Iustorum aie. In cõi fo. vij.
Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabun Psal.
tur in cubilibus suis. V9 Cantate dño cã- cxlix.
ticum nouũ: laus ei9 i ecclesia sanctorum.
All'a. V Iusti epulent et exultent i cõspe- Psal.
ctu dei: et delectentur i leticia. Euangel'. lxvii.
Cũ audieritis. In cõi fol. ix. Offr.
Mirabilis deus i sanctis suis: deus israel Eodẽ.
ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi
sue benedictus deus alleluya. Secreta.

Deus in quo est oim iustorũ
requies: et pax certa sctõrũ:
tribue nobis pacificas hostias ti-
bi digne offerre/ vt pfectionem pa
cis/ qua tui scti iam fruunt i celis:
nos iugiter hãc meditemur in ter-
ris. Per dñm. Cõio. Iustorum aie in Sap.
manu dei sunt: et nõ tãget illos tormẽtum iii. A.

malicie/ visi sunt oculis insipientium mo
ri: illi autem sunt in pace. Postcōio.
SAnctorum tuoꝝ dñe victo-
rias recolētes sacramēta ve
nerāda pcepimus: q̄ p̄stēt nobis
q̄s eoꝝ meritis indulgentiam: in
quoꝝ dormitione tuā magnificē-
tiam collaudamus. Per dominū.
¶ Scti Sampsonis epi. Officiū.
Eccl. xlv. D. STatuit ei dominus te
stamentū pacis: et prin
cipem fecit eū: vt sit il-
li sacerdotij dignitas/
Ps. lxxx viii. in eternum. Ps. Miseri-
cordias dñi: in eternum cantabo. Oratio
OMnīps sempiterne deus: tri-
bue nobis famulis tuis per
intercessionem scti sampsonis epi
poscētib⁹ peccatoꝝ veniā: querēti
bus salutis viā: pulsantib⁹ aperi-
re regni celestis aulam: vt ad eter-
nā maiestatis tue habitationē/ te
adiuuante puenire mereamur. P.
¶ Orō. de sctō Pāthaleone mar.
DEus qui hūc diē bti pantha
leonis cōsecrasti martyrio
presta q̄s: vt ipsius interuentu hoc
in nr̄is floreat actib⁹: qd̄ premijs
remuneret celestibus. Per. Epla.
Eccl. xliiii. C. Ecce sacerdos. In cōi fo. xj. Gr. Ec-
ce sacerdos magnus qui i diebus suis pla-
cuit deo. V. Non est inuentus similis illi: q̄
cōseruaret legem excelsi. Alla. V. Ama
uit eum dñs et ornauit eū: stola glie induit
eum. Euāgeliū. Homo quidā pere-
Ps. lxxx viii. gre. In cōi folio. xj. Offr. Inueni da
uid seruum meum: et in oleo sancto vnxi
eū: man⁹ em̄ mea auxiliabit ei: et brachiū
meum confortabit eum. Secreta.
DEus apl'oꝝ: deus martyꝝ
deus ɔfessoꝝ: de⁹ virginū
de⁹ oim electoꝝ: te suppliciter exo-
ramus: vt hanc hostiam sanctam
in honore scti sampsonis epi sctifi
care et bñdicere digneris: et ante
cōspectū maiestatis tue: tā ad cor-
poris sanitatē: q̄ ad animarū pfi-
ciat salutem. Per dñm nostrum.
Alia secreta de sctō Panthaleone.
BEatus panthaleo n martyr
tuus dñe q̄ diuersis suppli-
cijs macerat⁹/ vera et viua factus
est hostia: hec que tibi offerim⁹ ad
salutem nostrā gratificet sua iter
cessione libamina. Per. Cōio. Fide Mat. xxiiii. D.
lis seruus et prudens quem constituit do-
minus super familiam suam vt det illis in
tempore tritici mensuram. Postcōio.
SAtiati nos dñe in hac solen
nitate scti sampsonis cōfes-
soris tui atq̄ pontificis muneri⁹
sacris: te q̄s: vt eccl'ie tue pacē/ fidē
spem/ et charitatē multiplicare di-
gneris: pia quas tibi i ecclesia tua
placere mereamur. Per dominū.
Alia postcō. de sctō Panthaleone.
REdēptionis nostre sacro gu
stu satiati: q̄s dñe: vt inter-
ueniēte btō panthaleone martyre
tuo: p hec sctā que sumpsimus: ad
eterna gaudia preparemur. Per.
¶ Aliter missa de sctō Panthaleo
ne martyre p volūtate cōtra febrē
acutam. Et q̄ eā audierit: vel cele-
brauerit i illo anno febrē acutam
nō habebit. Ad missam Officium.
IUcundus hō cōturbabit/ Psal. cxvi.
da dñs firmat manū
eius: tota die miseret
et commodat: et semen
eius in benedictione e-
rit in eternum conseruabitur. Ps.
Noli emulari in malignantibus: neq̄ zela Cod. f.
ueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus qui hunc diem beati pantha-
leonis consecrasti martyrio:
presta quesumus ut ipsius interuentu hoc
in nostris floreat actibus: quod pre-
miis remuneretur celestibus. Per do.
¶ Lectio libri sapientie. iiij.
Iustus si morte preoccupa- Sap.
tus fuerit: anima eius in refrige iiii. B.
rio erit. Senectus enim venerabilis
est/ non diuturna/ neque numero an-
norum computata. Cani sunt autem sen-
sus hominis/ et etas senectutis vita im
maculata. Placens deo factus dilectus
et viuens inter peccatores translatus est.
Raptus est ne malicia mutaret intel-
lectum illius: aut ne fictio deciperet
animam illius. Consummatus in breui ex-
pleuit tempora multa. Placita enim deo
erat anima illius. Propter hoc propera-
uit educere illum de medio iniquitatum.
Quoniam gratia dei et misericordia est in sanctis illius
et respectus in electis illius. Gr. Posui Ps. xx.
sti domine super caput eius coronam de lapide precio-
so. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et vo
luntate labiorum eius non fraudasti eum.
Alleluia. V. Letabitur iustus in domino: et spe Psal.
rabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. iiii.
Euangelium. Si quis vult post me.
In communi folio. v. Offer. In vir- Ps. xx.
tute tua domine letabitur iustus: et super salu
tare tuum exultabit vehementer: desiderium
anime eius tribuisti ei. Secreta.
Beatus panthaleon martyr
tuus domine/ qui diuersis suppli-
ciis maceratus vera et viua factus est
hostia: hec que tibi offerimus ad salu-
tem nostram gratificet sua intercessione
libamina. Per. Communio. Magna est glo- Ps. lxxx
ria eius in salutari tuo: gloriam et magnum deco- viii.
rem impones super eum domine. Postcommunio.
Redemptionis nostre sacro gu
stu satiati: quesumus domine: ut inter-
ueniente beato panthaleone mar-
tyre tuo: per hec sancta que sumpsimus/
ad eterna gaudia preparemur. Per.
¶ Sanctorum Felicis/ Simplicij
Faustini et Beatricis mar. Officium.
Sacerdotes eius indu- Psal.
ant salutari: et sancti eius cxxxi.
exultatione exultabunt
Ps. Memento domine da- Eodem
uid: et omnis mansuetudi-
nis eius. Oratio.
Presta quesumus omnipotens deus: ut sicut
populus christianus martyrum
tuorum felicis/ simplicij/ faustini: et
beatricis temporali solennitate con-
gaudet: ita perfruatur eterna: et quod
votis celebrat: pio comprehendat effe
ctu. Per dominum. Epistola. Lingua sapien
tum. In communi fol. vij. Gr. Sacerdotes Ibidem.
eius induant salutare: et sancti eius exulta
tione exultabunt. V. Illuc producam cornu da-
uid: paraui lucernam christo meo. Alleluia.
V. Vox exultationis et salutis in tabernacu- Psal.
lis iustorum. Euangelium. Attendite a cxvii.
fer. In communi fol. viij. Exultabunt sancti in glo Psal.
ria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes cxlix.
dei in faucibus eorum. Secreta.
Hostias tibi domine pro sanctorum
martyrum tuorum felicis/ sim-
plicij/ faustini/ et beatricis honore
deferimus suppliciter deprecantes:
ut indulgentiam nobis conferant et sa-
lutem. Per dominum. Communio. Ego vos Joan.
elegi de mundo ut eatis: et fructum afferatis: xv. A.
et fructus vester maneat. Postcommunio.
Benedictionis tue domine plebs
tibi deuota fructum reportet:
et gaudium: ut quod sanctis martyribus
tuis felici/ simplicio/ faustio/ et bea
trici exhibuit temporali seruitio: perhen-
ni presidio consequatur. Per. ¶ Sanctorum
Abdon et Sennes mar. Officium.

Psal. lxxviij. Intret i conspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorū: redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eorū: vindica sanguinē sanctorum tuorū qui effusus est. ps. Deus venerūt gentes in hereditatē tuam: polluerunt tēplū sanctū tuum / posuerunt hierusalē in pomorū custodiam. Oratio.

Deus q̄ sāctis martyribus tuis abdō et sennes ad hāc gloriā veniēdi / copiosū mun⁹ grē tue cōtulisti: da famulis tuis suorum veniā delictor: vt sctōr tuor intercedētib⁹ meritis: ab oīb⁹ mereamur aduersitatibus liberari. Per dn̄m. Epl'a. Bn̄dictus deus. In cōi fo. iiij. Gr. Gl'iosus deus i sanctis: mirabilis i maiestate faciēs prodigia. ṽ. Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua cōfregit inimicum. Alla. ṽs⁹. Reddet deus mercedē laborū sanctorū suorū: et deducet illos i via mirabili. Euā. Uidete ne q̄s. In cōi fo. x. Offr. Mirabilis deus in sctis suis: deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue: benedictus deus alleluya. Secreta.

Frequentata dn̄e mysteria pro sctōr martyrū tuorum abdon et sennes veneratiōe deuota mēte tractamus: quib⁹ et p̄sidiū nobis crescat et gaudiū. Per. Cōio. Posuerunt mortalia seruorū tuorū dn̄e escas volatilib⁹ celi: carnes sctōrū tuor bestiis terre: scdm magnitudinē brachii tui posside filios morte punitorū. Postcōio.

Sumat dn̄e plebs fidelis celestis dona remedijs: per que intercedētib⁹ sctis martyrib⁹ tuis abdon et sennes: a suis emūdetur delictis. Per dn̄m. ¶ Sancti Germani epi et confessoris. Officium.

Sacerdotes dei bn̄dicite dn̄m: sancti et humiles corde laudate deū. ps. Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̄ et qa nr̄e voces nō merētur audiri: scti germani cōfessoris tui atq̄ pontificis iteruētio / q̄s sit accepta p nobis. Per. Epl'a. Justum deduxit. In cōi fol. xi. Gr. Jurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos i eternum: scdm ordinē melchisedech. ṽ. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Alla. ṽ⁹. Amauit eum dn̄s et ornauit eum: stola grē induit eum. Euāg. Uigilate quia nescitis. In cōi fo. xij. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Sacrificiū tibi dn̄e p bti germani cōfessoris tui atq̄ pōtificis celebritate offerētes: q̄s vt ppiciationē quā nr̄is opib⁹ nō meremur / pijs suffragatorijs itercessionibus cōsequamur. Per. Cōio. Dn̄e q̄nq̄ talenta tradidisti mihi ecce alia q̄nq̄ superlucrat⁹ sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā: intra in gaudium domini tui. Postcōio.

Supplices te rogam⁹ oīps deus: vt q̄ pcepim⁹ celestis mēse substātiā: itercedēte btō germano cōfessore tuo atq̄ pōtifice: ad vitam pueniam⁹ eternā. Per dn̄m. ¶ Ad vincula scti Petri apl'i Offm.

Nunc scio vere quia misit dn̄s angelum suum: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatiōe plebis iudeorū

Marginal references: Psal. lxxviij. — Eod. — Exodi. xv. A. — Psal. lxvij. — ps. lxxxviij. — Psal. lxxviij — Dan. iij. — Eod. — Psal. cix. — Eod. — ps. lxxxviij. — Math. xxv. — Actuū. xij. C.

ps. Et petr⁹ ad se reuers⁹ dixit. Oratio.

Deus qui beatū petrū apostolū a vinculis absolutū: illesum abire fecisti: nostrorū q̄s absolue vīcula peccātorum: et oīa mala a nobis propiciatus exclude. Per.

¶ Memoria de martyrib⁹. Oratio.

Fraterna nos dn̄e martyrū tuorū corona letificet: q̄ et fidei nr̄e p̄beat incremēta virtutum: ⁊ multiplici nos suffragio cō solet. Per. ¶ Lectio actuū apl'or.

Actuū. xii. C. In diebus illis. Egressus petrus de carcere: venit ad domum marie matris ioannis / qui cognominat⁹ est marc⁹: vbi erant multi cōgregati et orātes. Pulsante autē eo ad ostiū ianue: processit puella ad vidēdū eū noīe rode. Et vt cognouit vocem petri: pre gaudio nō aperuit ianuā: sed introcurrens nūciauit stare petrū ante ianuam. At illi dixerūt ad eā. Insanis. Illa aūt affirmabat sic se habere. Illi autē dicebāt / quia angelus eius est. Petr⁹ autē perseuerabat pulsans. Cū autē aperuissent ostiū: viderūt eū: et obstupuerunt. Innuēs aūt eis manu vt tacerent narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere. Psal. xliiii. Gr. Cōstitues eos p̄ncipes sup omnem terram: memores erūt nominis tui dn̄e. V. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filii: propterea populi cōfitebuntur tibi. Alla. V⁹. Solue iubente deo terrarū petre cathenas: qui facis vt pateāt celestia regna beatis. Sequentia.

Nunc luce alma splendescit p orbē hec dies esse gl'osa. Almi recolam⁹ petri voce celsa. Gratanter modulos accōmodet inqua. Vincetis amorē ob superū crucis sacre trophea. Merito gloriāqz perlatam i celesti gloria. Pio corde fraterna iubiletqz turma. Qui a christo ligandi soluēdiqz dona. Recipiēs clauiger effectus nr̄a resoluēs vincula. Subleuando ethereis sedibus potestate nos tradita. Iungat cetui sancto culmine i poli paradisiqz amenia. Ubi adorat ordo te xp̄e psallendo armonica voce cātica. Noua sanctorum resonātium laude angelic⁹ mellica. Cū supernam maiestatem tuam poscētes humiliter almā. Cui⁹ digna nos cum illis resonemus vna rithmica in excelsis carmina. Celestiqz i gloria trinum atqz vnum iugiter veneremur i arua. Celsa potestas angelica. Ouans te laudat i gloria. Uirtutes celi te glorificant per astra. Qui patris sedes ad dexteram. Nostra exaudi angelorum. Et famulorum iungens voces precamina. Quorum vocibus vt caterua. Glorificet semper te et nostra. Regnantem iure cum sanctis in eternum. Euangelium. Uenit iesus in partes. In communi folio. ij. Credo. Offr.

Constitues eos principes sup omnem terram: memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Psal. xliiii. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e placabile munus deprecātes: vt sicut btō petro aplo tuo in vinculis dedisti constantiam ita nobis tua gratia indulgentiam operet. Per.

¶ Alia secreta de martyribus.

Misteria dn̄e p sanctorū martyrum tuorū solēnitate deuota mēte oblata: nobis presidiū

present ꝛ gaudiū. Per. Prefatio.
Math. Et te dñe. Cōio. Tu es petrus: et super
xvi. C. hāc petrā edificabo ecclesiam meā. Postcō.

Muneris diuini perceptio q̄su-
mus dñe btō petro aplō in-
tercedente/ semper a nobis pctōꝝ
nr̄oꝝ vincula submoueat: ꝛ peri-
cula cūcta depellat. Per dominū.
¶ Alia Postcōio de martyribus.

Presta q̄s oīps de⁹: vt quoꝝ
memoriam sacramēti par-
ticipatione recolim⁹: fidem quoq
proficiendo sectemur. Per.
¶ Scti Stephani pa. ꝛ mar. Offi.

Sacerdotes tui dñe in-
duant iusticiā / et san-
cti tui exultēt: propter
dauid seruum tuum:
nō auertas faciē chri-
sti tui. Ps. Memento domine dauid: ꝛ om
nis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui nos beati stepha-
ni martyris tui atq pōtifi-
cis/ annua solēnitate letificas: cō-
cede ppicius: vt cui⁹ natalicia co-
limus: de eiusdē etiā ptectiōe gau
deamus. Per dñm. Epla. Oīs pon
ps. lxxx tifex. In cōi fo. vi. Gr. Inueni dauid
viii. seruū meū: oleo sctō vnxi eum: manus eñ
mea auxiliabit ei: ꝛ brachium meum cofor-
tabit eum. V. Nihil proficiet inimicus in eo
et filius iniquitatis nō nocebit eum. Alla.
V. Elegit te dñs sibi i sacerdotē magnum
in populo suo. Euangel. Homo qui-
dam nobilis. In cōi fol. vi. Offer.
Eod. Inueni dauid seruum meum: et i oleo sctō
vnxi eum: manus eñ mea auxiliabitur ei:
et brachium meum cōfortabit eum. Secr.

Hostias nostras q̄s domine
tibi reddat acceptas / inter-
cessio sancti stephani martyris tui
atq pontificis: qui eas tibi digne
offerendo complacuit. Per domi-
Math. num. Cōio. Domine quinq talenta tra
xxv. didisti mihi / ecce alia quinq superlucra-
D. tus sum: euge serue fidelis / quia in pauca
fuisti fidelis: supra multa te cōstituam: in-
tra in gaudium domini tui. Postcōio.

Sumētes dñe diuina myste-
ria quesumus: vt beati ste-
phani martyris tui / atq pōtificis
intercessione: eterne nobis prebe-
ant incrementa leticie. Per dñm.
¶ In inuētione sancti Stephani
prothomartyris: sociorumq eius
Psal. martyrum Ad missam Officium.
cxviii. Etenim sederunt prin-
cipes: ꝛ aduersum me
loquebant: ꝛ iniqui pse
cuti sunt me: adiuua
me dñe de⁹ me⁹: quia
seruus tuus exercebat i tuis iusti
Eod. ficationibus. Ps. Beati immaculati in
via: q ambulant in lege domini. Oratio

Deus qui es sanctorū tuorū
splendor mirabilis: quiq
hodierna die beati stephani mar-
tyris tui: nichodemi/ gamalielis/
atq abibon inuentionem glorio-
sam reuelasti: da nobis quesum⁹/
in eterna leticia de eorum societa-
te gaudere. Per dominum.
¶ Lectio actuū apl'oꝝ. vi. et. vii.
Cap. In diebus illis. Stephanus
vi. ꝛ vii plenus gratia / et fortitudi-
C. ne faciebat prodigia et signa ma-
gna in populo. Surrexerunt au-
tem quidam de synagoga que ap-
pellabatur libertinorum ꝛ cyrenē-
sium/ ꝛ alexandrinorum/ ꝛ eorum
qui erant a cilicia/ et asya / dispu-
tantes cum stephano: et non po-
terant resistere sapientie ꝛ spiritui
Actuū. qui loquebatur. Audiētes autem

vii. G. hec: dissecabantur cordibus suis: et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum/ vidit gloriam dei: et iesum stantem a dextris virtutis dei et ait. Ecce video celos apertos: et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna/ continuerunt aures suas: et impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem/ lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum inuocantem et dicentem. Domine iesu/ suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens. Domine iesu/ ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino. Gr. Sederunt principes: et aduersum me loquebantur: et iniqui persecuti sunt me. V. Adiuua me domine deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam. Alleluia. V. Uideo celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei. Sequentia. Magnus deus. Quere in alio festo in octa. natiuitatis domini.

Psal. cxviii.

Secundum Mattheum. xxiij.

Cap. xxiii.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum/ et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas/ et sapientes/ et scribas/ et ex illis occidetis/ et crucifigetis/ et ex illis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatem/ vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram/ a sanguine abel iusti/ vsque ad sanguinem zacharie filij barachie: quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis: venient hec omnia super generationem istam. Hierusalem hierusalem/ que occidis prophetas: et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos: quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas: et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo/ donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Credo non dicitur. Offr. Elegerunt apostoli stephanum leuitam plenum fide et spiritu sancto: quem lapidauerunt iudei orantem et dicentem: domine iesu accipe spiritum meum alleluya. Secreta. Actuum. vi. D.

Sacrificium tibi domine fidelium tuorum votis oblatum serenus intende/ vt quod dilecto martyri tuo stephano/ nichomedo/ gamalieli/ atque abibon/ hodiernam inuentionis eorum contulit gloriam/ nobis ad redemptionem prosit et gratiam. Per. Como. Uideo celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei: domine iesu accipe spiritum meum: et ne statuas illis hoc peccatum: quia nesciunt quid faciunt. Postco. Actuum. vii. G.

Epularum tuarum alimento saginati te humiliter rogamus domine deus noster vt beati martyris tui stephani/ nichodemi/ gamalielis/ atque abibon: meritis nos vbique adiuues: quorum hodie reuelationis solennitatem celebramus. Per. Sancti Osvvaldi regis et marty. Officium.

Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio. Psal. viii. Eodem

Omnipotens sempiterne deus qui huius diei iocundam san-

ctamq; leticiam/ in scti serui tui os
vvaldi passiõe cõsecrasti: da cordi-
bus nr̃is tui amoris charitatisq;
augmẽtum: vt cuius in terris san
cti sanguinis effusionẽ celebram⁹
illius i celo collata patrocinia sen
tiamus. Per dñm. Ep̃la. Beatus
vir qui inuentus. In communi.
ps. xx. fo. iiij. Gr. Posuisti dñe sup caput eius
coronam de lapide p̃cioso. ℣⁹. Desiderium
aie ei⁹ tribuisti ei: & volũtate labior̃ eius
Math. non fraudasti eũ. Alla. ℣⁹. Beatus vir
xxiiij. q̃ suffert tẽtationẽ: q̃m cũ p̃bat⁹ fuerit ac-
D. cipiet coronã vite. Euãge. Si q̃s venit
Psal. ad me. In cõi fo. v. Offr. Gloria & ho
viij. nore coronasti eum: et constituisti eum sup
opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Munera q̃s dñe que in sancti
osvvaldi regis et martyris
tui commẽoratione tue maiestati
offerimus: propiciatus assume: &
illam que in eo flagrauit forte dil-
lectionem: nobis inspira benign⁹.
ps. xx. Per. Cõio. Magna est gloria eius in sa
lutari tuo: gloriam & magnum decorem im
pones super eum domine. Postcõio.

Vitali alimonia recreati:
q̃s ops̃ de⁹: vt bti osvvaldi
martyris tui p̃cibus/ tuã nobis iu
sticiam placari sentiam⁹: cui⁹ glo
riosa certamina solenni deuotiõe
veneramur. Per. In trãsfigu-
ratione domini. Benedictio vue.

Benedic dñe et hos fructus
noue vue: quos tu dñe rore
celi: et inundatione pluuiarũ: & tẽ
porum serenitate atq; tranquilli-
tate: ad maturitatẽ perducere di-
gnatus es: et dedisti eos ad vsus
nostros cum gratiarũ actiõe per-
cipere. In nomine domini nostri
✠ iesu christi: per quẽ omnia do-
mine semper bona creas. Qui te-
cum vi. Ad missam. Officium.



Veni et ostende no- Psal.
bis faciem tuã dñe lxxix.
qui sedes super che
rubin: et salui eri-
mus. Ps. Qui regis is Eode.
rael intende: qui dedu-
cis velut ouem ioseph. Oratio.

Deus qui hodierna die vni-
genitum tuũ mirabiliter
transfiguratum: celestis vtriusq;
testamenti patribus reuelasti: da
nobis quesumus beneplacitis ti-
bi actibus: ad eius semper contem
plãdam pertingere gloriã: in quo
tue paternitati optime cõplacuis-
se testatus es. Per eũdẽ. Lectio
epistole beati Petri apostoli. ij. s.

Charissimi. Non enim indo- ii. Cor
ctas fabulas secuti/ notã fe thi.i.
cimus vobis dñi nostri iesu christi
virtutem et prescientiã: sed specu-
latores facti illius magnitudinis
Accipiens enim a deo patre hono
rem & gloriam: voce ad eũ delapsa
huiuscemodi a magnifica gloria.
Hic est filius meus dilectus: i quo
mihi bene cõplacui / ipsum audite.
Et hanc vocem nos audiuim⁹ de
celo allatam: cũ essem⁹ cum illo in
mõte sancto. Et habem⁹ firmiorẽ
propheticum sermonem: cui be-
nefacitis attendentes / quasi lu-
cerne lucenti i caliginoso loco: do-
nec dies illucescat: et lucifer oriat
in cordibus vestris. Gr. Tecũ prin- Psal.
cipium in die virtutis tue in splendoribus cix.
sanctorũ: ex vtero ante luciferum genui te.
℣⁹. Dixit dñs domino meo: sede a dextris Eodem
meis: donec ponam inimicos tuos: scabel-
lum pedum tuorũ. Alleluya. ℣. Dies

scilicatꝰ illuxit nobis venite gentes ꝛ adorate dn̄z / q̄a hodie descendit lux magna super terrā. Sequētia. Laudes saluatori. Require in dn̄ica oc. pasche. Uel ista

Benedicta semꝑ sit beata trinitas deitas scilicet vnitas coequalis glīa. Pater filiꝰ spiritus sanctus tria sunt nōia oīa eademqꝫ substātia. Deus genitor / deus genitus: in vtroqꝫ sacer spiritus deitate socia. Non tres tamen dij sunt: deus verus vnus est sic pater dn̄s filius spiritusqꝫ dn̄s. Ipse tamen filius deus verꝰ vnꝰ est preclarꝰ itaqꝫ spiritus ab vtroqꝫ emanat. Proprietas in personis vnitas est ꝛ in essentia. Maiestas par ꝛ potestas decus honorqꝫ per omnia. Sydera maria continens arua simul ꝛ vniuersa ꝯdita Quē tremunt impia tartara colit quoqꝫ quem et abyssus infima. Quē laudāt sol atqꝫ luna dignitas adorat angelica Nūc omnis vox atqꝫ lingua fateatur hūc laude debita. Et nos voce precelsa oēs modulemur organica cantica dulci melodia. Eya et eya nūc omnes iubilemus altithroni dn̄o laudes in excelsis. O veneranda trinitas. O adoranda vnitas. Per te sumus creati vera eternitas. Per te sumꝰ redēpti summa tu charitas. Populum cunctū tu protege salua libera eripe et emūda. Te adoramus oīpotens tibi canimus tibi laus et gloria.

Secundum Mattheum. xvij.

Cap. xvii. A — In illo tempore. Assumpsit iesus petrū et iacobum ꝛ ioannem fratrem eius: et duxit illos in montē excelsum seorsum: et trāsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses et helyas: cū eo loquentes Respōdens aūt petrus: dixit ad iesum. Dn̄e. Bonū est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū: moysi vnū: et helye vnum. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderunt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus: et tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderūt: nisi solum iesum. Et descendentibus illis de monte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Credo. Offer. Deus enim firmauit orbē terre qui nō commouebitur: parata sedes tua deus ex tunc: a seculo tu es. Psal. xcii. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e sancte pater oēs eterne deus / munera q̄ ꝑ gloriosa filij tui trāsfiguratiōe deferimus: et concede propicius: vt per hec a tēporalibꝰ liberemur incommodis: et gaudijs cōnectamur eternis. Per eundem. Prefatio de natiuitate Quia per incarnati. Cōio. In splēdoribꝰ sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. Psal. cix. Postcōio.

Deus qui hunc diem incarnati verbi tui transfiguratione tueqꝫ ad eum missa paternitatis voce cōsecrasti: tribue q̄s: vt diuinis pasti alimonijs: i eius me

reamur medija transferri: qui hec in sui memoriam fieri precepit: iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit ꝛ regnat.

¶ Sanctorum Sixti/ Felicissimi/ et Agapiti martyrum. Officium.

Psal. xxxvi.



Salus autem iustorũ a dn̄o: et protector eorũ est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Eodem

Deus qui nos cõcedis sctõꝝ martyrum tuorũ sixti/ felicissimi/ et agapiti natalicia colere da nobis in eterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per. Ep̄la Benedictus deus. In cõi fo. iiij. Gr.

Sap. iii. A. Iustorum aīe i manu dei sunt: ꝛ nõ tanget illos tormẽtũ malicie. V. Visi sunt oculis insipientium mori/ illi autem sunt i pace.

Sap. v. D. Alla. V. Reddet deus mercedem laborum sanctoꝝ suorum: ꝛ deducet illos i via mirabili. Euangelium Cum audieritis. In cõi fo. ix.

Psal. v. Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: qm̄ tu dn̄e benedices iusto: dn̄e vt scuto: bone volũtatis tue coronasti nos. Secreta

Munera domine tue maiestati oblata: sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ sixti/ felicissimi/ ꝛ agapiti q̄s interuẽtu: nobis ad salutẽ pficere sentiam⁹ eternã. Per. V. Cõio.

Ioan. xv. C. Ego vos elegi de mundo vt eatis ꝛ fructũ afferatis: ꝛ fruct⁹ vester maneat. Postcõio.

Beatorum martyrum tuorũ sixti/ felicissimi/ et agapiti/ domine intercessione placat⁹: presta quesumus: vt mysteria sancta que temporali celebram⁹ actione/ ppetua saluatiõe capiamus. Per.

¶ In festo nominis iesu. Officiũ.



In noīe iesu omne genu flectatur: celestium/ terrestriũ/ et infernorũ: et oīs lingua cõfiteat: q̄a dominus noster iesus christus i gloria est dei patris. In tempore paschali Alleluya. Ps. Laudate dn̄m quoniã bonus dn̄s: psallite nomini eius quoniã suaue. Oratio. Phi. Psal.

Deus qui gloriosissimũ nomen dn̄i nr̄i iesu christi vnigeniti filij tui fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibus tremendum atqꝫ terribile: concede ppici⁹: vt omnes qui hoc nomen iesu deuote venerantur in terris: sancte consolationis dulcedinẽ in presenti percipiant: et i futuro gaudium exultationis et interminabilis iubilationis obtineant. Per eũdem.

¶ Lectio actuum apostoloꝝ. iiij.

In diebus illis. Petr⁹ repletus spũ sancto: dixit. Principes populi et seniores/ audite. Si nos hodie diiudicamur in benefacto hoīs ifirmi: in quo iste saluus factus est. Notum sit oībus vobis et om̄i plebi israel: quia in nomine dn̄i nr̄i iesu christi nazareni/ quem vos crucifixistis: quẽ deus suscitauit a mortuis/ in hoc iste astat coram vobis san⁹. Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificantibus: qui factus est in caput anguli. Et non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus: in quo oportet nos saluos fieri. Gr. Cõstituit de⁹ pater ad dexteram suã iesum xp̄m i celestibus sup oẽm pricipatũ potestatem et Ac. iiii. B.

virtutē: et dñationē: et omne nomen quod nolatur: nō solū in hoc seculo: sed etiam i fu turo: ꝛ omnia subiecit sub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et pro- pter gloriā nois tui dñe libera nos: et pro- picius esto peccatis nostris: propter nomen tuū. Alla. ℣. Dulce cordi christi nomen iesu melos auri mel in esu: cor vertit in iu- bilū et fugat mūdi sibilum. Secūm Alla. in cōmēo. i tpe paschali Alla. ℣⁹. Surgens iesus dñs noster: stetit in medio discipulorum suorum: et dixit pax vobis. In cōmēo. a lxx. vsq ad pas. Tract⁹

Dulce nomē iesu christi: felix omen ferens tristi: iocūdas mentem iu- bilo. ℣. Collit luctū: affert fructum: et ob- ductum et seductum: purgat cor a nubilo. ℣. Nominatū inuocatū: honoratū predica- tum: semper sonat dulciter. ℣. Tam pecca- tum ꝙ reatū: condonatū expurgatū: reddit mulcēs leniter. ℣. Hostes fecit mores ferit mala terit graues gerit: plenū est presidiū. ℣. Nos defēdit nos accēdit: nos lēdit ꝛ ex tendit: hoc nomē i gaudium. Sequētia.

Dulcis iesus nazarenus: iu deorū rex amen⁹ / pius pul- cher floridus. Pro salute sue gen tis / subit mortē cū tormētis: fact⁹ pallens liuid⁹. Dulce nomē ꝯ co gnomē: hoc trāscēdēs est pnomen / oibus noib⁹. Mulcet reos sanat eos: fouet iustos / munit eos / ser- uās ab isultib⁹. Hui⁹ regis sub ve xillo: statu degis in trāqllo / hostes tui fugiunt. Nomē ei⁹ meditatū belli fugat apparatū / hostes victi fugiunt. Hoc est nomē recolēdū: qđ sic semp est tremēdū / malignis spiritib⁹. Hoc est nomē salutare: et solamē singulare: qđ succurrit tristibus. Hoc nos decet honora- re: archa cordis inserare cogitare pamare / amore sed heroico. Ig- natius hoc docuit: illud passus in- sonuit: cor eius scissum patuit: in- scriptum iesu celico. Et qđ maio ra cupimus / ꝙ qđ iesus sit intim⁹ / qui est preamantissim⁹ / ꝙrit nos amare. Amat feruentissime / a- mat constantissime: amat fidelissi me: et suos vult iuuare. Nomen suū fecit tale: vt sit cūctis cordiale capitale principale: dilectū ex inti- mis. Habent hoc nature iura / vt amantē tota cura: reamem⁹ placi tura: prestantes examinis. Iesu nomen omne bonū / tenet dulcē fa- cit sonū: promerē regni thronum auditum letificat. In hoc lucet splendor patris: in hoc patet decor matris: i hoc fulget honor fratris hoc fratres magnificat. Caput iesu cor mens man⁹ / vulnus liuor sanguis planus: pedes corpus vi- gor san⁹ / parātur hoib⁹. Hec tor- quent passa dura / his lesura ꝯna tura: reparāt pia cura / purgatis criminib⁹. Ergo si quis velit sci- re / quare iesu nomē mire: facit bo- nos cōcupire / sui inherētiā. Diui- sio. Ies⁹ pulcher i decore / summe bonus in valore: mitis lenis cum dulcore / pronus ad clemētiā. Ie- sus est rex generosus / iesus forma speciosus / iesus lingua gloriosus et mirād⁹ opere. Ies⁹ fortis ani- mosus / iesus pugil vigorosus: ie- sus donis copiosus: et gaudet tri- buere. Iesus pie viscerosus / iesus ductor luminosus: iesus est delici- osus: et sapit dulcissime. Iesus fama gloriosus / iesus cunctis fru- ctuosus: iesus tot⁹ virtuosus / fo- uet suos optime. Summ⁹ potēs

in vigore: summus celsus in honore: summus grat⁹ in amore: omnē laudē obtinet. In sciēdo summe sapit: ambiēdo cūcta capit: diligēdo corda rapit: et illata detinet. Eya nobis nomē gratum: iesus dulcis appellatū: sit in corde sic firmatū: vt nō possit erui. Hoc creatum pectorū / tollat prestet iubilorū: odas sede vtōrū / donet nobis perfrui. Amē. Secūdum Mattheū. j.

Cap. i. C. In illo tpe. Angelus dñi apparuit i sōnis ioseph dicens: Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugē tuā. Qd eñ in ea natum est: de spū sctō est. Pariet autē filiū: et vocabis nomē ei⁹ iesum. Ipse eñ saluū faciet ppłm suū a peccatis eorū. Hoc autē totū factū est: vt adimpleret qđ dictū est a dño / p pphetā dicentem. Ecce virgo cōcipiet i vtero: et pariet filiū: et vocabitur nomen ei⁹ emanuel: qđ interpretat nobiscū de⁹. Credo.

Marci xvi. D. In die tñ. Offr. In nōie meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: et si mortiferum qđ biberit non eis nocebit: super egros manus imponent et bene habebunt alleluya. Secreta.

In veneratiōe nōis dilectissimi filij tui dñi nři iesu xpi tibi deus pater misericordiarū / deuotis mētib⁹ hostias immolam⁹ / suppliciter deprecantes: vt earum virtute / cunctis egentib⁹ prestetur auxilium: vt i eodē nōie delectantes salutarē sui ppositi ꝯsequātur effectū. Per eundē dñm. Prefatio. Quia p incarnati. Per totū annū.

Apoca. ii. E. Cōio. Vincenti dabo māna absconditū: et dabo illi calculum candidum: et in calculo nomen nouum scriptum: quod nemo scit nisi qui accipit alleluya. Postcōio.

Sacrosācta mysteria q̄ sumpsimus dñe: ad honorē cōplacentissimi nōis filij tui dñi nři iesu christi / deuotis precordijs recolētes: qs: vt incremēta spiritualis exultationis nobis accumulent: et affectū nřm ad hoc salutiferū nomen iesu iugiter imprimēdū accēdant: et ad iubilandum in iesu saluatore nostro dulcissimo: tota mētis intētione pmoueant. Per eūdē dñm. Per totas octa. dicat missa predicta qñ de octa. agit: sed sine Credo. Verba sequētia. Jesus pulcher in de. vt supra in diuisione.

Sci Donati epi et mar. Officiū



Sacerdotes dei benedicite dominum / sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite oia opera dñi dño: laudate et superexaltate eum i secula. Oratio. Dan. iii. F. Eode.

Deus qui es tuor gloria sacerdotū: pšta qs: vt sci donati martyris tui atq pontificis: cui⁹ festa celebram⁹: sentiam⁹ auxiliū. Per dñm. Epla. Nemo militans. In cōi fol. iiij. Gr. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto vnxi eū: man⁹ eñ mea auxiliabit ei: et brachiū meū cōfortabit eū. V. Nihil pficiet inimicus i eo: et filius iniqtatis non nocebit eū. All'a. V. Disposui testamentum electis meis: iuraui dauid seruo meo. Ps. lxxxviij. Euangel. Vigilate / quia nescitis. In cōi fol. xij. Offr. In virtute tua dñe letabit iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Exaudi dñe preces nřas: et vt tibi digna sint munera que oculis tue maiestatis offerim⁹ in

tercedente beato donato martyre tuo atq pontifice: subsidiū nobis tue pietatis impēde. Per dominū.
Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcōio.

Deuotioni nr̄e dn̄e q̄s clemēter adesto: vt intercedente btō donato martyre tuo atq pontifice: qd ad honorē tui nois debito frequētam⁹ obseq̄o: fiat nobis remediū salutare. Per. ¶ Sancti Ciriaci sociorūq ei⁹ mar. Officiū.

Timete dn̄m oēs sancti eius: q̄m nihil deest timētibus eum: diuites eguerūt z esurierunt: inq̄rētes aūt dn̄m non deficiēt oi bono. ps. Bn̄dicā dn̄m i omni tpe: semper laus eius in ore meo. Orō.

Deus qui nos annua btōrū martyr tuor ciriaci/ sociorumq ei⁹ solēnitate letificas: concede propicius: vt quor natalicia colimus: virtutem quoq passiōis imitemur. Per dn̄m. ¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. ij.

Metuētes dn̄m sustinete misericordias eius: et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dn̄m credite illi: et non euacuabitur merces vr̄a. Qui timetis dn̄m sperate i illum: et in oblectatione eius veniet vobis misericordia. Qui timetis dn̄m diligite illū et illuminabunt corda vr̄a. Respicite filij natiōes hoim: z scitote q̄a nullus sperauit i dn̄o: et ↄfus⁹ est. Quis eni ꝑmansit in mādatis ei⁹: et derelictus est. Aut q̄s iuocauit illū: z despexit eū. Qm̄ pius et misericors est: dn̄s de⁹ nr̄. Gr. Timete dn̄m omnes sancti eius: q̄m nihil deest timentibus eum. V⁹. Inquirentes autem dn̄m nō deficiēt omni bono. Alla. V⁹. Mirabilis domin⁹ noster in sanctis suis. ¶ Secundum Marcum. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Euntes i mundū vniuersum: p̄dicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: salu⁹ erit. Qui vero non crediderit: cōdēnabit. Signa autē eos q̄ crediderint/ hec sequēt. In noie meo demonia eijcient/ linguis loquēt nouis/ serpētes tollēt. Et si mortiferū quid biberint/ non eis nocebit. Sup egros man⁹ imponent: et bene habebūt. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Pro sctōr tuor ciriaci sociorūq ei⁹ martyrio venerando tibi dn̄e laudis hostias immolamus/ tua mirabilia ꝑtractātes: ꝑ que talis est parta victoria Per.
Cōio. Signa eos qui i me credent hec sequētur: demonia eiicient: sup egros manus imponent: z bene habebunt. Postcōio.

Sanctor martyr tuor ciriaci/ sociorumq eius ꝑcib⁹ cōfidētes: q̄s dn̄e: vt ꝑ ea que sumpsimus: eterna remedia capiamus. Per dn̄m. Qn̄ vigi. scti laurentij extra dn̄icā eueni. tūc dicat missa de octa. iesu post tertiā cū mēo. de sctō romano: et post sextam dicat missa de vigi. vtraq ad principale altare. Qn̄ vigi. sancti laurētij in dn̄ica eueni. tūc dicat missa de vigilia i caplō cū mēo. de sctō romano Et in summa missa de octa. iesu fiet mēo. de dn̄ica z de trinitate: et nihil de sctō romano: et tūc i feria

Marginalia: Ps. xx. — Psal. xxxiii. — Eodem — Eccl. ii. B. — Cap. xvi. D — Psal. xxxi. — Marci xvi. D

quarta proxima sequente dicatur
missa dñicalis i capitulo. ¶ In vi-
gilia sctí Laurẽtij marty. Officiũ
Psal. cxi. DIspersit dedit pauperi-
bus: iusticia eius ma-
net in seculũ seculi/ cor-
nu ei⁹ exaltabit i glo-
Eodem ria. Ps. Beatꝰ vir qui timet
dñm: in mãdatis eius volet nimis. Oro.
DA q̃s oĩps deus: vt triũphũ
bti laurentij martyris tui:
quẽ despectis ignib⁹ ꝯsummauit i
terris: ꝑpetua celoꝝ luce cõspicuũ
digno fidei feruore veneremur. P.
¶ Mẽoria de sctõ Romano mar.
PResta q̃s oĩps de⁹ vt q̃ bti
romani martyris tui nata
licia colimus: itercessiõe eius i tui
nois amore roboremur. Per. Lcõ
libri sapientie. Ecclastici vltimo.
Eccl. vlti. A. COnfitebor tibi domine rex:
et collaudabo te deũ salua-
torem meũ. Cõfitebor noi tuo qm̃
adiutor et ꝓtector fact⁹ es mihi: ꝛ
liberasti corpus meum a ꝑditione
A laqueo lingue inique: ꝛ a labijs
operãtiũ mẽdaciũ. Et in conspectu
astãtiũ fact⁹ es mihi adiutor: ꝛ li-
berasti me scđm multitudinẽ mise
ricordie nois tui. A rugiẽtib⁹ pre-
paratis ad escã: de manib⁹ querẽ-
tium animã meã: et de multis tri-
bulationib⁹/ q̃ circũdederunt me.
A pressura flamme q̃ circundedit
me: et i medio ignis nõ sum estua-
tus. De altitudine vẽtris inferi: et
a lingua coinquinata: et a verbo
mendacij. A rege iniquo: et a lin-
gua iniusta. Laudabit vsq̃ ad mor
tem aĩa mea dñm: et vita mea ap-
propinquãs erat i inferno deorsum
Circũdederunt me vndiq̃: et non
erat q̃ adiuuaret. Respiciẽs eram
ad adiutoriũ hominũ: ꝛ non erat.
Memorat⁹ sum misericordie tue
dñe: et cooperatiõis tue q̃ a seculo
sunt: qm̃ eruis sustinentes te: et li-
bera eos de manu angustie: dñe
deus meus. Gr. Dispersit dedit pau- Psal.
peribus: iusticia eius manet in seculũ sctí. cxi.
V. Potẽs i terra erit semen eius: generatio
rectorum bñdicẽt. Si dñica fuerit di-
Alla. V. Leuita laurentius bonũ opus
operatus est: qui per signum crucis cecos
illuminauit: ꝛ thesauros ecclesie dedit pau
peribus. Euãgelium. Siquis vult
post me. In cõi fol. v. Offr. Oratio
mea munda est: ꝛ ideo peto vt detur locus
voci mee in celo: quia ibi est iudex meus: et
cõscius meus: in eternum ascendat ad do-
minum deprecatio mea. Secreta.
TAnto placabiles tibi domi
ne q̃s nr̃e sint hostie: quan-
to sancti martyris tui laurentij: ꝓ
cuius solennitate exhibentur/ tibi
grata sunt merita. Per. Alia secr.
MUneribus nostris quesu-
mus domine precibusq̃ su
sceptis: et celestibus nos munda
mysterijs: et intercedẽte beato ro-
mano martyre tuo/ clementer ex-
audi. Per. Cõio. Qui vult venire post Math.
me abneget semetipsum: et tollat crucem xvi. E.
suam: et sequatur me. Postcõio.
COnserua q̃s dñe mun⁹ tuũ
in nobis: vt quod te donãte
pro bti laurẽtij martyris tui solen
nitate ꝑcepimus: ꝛ salutem nobis
operetur ꝛ pacẽ. Per. Alia postcõ.
DA q̃s dñe deus noster: vt si-
cut bti romani martyris
tui temporali gratulamur officio
ita ꝑpetuo letemur aspectu. Per.
¶ In die sctí Laurẽtij mar. Offi.

In die sancti Laurētij. x. Augusti.

Confessio et pulchritu-
do in conspectu eius:
sanctitas ꝛ magnificē-
tia in sctificatiōe eius.
Ps. Cātate dn̄o canticū no-
uum: cantate dn̄o omnis terra. Oratio.
Da nobis q̄s oḡs deꝰ vicioꝝ
nostroꝝ flāmas extinguere:
q̄ btō laurētio tribuisti tormētoꝝ
suorū icēdia superare. Per. Mēo.
de noīe iesu. Ad corinthios .ij.ix
Fratres. Qui parce semiat
parce et metet. Et qui semi
nat in bn̄dictionibꝰ: de bn̄dictiōi-
bus et metet. Unusq̄sq̧ prout de-
stinauit i corde suo: nō ex tristicia
aut necessitate. Hilarē eni datorē
diligit deus. Potēs est autē deus
oēm gratiā abūdare facere in vo-
bis: vt in oībus semꝑ oēm sufficiē-
tiā habentes: abundetis in omne
opꝰ bonū sicut scriptū est. Disper-
sit dedit pauperibꝰ: iusticia eius
manet in seculū seculi. Qui autē
administrat semen seminanti: et
panē ad mādurandū prestabit. Et
multiplicabit semen vestrū: et au-
gebit incremēta frugū iusticie ve-
stre. Gr. Probasti dn̄e cor meū et visita-
sti nocte. ℣. Igne me examinasti: et nō est
inuenta i me iniquitas. Alla. ℣. Leuita
laurentius bonū opus operatus est: q̄ ꝑ si-
gnū crucis cecos illuminauit. Seq̄ntia.
Stola iocūditatis alleluya.
Induit hodie dn̄s / militē
suum laurentiū. Solito plaudat
alacriꝰ / cōcio leta fideliū. Hodie
martyr insignis / hostiā deo placē-
tē obtulit. Hodie tormentū ignis
grauiter exanimatꝰ ptulit. Ani-
matus ad certamē / monitu beati
senis. Grauissimis non refugit /
exhibere membra penis. Ante re
gem accersit: ꝛ de rebꝰ cōuenitur /
occultis ecclesie. Sed nō cedit blā
dimētis: emollit aut tormētis / eiꝰ
auaricie. Undit valerianus: ꝛ le
uite larga manus / dum petit indu-
cias. Dat ministris charitatis:
paupibꝰ cōgregatis / facultatū co-
pias. Urit igitur prefectꝰ: ꝛ pa-
ratur ardēs lectus / insultātis vi-
scera / crates vrit aspera. Sudat
martyr in agone: spe mercedis et
corone: qui dat fidelibus ꝓ christo
certantibus. De cuius militia:
celi gaudet curia. Quia vicit ho-
die / ministros nequicie. Ut hunc
ergo per patronum: cōsequamur
vite donū. In illiꝰ die festo: cho-
rus noster letus esto. Iocūdum
in ecclesia. Decantans alleluya.
Euangeliū. Nisi granum. In cōi
folio. v. Offer. Confessio et pulchritudo Psal.
in conspectu eius: sanctitas et magnificē- xcv.
tia in sanctificatione eius. Secreta.
Ut tuis domine mysterijs
digni reddamur / illa que-
sumus veritas nos illuminet sem
per et foueat: que in beati lauren-
tij martyris tui corde / flammam
tue confessionis accēdit: iesus chri
stus filius tuus dominus noster.
Qui tecum. Cōio. Qui mihi ministrat Joan.
me sequatur: et vbi ego sum / illic et mini- xii. D.
ster meus erit. Postcōio.
Sacro munere satiati / sup-
plices te domine depreca-
mur: vt quod debite seruitutis ce-
lebramus officio: intercedēte bea-
to laurentio martyre tuo: saluā-
tionis tue sentiamus augmentū.
Per dominum nostrum. ¶ San-
cti Tiburtij martyris. Officium.

Psal. xci. Ustus vt palma flore-bit sicut cedrus libani multiplicabitur/plantatus in domo domini in atrijs domus dei nostri. ps. Bonū est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

Eodem

Beati tyburtij martyris tui/ nos dñe foueāt continuata presidia: quia nō desinis propici⁹ intueri: quos talibus auxilijs con cesseris adiuuari. Per do. Memoria de sancto Laurētio. Epl'a. Doctrinis varijs. In cōi folio. vj. Gr. Iust⁹ nō conturbabitur: quia dñs firmat manū ei⁹. ℣. Tota die miseret̄ & cōmodat et semē ei⁹ in būdictiōe erit. Alla. ℣l⁹. Posuisti dñe sup caput eius coronam de lapide p̄cioso. Euāgeliū. Si quis vult. In cōi fol'. v. Offr. Posuisti dñe in capite ei⁹: coronam de lapide precioso: vitam petiit et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Psal. xxxvi.

ps. xx.

Grata tibi sint domine hec sacrificia q̄ in sancti tyburtij martyris tui passiōe deferunt̄: cui⁹ intercessione q̄s salutaria nobis efficiant̄. Per dñm. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsū: et tollat crucē suā: et sequat̄ me. Postcōio.

Math. xvi. D.

Quesumus omnipotens deus/ vt interueniente beato tyburtio martyre tuo: et tua ī nobis dona multiplices: & misericorditer largita cōserues. Per dominum nostrum. ¶ Sancti ipoliti sociorūq; eius martyrum. Officium

Psal. lxvii. Usti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. ps. Exurgat deus et dissipētur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Eodē.

Da q̄s oīps de⁹: vt beati ipoliti martyris tui sociorumq; eius veneranda solēnitas: & deuotionē nobis augeat & salutē. Per. Mēo. de noīe iesu et de sctō laurentio. Epl'a. Iusti aūt in ppe. In cōi fo. vij. Gr. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentū malicie iii. ℣. Visi sunt oculis insipiētiū mori: illi aūt sunt in pace. Alla. ℣l⁹. Sancti et iusti in dño gaudete: vos elegit deus in hereditatē sibi. Si dñica fuerit v̄; seq̄ntia de cōi p̄simo₂ mar. fo. viij. Euā. Attēdite a fermēto. In cōi fol'. ix. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est/ de laqueo venātiū: laque⁹ cōtritus est/ et nos liberati sumus. Secreta. Psal. cxxiii.

Respice q̄s dñe munera populi tui ī sanctor martyrū tuorū ipoliti: sociorūq; ei⁹ honore oblata: & testificatio tue veritatis nobis p̄ficiat ad salutē. Per. Cōio. Dico aūt vobis amicis meis: ne terreami ab his q̄ vos persequunt̄. Postcōio. Luc. xii. A.

Quos tuis dñe reficis sacramētis: sctōr martyr tuorū ypoliti sociorūq; eius: attolle benignus suffragijs: vt nr̄e redemptionis effectū: et mysterijs capiamus et morib⁹. Per do. Si vigi. assumptiōis btē Marie extra dñicā euenerit: tūc dicat̄ missa de octa. Iesu post tertiā/ cū memorijs de sanctis Eusebio & Laurentio: & post sextā dicat̄ missa de vigi. vtraq; ad principale altare. Qñ vigil'. assūptiōis btē Marie ī dñica eueñ. tunc dicat̄ missa de vigil'. in capl'o cū mēorijs de sctis Eusebio & Laurētio: et in summa mis. de oc. Iesu/ fiat mēo. de dñica & de trinita. & nihil de sanctis Eusebio & Laur. & tūc ī tertia

Vigilia assūptiōis marie. xiiij. Augu.

feria proxima sequēte dicat missa dn̄icalis in capitulo. ¶ In vigilia assumptionis btē Marie. Officiū.

Bedulius. Salue sctā parens/enixa puerpera regē: qui celum terrāq; regit/in secula seculorū. ps. Benedicta tu in mulieribus: et bn̄dictus fruct⁹ ventris tui. (Luc. i. C.) In hac vigilia nō repetat officium post psalmum: sed post Glia patri. et Sicut erat tm̄. Ad hāc missam de vigilia dr cāt⁹ ferialis sup Kyriel. Sāct⁹. et Agnus. nisi dn̄ica fuerit: tūc eiꝰ dr cāt⁹ sup Kyriel. Glia in excelsis Sctūs et Agnus. et Ite missa est. sicut in festo triū lec. sine regimine chori: et dr missa in caplo. Oratio.

Deus qui virginalē aulam beate marie i qua habitares eligere dignatus es: da qs: vt sua nos defensiōe munitos: iocundos nos faciat interesse festiuitati. Qui viuis et regnas cū deo pre.

¶ Mēoria de sācto Eusebio. Orō.

Deus q nos bti eusebij confessoris tui annua solēnitate letificas: cōcede ppici⁹: vt cui⁹ natalicia colimus: p eius ad te exempla gradiamur. Per. Mēoria de sancto Laurentio. ¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiij.

(Eccl. xxiiii. C) Ab initio et ante secula creata sum: et vsq; ad futurum seculū nō desinā: et in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et i hierusalem potestas mea. Et radicaui in pplo honorificato: et i partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sctōrum: detētio mea.

Gr. Bn̄dicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris: inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus nō capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Si dn̄ica fuerit dicit Alla. V. Post partum virgo inuiolata permāsisti: dei genitrix intercede p nobis.

¶ Secundum Lucam. xi.

In illo tpe. Loquēte iesu ad turbas: extollēs vocē qdam mulier de turba/dixit illi. (Cap. xi. D.) Beatus vēter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt verbū dei: et custodiunt illud. Offr. Felix namq; es sacra virgo maria: et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iusticie/christus deus noster. Et dr hac die sine Alla. Officiūq; dicit extra lxx. vsq; ad pascha: nisi ad hāc missam de vigilia tm̄ cum extra dn̄icam venerit. Vs⁹. Beata es virgo maria/que dn̄m portasti creatorem mundi: genuisti qui te fecit: et in eternum permanes virgo. Secreta.

Munera nostra dn̄e qs apud clemētiam tuā dei genitricis cōmēdet oratio: quā idcirco de presenti seculo transtulisti: vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundē dominū.

¶ Alia secreta de sancto Eusebio.

Sancti eusebij cōfessoris tui interuētu dn̄e tibi seruitus nostra cōplaceat: et oblatio presentiū munerū/fiat psidiū deuotorū.

Prefatio quotid. dr. Cōio. Alma dei genitrix succurre precātibus cunctis: nos quoq; vna pcamur supplices: vt tuis precibus adiuti laudemus trinitatē. Postcō.

Concede qsumus misericors deus fragilitati nostre presidium: vt q sctē dei genitricis et vir

ginis marie requiem celebramus intercessionis eius auxilio: a nr̄is iniq̄tatib⁹ resurgam⁹. Per eundē.

Alia Postcōio de sancto Eusebio.

Referti dn̄e sumpsimus sacramēta celestia: q̄s nobis intercedēte beato eusebio cōfessore tuo sentiam⁹ vberi⁹ pfutura. p. ¶ In die assumptiōis btē Marie Offiū.

Gaudeamus omnes in dn̄o / diē festū celebrātes: sub honore marie virginis: de cuius assumptione gaudent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. Kyriel. De⁹ creator. Orō.

Psal. xliiii.

Ueneranda nobis dn̄e huius diei festiuitas: opē cōferat sempiternā: i qua sancta dei genitrix mortem subijt tēporalē: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filiū tuū dn̄m nostrū de se genuit icarnatum. Qui tecum vi. ¶ Lectio libri sapiētie. Eccl. xxiiij.

Eccl. xxiiii. B.

In oībus requiem quesiui: et in hereditate dn̄i morabor. Tūc precepit et dixit mihi creator oīm: et qui creauit me / requieuit in tabernaculo meo: et dixit mihi. In iacob inhabita: et in israel hereditare: et in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sctificata similiter requieui: et i hierusalē potestas mea Et radicaui in populo honorificato: et i partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorū detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum i libano: et quasi cypress⁹ in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plantatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa i campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquā in plateis. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myrrha electa: dedi suauitatem odoris. ¶ Alia epistola p octa. Lectio libri sapiētie. Cātico. ij. et. iij

Egredimini et videte filie syō regem salomonem in diademate quo coronauit eū mater sua die desponsationis illius: et in die leticie cordis ei⁹: q̄ pulchra es amica mea: q̄ pulchra es et decora oculi tui columbarum: absq₃ eo quod intrinsecus latet. Tota pulchra es amica mea: et macula non est i te. Ueni de libano sponsa mea: veni de libano veni: q̄ pulchre sunt mā me tue: soror mea spōsa. Pulchriora sunt vbera tua vino: et odor vnguentorum tuorū sup omnia aromata. Fauus distillās labia tua spōsa / mel et lac sub lingua tua: et odor vestimētorū tuorū sicut odor thuris. Ortus cōclusus soror mea spōsa / ort⁹ cōclus⁹ fons signatus. Emissiones tue paradisus malorum punicorū: cū pomorum fructib⁹. Fōs ortorum / puteus aquarum viuētiū: que fluunt impetu de libano. Ueni in ortū meum soror mea sponsa / messui myrrham meā cū aromatibus meis. Una est columba mea / pfecta mea: vna est matri sue / electa genitrici sue. Uiderūt eā filie syō: et beatissimam predicauerūt. Regine et cōcubine laudauerunt eam. Que est ista que pgredit quasi aurora consurgēs: pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castrorū acies

ordinata: q̃ pulchra es ⁊ q̃ decora charissima in deliciis: statura tua assimilata est palme: et vbera tua botris. ¶ Et legant alternis vicibus p octa. videlicet vna die In oibus requie. Et altera die Egredimini et. Ita tamē q̃ in dñica infra octa. ⁊ i octa. die dr Epla In oibus requie. Gr. Propter veritatē ⁊ mãsuetudinem ⁊ iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide: et inclina aurem tuã: quia cõcupiuit rex speciē tuam. Psal. xliiii. Alla. V. Hodie maria virgo celos ascēdit gaudete: quia cũ christo regnat in eternum. Sequens Alla dr quotidie per octa. nisi in dñica ⁊ in octa. die: tunc vero dicitur Alla. sicut in prima die. Alla. V. Assumpta est maria in celum gaudent angeli/ ⁊ collaudantes: benedicunt dominum. Sequentia.

Aurea virga prime matris eue florēs rosa processit maria. Oritur vt lucifer inter astra etherea: ppulchra vt luna. Fragrascit vitra oia balsama: pigmēta et thimiamata. Purpurea vt viola: roscida vt rosa: candēs vt lilia. Patris summi: quã elegit ples deica. Ut assumeret carnē sacrosanctã: ex virginis carne incorrupta. Celsus nũciat gabriel noua gaudia. Eterni regis exortum in terra: matremqȝ eius ita salutat. Aue maria dñi mei: mater alma celica plena gra. Et dicit trina vice Tu benedicta regem i secula paries effecta orbis regina. Et cũda ergo iquit quomodo esse queã: cum virum nõ agnoscam: ex quo sum nata: ⁊ semper permanēs virgo pudica. Ne timeas respondit angelus sanctum neuma descendet in te casta: quo fecundata paries deum ⁊ hominem vna. O vere sancta atqȝ amanda: ex qua est orta redemptio nostra: salꝰ quoqȝ mundi: veraqȝ vita. O dei nři genitrix: pia suscipe nřa hac die precata: i qua es assũpta ad celi claustra. Tu es eni pri chara: tu es iesu mater bona: tu sancti spiritus es tēplum facta. Tu es pulchra dei sponsa: tu regē christum enixa/ dña es in celo et in terra. Hodie namqȝ curie celestis tibi obuia agmina te assumpserunt ad palacia stellata. Iesus ⁊ ipse festiuus tibi nři cum angelis occurrēs: sede paterna secũ locauit i scła. Iam cum deo regnãs: nostra excusa scelera mens mala: poscēs cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra q̃ es post deũ spes sola: tuo filio nos representa. Ut in poli aula leti iubilemus alla. ¶ Scdm Lucam. x.

In illo tpe Intrauit iesus in quoddã castellum/ ⁊ mulier quedã martha noie/ excepit illum in domum suã. Et huic erat soror noie maria: que etiã sedēs secꝰ pedes domini/ audiebat verbũ illius Martha autē satagebat circa frequens ministeriũ. Que stetit ⁊ ait. Domine/ non est tibi cure q̃ soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi/ vt me adiuuet. Et respondens/ dixit illi dñs. Martha martha/ sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro/ vnũ est necessarium. Maria optimã partem elegit: que non auferetur ab ea. Credo. Offr. Diffusa est gratia in labiis tuis: ppterea bñdixit te deus in eternum: ⁊ in seculum seculi. Secreta. Psal. xliiii.

Cap. x. G.

In assumptiõe btē marie. xv. Augusti.

Grata tibi dñe sit hec munera nostra efficiat beate dei genitricis oratio: quã et si pro conditiõe carnis migrasse cognoscimus: in celesti gloria pro nobis apud te iugiter orare sentiamus. Prefatio. Et te in assumptione. Hec prefatio dicit quotidie ꝑ octa. et i octa. Cõio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Postcõio.

Mense celestis participes effecti imploramus clemẽtiam tuã dñe deus noster: vt q festa dei genitricis colimus: a cunctis malis imminẽtibus / eius intercessionibus liberemur. Per eundẽ. Quotidie per ebdomadã dr eadẽ missa: cum ꝓprijs seqntijs: sed sine Credo. tñ in dñica dr Credo et i oct. die / si do. fuerit. Scda die Sequentia.

Post partum virgo maria. Dei genitrix fecũda: gratia tonãtis plena. Aue terrarum domina: alma celorũ regina. Tibi ethera: oisqꝫ sctõrũ turma / depromat symphonia. Tellus flumina / atqꝫ siluarũ nemora: resultent voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux et veritas: mundo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra: extãs virgo facta mater itacta. Unde nostris eya faue votis dña: christũ interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri: filiorum flagitamus crimina. Nosqꝫ oẽs itroducet: sempiterna paradisi gaudia. Quo perhennis vite: perfruamur gl'ia. Tertia die sequẽtia.

Aue maria gr'a plena. Dominus tecũ virgo serena. Bñdicta tu i mulieribus. Que peperisti pacem hoibus et angelis gloriã. Et bñdict' fruct' ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gratiã. Per hoc autẽ aue / mũdo tã suaue: cõtra carnis iura. Genuisti prolẽ: nouũ stella solẽ / noua genitura. Tu parui et magni: leonis et agni: saluatoris christi: tẽplũ extitisti / sed virgo intacta. Tu floris et roris / panis et pastoris: virginũ regina / rosa sine spina / genitrix es facta. Tu ciuitas regis iusticie Tu mr es misericordie. Theophilum reformans gratie: de lacu fecis et miserie. Ergo maris stella / verbi dei cella et solis aurora Paradisi porta / per quã lux est orta / natũ tuum ora. Nos vt soluat a peccatis: et in regno claritatis: quo lux lucet sedula / collocet per secula.

Quarta die sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus / alla. Nota q in lxx. ꝑ alla dicit die ista. Regẽ regũ intacte ꝓfudit chorus / res miranda Angelus cõsilij / natus est de virgine / sol de stella. Sol occasũ nesciens / stella semꝑ rutilãs / semper clara. Sicut sydus radiũ ꝓfert virgo filiũ / pari forma. Neqꝫ sydus radio / neqꝫ mr filio / fit corrupta. Cedrus alta libani / cõformatur ysopo / valle nostra. Uerbum ens altissimi / corporari passum est / carne sumpta. Esaias cecinit / synagoga meminit: nunq tamen desinit / esse ceca. Si nõ suis vatibus credat vel gẽtilibus: sibillinis versibus: hec predicta. Infelix ꝓpera. Crede vel vetera. Cur dãnaberis gẽs misera: Quẽ docet litera

Natū cōsidera. Ipsum genuit puerpera. ¶ Quinta die sequētia.

Hac clara die turma festiua dat preconia Mariā cōcrepādo symphonia nectarea. Mundi dn̄a que est sola castissima virginū regina. Salutis causa: vite porta/ atq3 celi referta gr̄a. Nam ad illā sunt nuncia: olim facta angelica. Aue maria gr̄a dei plena per secula. Mulierū pia agmina/ intra semp bn̄dicta. Uirgo ꝫ grauida mater ītacta prole gloriosa. Cui ꝯtra maria hec reddit famina. In me quomodo tua iā fient nuncia: Uiri noui nullā certe copulā. Ex quo atq3 nata sum icorrupta. O tua miss⁹ ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portās q̄ gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. ¶ Sexta die Sequentia.

Aue mundi spes maria: aue mitis aue pia aue plēa gr̄a Aue virgo singularis/ q̄ p rubū designaris/ non passum incendia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula. Cui⁹ fruct⁹ nr̄i luct⁹: relaxauit vincula. Aue carens simili mundo diu flebili/ reparasti gaudiū. Aue cui⁹ viscera: cōtra mortis federa/ ediderūt filium. Aue virginum lucerna: p quā fulsit lux superna/ his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci/ et de cuius lacte pasci/ rex celorum voluit Aue gēma celi luminariū. Aue sancti spūs sacrariū. O q̄ mirabilis ꝫ q̄ laudabilis/ hec est virginitas In qua per spiritum facta paraclytū/ fulsit fecunditas. O q̄ sctā q̄ serena q̄ benigna q̄ amena esse virgo creditur. Per quā seruitus finit: porta celi aperit/ et libertas redit. O castitatis liliū: tuū precare filiū: qui salus est humiliū. Ne nos pro nostro vicio: in flebili iudicio/ subiiciat supplicio. Sed nos tua sctā prece: mundans a peccati fece. Collocet i lucis domo: amen dicat omnis homo. ¶ Septima die Sequentia.

Hodierne lux diei: celebris i matris dei/ agit memoria. Decātem⁹ in hac die: semp virginis marie/ laudes et p̄conia. Omis homo oi hora: ipsam ora ꝫ implora/ eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto: cordis oris voce voto/ aue plena gr̄a. Aue dn̄a celorū/ iexperta viri thorū/ parēs paris nescia. Fecūdata sine viro/ genuisti mō miro/ genitorē filia. Florēs ort⁹ austro flāte/ porta clausa post ꝫ ante/ via viris inuia. Fusa celi rore tellus fusum gedeonis vellus/ deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti: tu caliginose menti/ desuper irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos procella: et tempestas obuia.

¶ Tertia die īfra octauas assumptionis dicitur missa i capitulo de octa. sancti Laurentii. Officium.

Probasti dn̄e cor meū et visitasti nocte: igne me examinasti/ et non est inuēta i me iniquitas. ps̄. Exaudi dn̄e iusticiā meā: intende deprecationē meā. Oro. ps̄al. xvi. Eodem

Beati laurentii martyris tui nos faciat dn̄e passio vene-

rãda letãtes: et ut eã sufficiẽter recolamus: efficiat promptiores. Per.
Epla. Qui parce seminat. ut supra
Ps. xx. in die. Gr. Posuisti dñe sup caput ei' co
Eodem ronã de lapide p̄cioso. V. Desideriũ aĩe ei'
tribuisti ei: ꝗ voluntate labiorũ ei' nõ fraudasti eũ. Alla. V. Leuita laurẽti' bonũ
opus operat' ẽ: q̃ ꝑ signũ crucis cecos illuminauit: et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Si vigilia in dñica euenerit: tũc hac die dr sequẽs Alla. V.
Leuita laurẽtius bonũ opus operatus est:
qui per signum crucis / cecos illuminauit.
¶ Secundum Mattheum. x.
Cap. In illo tpe. Dixit iesus disci-
x. D. pulis suis. Qui amat patrẽ aut mrẽm plusq̃ me: nõ est me dign'. Et qui amat filiũ aut filiã super me: non est me dign'. Et qui non accipit crucẽ suã et sequit̃ me: nõ est me dignus. Qui inuenit animam suã: perdet illã. Et qui perdiderit animam suã ꝓpter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in noĩe ꝓphete: mercedẽ ꝓphete accipiet Et qui recipit iustum in noĩe iusti / mercedem iusti accipiet. Et quicũq3 potũ dederit vni ex minimis istis / calicem aque frigide tantũ in noĩe discipuli: amen dico vobis / nõ ꝑdet mercedẽ suã. Offr.
Ps. xx. In virtute tua dñe letabitur iustus: et sup salutare tuum exultabit vehemẽter: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.
Beati laurẽtij martyris tui honorabilẽ passionẽ muneribus dñe geminatis exequimur: q̃ licet ꝓprijs sit memoranda principijs indesinẽter tñ ꝑmanet gliosa.
Eodẽ. Per. Cõio. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide p̄cioso. Postcõio.
Salutare nobis dñe q̃s intercessio btĩ laurẽtij martyris tui prestet auxiliũ: vt celestis mẽse participatio quã sũpsim' tribuat ecclesie tue recẽsitã leticiã. Per do.
¶ Sciẽdum est q̃ q̃ñcũq3 octa. scĩ Laurẽtij ĩ dñica cõtigerint: missa de ipsis octa. in illa dñica in caplo dr: et missa dñicalis in vigilia scĩ Bartholomei ĩ caplo dicat̃: nisi cũ fuerint xxvj. vel xxvij. do. a Deus oĩm. vsq3 ad aduẽtũ dñi: tũc enim ibi vna missa dñicalis differatur.
¶ Dñica infra octa. assumptiõis ad missã oĩa fiant sicut ĩ prima die more simplicis festi ix. lec. ita tñ q̃ Kyrie. Glia ĩ excel. Seq̃ntia. Sanctus et Agnus ꝑ ordinem dicũtur
¶ Quarta die ĩfra octa. fiat mẽo. de sancto Agapito martyre. Oro.
Letetur ecclia tua de' beati agapiti martyris tui confisa suffragijs: atq3 ei' precib' gliosis / et deuota permaneat: ꝗ secura cõsistat. Per dominum. Secreta.
Pro beati agapiti martyris tui passiõe venerãda hostias laudis tibi dñe immolãtes: q̃s vt eius orationib' placeãt / ꝓ cui' meritis offerũtur. Per. Postcõio.
Presta q̃s dñe deus nr̃: vt sacramenti tui virtute percepta: intercessione btĩ agapiti martyris tui: tanto munere digni reddamur. Per dominum. ¶ Quinta die infra octauas / fiat memoria de sancto Magno marty. Oro
Adesto dñe supplicationib' nr̃is / ꝗ intercedẽte btõ magno martyre tuo: ab hostium nos defende ꝓpiciat' incursu. P. Secre.

metuebat ioannē: sciēs eū virū iu-
stū et sctm̄: et custodiebat eū. Et au-
dito eo / multa faciebat: et libenter
eū audiebat. Et cū dies oportun⁹
accidisset / herodes natalis sui ce-
nā fecit pricipib⁹ et tribunis / et pri-
mis galilee. Et cum itroisset filia
ipsi⁹ herodiadis / et saltasset et pla-
cuisset herodi: simulq̄ recūbentib⁹
rex ait puelle. Pete a me qđ vis: et
dabo tibi. Et iurauit illi / qa qcqđ
petieris dabo tibi: licet dimidium
regni mei. Que cum exisset / dixit
matri sue. Quid petam? At illa di-
xit. Caput ioannis baptiste. Cūq̄
introisset / statim cū festinatiōe ad
regē: petiuit dicēs. Volo vt ptinus
des mihi i disco caput ioannis ba-
ptiste. Et cōtristat⁹ est rex propter
iusiurādū: et pp̄ter simul discūben
tes noluit eā contristari: sed misso
spiculatore / precepit afferri caput
eius in disco. Et decollauit eum in
carcere: et attulit caput ei⁹ in disco
et dedit illud puelle: et puella de-
dit matri sue. Quo audito / disci-
puli eius: venerūt et tulerūt corp⁹
ei⁹: et posuerūt illud i monumēto.
ps. xx. Offer. Posuisti domine in capite eius co-
ronam de lapide precioso: vitam petiit a
te: et tribuisti ei alleluya. Secreta.
Munera tibi dn̄e p̄ sctī ioan-
nis baptiste et martyris tui
passione deferimus: qui dum fini
tur in terris: factus est celesti sede
perpetuus: quesumus vt eius ob-
tentu nobis proficiant ad salutē.
ps. lxxx viii. Per do. Cōio. Magna est gloria eius
in salutari tuo: gloriam et magnum deco-
rem impones super eū domine. Postcōio.
Conferat nobis dn̄e qs̄ san-
cti ioannis baptiste vtrūq̄
solēnitas: vt et magnifica sacra-
mēta que sumpsim⁹: precibus no-
stris significata veneremur: et in
nobis potius edita gaudeamus.
Per dn̄m. Sanctorum Felicis /
et Adaucti martyrum. Officium.
Sapientiam sanctorum Eccl. xliiii. c.
narrant populi: et lau-
dem eorū nūciat eccle-
sia nomina autem eo-
rum viuēt in seculum
seculi. ps. Exultate iusti in domino: re- Psal.
ctos decet collaudatio. Oratio. xxxii.
Maiestatē tuā dn̄e supplices
deprecamur: vt sicut nos iu-
giter sanctorum martyrum tuorū /
felicis et adaucti cōmemoratione
letificas: ita semp̄ supplicatiōe de-
fendas. Per dominum. Epistola.
Iustorū anime. In cōi fo. viii. Gr.
Iustorum aie i manu dei sunt: et non tan- Sap.
get illos tormentum malicie. ṽ. Visi sunt iii. a.
oculis isipientium mori: illi autem sunt in
pace. Alleluya. ṽ. Iusti epulentur et Psal.
exultent i conspectu dei: et delectentur i le- lxvii.
ticia. Euangel. Attēdite a fermēto.
In cōi fo. ix. Offer. Letamini i dn̄o et exul ps. xxxi.
tate iusti: et gliamini oēs recti corde. Secr.
Hostias qs̄ dn̄e quas solēni-
ter immolam⁹ pro martyrū
cōmemoratione sanctorū clemēter
suscipe: et cōcede vt eorū intercessio-
ne in quorū honore offeruntur: ve-
niam delictorū cōsequi mereamur
Per. Cōio. Quod dico vobis i tenebris / Math.
dicite i lumine dicit dn̄s: et quod i aure au- x. f.
ditis: predicate super tecta. Postcōio.
Refecti domine sacris mune
ribus quesum⁹: intercedēn-
tibus sanctis martyribus tuis fe-
lice et adaucto in gratiarum sem-
per actiōe maneamus. Per dn̄m.

¶ Sancte Cuthburge virginis / non martyris. Officium.

Psal. xliiii. Dilexisti iusticiā: et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie / pre consortibus tuis.

Eodem. Ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui eximie castitatis priuilegio / famulam tuā cuthburgam multipliciter decorasti: da nobis famulis tuis eius promerente intercessione vtriusq; vite prosperitatē: vt sicut eius festiuitas nobiscū agitur in terris: ita per eius interuentum nostri memoria apud te semper habeatur in celis. Per dn̄z. Ep̄la. Qui gloriatur. In

Ibidē. cōi fol. xvj. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. V. Propterea vnxit te deus deus

j. Cor. tuus oleo leticie. Alleluya. V. Emu-

xi. A. lor enī vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo. Euāge. Simile est regnū celorū decē. In cōi fo. xviij. Offer. Offerent regi virgi-

Psal. xliiii. nes post eā: proxime eius offerent tibi. Secr.

Altaria tua domine mysticis muneribus cumulantes / maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt ipsius adiuuantibus meritis / carere mereamur cunctis contagijs. Per dominum. Cōio.

Eodem. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcōio.

Celestibus sacramentis refecti maiestatē tuā altaribus tuis dn̄e deprecamur inclinati: vt que in solennitate beate cuthburge letāter percepimus: auxilio eius intercessionis: nobis proficiāt ad vtriusq; profectum salutis. Per.

¶ Sācti Egidij abbatis. Officiū.

Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua eius loquetur iudicium / lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Orō.

Deus qui hodierna die beatum egidiū cōfessorē tuum atq; abbatē aulā regni celestis penetrare fecisti: tribue q̄s: vt cuius deuote gratulamur meritis: eius nos sentiamus cōfoueri suffragijs. Per.

¶ Orō. de scō Prisco mar. Orō.

Omnipotens sempiterne deus: fortitudo certantium: et martyrum palma: solēnitatem hodierne diei propicius intuere: et ecclesiā tuā cōtinua fac celebritate letari: vt intercessiōe beati prisci martyris tui / omnium in te credentium vota perficias. Per. Ep̄la. Iustus cor suū. In cōi fol. xiiij. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nō supplantabuntur gressus eius. Alleluya. V. Posui adiutoriū super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequētia. Adest nobis. In cōi fo. xij. Euangelium. Nemo accendit. In communi fo. xiiij. Offr. Desiderium anime eius tribuisti ei dn̄e: et voluntate labiorū eius nō fraudasti eū: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Secr.

Muneribus nostris dn̄e q̄s sancti egidij confessoris tui atq; abbatis intercessiōe gratiam tue placationis infunde: vt et collata nobis remedia tuearis: et propitius conferenda largiaris. Per dn̄m.

¶ Alia Secreta de sancto Prisco.

Altaribus tuis dn̄e munera pro cōmemoratiōe sancti

prisci martyris tui gratãter offeri
mus/ precãtes: vt ipso intercedẽte
hec eadẽ nobis ad celestia pmerẽ-
da proficiant. Per dominũ. Cõio.
Math. Fidelis seruus et prudens quem constituit
[xx]iiii. dominus super familiam suam: vt det illi
in tempore tritici mensuram. Postcõio.
PRotege dñe populũ tuũ de
tua misericordia confiden
tẽ: et quos celestib⁹ refecisti myste-
rijs: bti egidij ɔfessoris tui atq; ab
batis itercessiõe tuis munerib⁹ as
sequẽdis effice promptiores. Per.
¶ Alia postcõio de sancto Prisco.
REfectã dñe sacre participa-
tiõis mysterio tuere q̃s ple-
bem tuã: vt bti prisci martyris tui
solẽnia recolentem: celestis gratie
largitate psequere: vt visibilibus
adiuta solacijs ad iuisibilia bona
promptius incitetur. ¶ Transla-
tio sancti Cuthberti epi. Officiũ.
Eccl. STatuit ei dñs testamẽ
[xl]iiii. D. tum pacis/ et pricipem
fecit eum: vt sit illi sa-
cerdotij dignitas/ in e-
Ps. lxxx ternum. Ps. Misericor-
viii. dias domini: in eternum cantabo. Oro.
PResta nobis q̃s oĩps ꝛ mise-
ricors deus: vt qui bti cuth
berti confessoris tui atq; põtificis
trãslatiõis diem veneramur: p ip-
sius suffragia pietatis tue semper
beneficia cõsequamur. Per. Epl'a.
Ecce sacerdos magnus qui in die-
Psal. bus. In cõi fol. xj. Gr. Iurauit dñs ꝛ
cix. nõ penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ
secũdũ ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs
dño meo: sede a dextris meis. Alla. ℣.
Esaie. Iustus germinabit sicut liliũ: ꝛ florebit in
xxxv. eternũ añ dñm. Si fiãt ix. lc. vel sequẽ-
A. tia de cõi fo. xij. Euãg. Hõ quidam

peregre. In cõi fo. xij. Offr. Veritas Ps. lxxx
mea et misericordia mea cũ ipso: et in noie viii.
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
HEc munera q̃s dñe bti cuth-
berti cõfessoris tui atq; pon
tificis itercessiõe sctifica: ꝛ nos fa-
mulos tuos a pctõꝝ oĩm maculis
clemẽter emũda. Per dñm. Cõio.
Beatus seruus quem cum venerit dñs iue- Math.
nerit vigilantem: amen dico vobis: super xxiiii.
omnia bona sua constituet eũ. Postcõio. D.
VT hec cõmunio nos dñe ti-
bi dignos efficiat: beatus
cuthbertus confessor tuus et pon-
tifex: cuius trãslatiõis diem vene-
ramur: suffragio q̃sum⁹ pie inter-
cessiõis obtineat. Per dominum.
¶ Scti Bertini abbatis. Officiũ.
OS iusti meditabit̃ sa-
pientiã: et ligua ei⁹ lo-
quetur iudiciũ: lex dei
eius in corde ipsi⁹. Ps.
Noli emulari in malignã Eodem
tib⁹: neq; zelaueris faciẽtes iiq̃tatẽ. Oro.
OMñps sempiterne deus q̃ mi-
rabiliter fulges in electis tu
is: quos te habitatore glorificare
voluisti/ da nobis q̃s beati bertini
confessoris tui atq; abbatis ita di
gne solẽnia venerari: vt ei⁹ suffra
gãtibus meritis tẽplũ tuũ merea-
mur fieri. Per dñm. Epl'a. Iustus
cor suum. In cõi fo. xiij. Gr. Os iu- Psal.
sti meditabit̃ sapiẽtiã: et ligua eius loque- xxxvi.
tur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius
et nõ supplãtabũtur gressus eius. Alla.
℣. Amauit eũ dñs et ornauit eũ: stola glo-
rie induit eũ. Euãgeliũ. Nemo accẽ-
dit. In cõi fo. xiij. Offr. Desiderium Ps. xx.
ale ei⁹ tribuisti ei dñe: ꝛ volũtate labiorum
ei⁹ nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius
coronam de lapide precioso. Secreta.

Gratia spiritus sācti dn̄e q̄s hec munera nr̄a assumat: et intercedente beato bertino confessore tuo atq₃ abbate vitā nr̄am irreprehensibilē custodiat: q̄ nos ad celestia regna perducat. Per dn̄m
Math. in vnitate eiusdem. Cōio. Fidelis ser
xxiiii. uus et prudens quem constituit dominus
D. super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Tribuāt nobis q̄s dn̄e cōtinuū tua sancta subsidium quo bti bertini cōfessoris tui / atq₃ abbatis precib⁹ nos ab oib⁹ semper tueantur aduersis. Per. ¶ In natiuitate beate Marie. Officium.



Gaudeamus omnes in dn̄o / dië festū celebrātes: sub honore marie virginis: de cuius natiuitate gaudent angeli:
Psal. et collaudant filium dei. Ps. Eructa
xliiii. uit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Supplicationē seruorū tuorū deus miserator exaudi: vt q̄ in natiuitate dei genitricis et virginis cōgregamur: ei⁹ itercessionibus a te de istātib⁹ periculis eruamur. Per eūdem. ¶ Lectō libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiij.
Eccl. Ego quasi vitis fructificaui
xxiiii. suauitatem odoris q̄ flores
Sacris altaribus assistētes nos dn̄e q̃s sp̄us sancti luce perfunde: vt qđ tibi ī honoꝛe beati regis edvvardi deuote offerimus nobis ipso interueniēte fiat remediū salutare. Per dn̄m. In vnitate eiusdē. Cōio. Magna est gloꝛia eius Eodem

in salutari tuo: gloriam et magnum deco-
rem impones super eū domine. Postcōio
Vitalis alimonie conuiuio
saginati q̄s dn̄e deus n̄r: vt
beati regis edvvardi ɔfessoris tui
suffragantibus meritis: celestis
cōuiuij mereamur esse participes.
Per dn̄m. Vel dicitur ad missam
de sancto Edvvardo in trāslatiōe
eiusdē he tres orationes. Oratio.
Omnipotēs sempiterne deus: qui
beatū regē edvvardū scōrū
collegio sociasti: cōcede ꝓpicius vt
qui gloriose trāslatiōis eius reco-
limus īsignia: ipsius apud te sen-
tiamus patrocinia. Per. Secreta.
Quos beati regis edvvardi
trāslatio scā letificat / tua
nos dn̄e grā reddat letiores: ꝗ tri-
buat ī hoc sacrificio presentie tue /
dulcedinē toto corde sentire. Qui
viuis ꝗ regn̄. cū deo pr̄e. Postcōio.
Ut nobis salutē cōferāt sa-
cramēta q̄ sumpsim⁹ beatis-
simus rex edvvardus cōfessor tu⁹
dn̄e ꝓ nobis intercessor existat: de
cuius venerāda trāslatiōe tribuis
nos annua deuotione letari. Per.
¶ Scti Calixti pp̄e ⁊ mar. Offiꝰ.
Dan. Sacerdotes dei benedi-
iii. f. cite dominū: sancti et
humiles corde lauda-
Dan. te deum. ps. Benedicite om
nia opera dn̄i domino: lau-
date: ⁊ superexaltate eū ī secula. Oratio.
Deus q̄ nos conspicis ex no-
stra īfirmitate deficere / ad
amorem tuū nos misericorditer ꝑ
scti calixti martyris tui atq; pōtifi
cis exēpla restaura. Per do. Epla.
ps. lxxx Doctrinis va. In cōi fo. vi. Gr. In-
viii. ueni dauid seruum meum: ꝗ in oleo sancto
vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur
ei: et brachium meum confortabit eum. V.
Nihil proficiet inimic⁹ in eo: et filius ini-
quitatis nō nocebit ei. Alla. V⁹ Elegit
te dn̄s in sacerdotē magnū in populo suo.
Euangelium. Vigilate quia nesci
tis. In ɔmuni fol. xij. Offꝫ. Veritas ps. lxxx
mea: et misericordia mea cū ipso: et in no- viii.
mine meo exaltabit̄ cornu eius. Secreta
Mistica nobis dn̄e prosit ob-
latio: q̄ ꝑ sācti calixti meri-
tū nos et a reatib⁹ n̄ris expediat:
et perpetua saluatiōe cōfirmet. P.
Cōio. Beatꝰ seruus quē cū venerit dn̄s i- Math.
uenerit vigilātem: amen dico vobis / super xxiiii.
omnia bona sua constituet eū. Postcōio D.
Presta dn̄e q̄s: vt cuius pas-
sionis memoriā sacramēti
participatiōe recolim⁹: fidē profi-
ciendo sectemur. Per. ¶ Sancti
Wulfrāni epi et ɔfessoris. Officiū.
Statuit ei domin⁹ te- Eccl.
stamentū pacis / ꝗ prin xlv. D
cipem fecit eū / vt sit il-
li sacerdotij dignitas /
in eternum. ps. Miseri- ps. lxxx
cordias domini: ī eternū cātabo. Oratio. viii.
Da q̄s omnipotēs de⁹: vt bti vul-
frāni ɔfessoris tui atq; pōti
ficis venerāda solēnitas: et deuo-
tionē nobis augeat et salutē. Per.
Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ in
dieb⁹. In cōi fo. xj. Gr. Dn̄e preuen- ps. xx.
isti eū in benedictionib⁹ dulcedinis posuisti
in capite eius coronam de lapide precioso.
V⁹. Uitā petiit ⁊ tribuisti ei: lōgitudinem
dierum in seclm secli. Alla. V⁹. Iustus Esaie.
germinabit sicut liliū: et florebit ī eternum xxxv.
ante dn̄m. Sequencia de cōi. Adest. A.
vel Alma. In cōi fo. xij. Euāgeliū.
Hō q̄dā pegre. In cōi fol. xij. Offꝫ. ps. lxxx
Ueritas mea ⁊ mia mea cū ipso: et in noīe viii.

meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Respice qs munera ppli tui in sancti vulfrāni confessoris tui atqz pōtificis honore oblata: et sue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per. Cōio.

Math. xxiiii. Beatus servus quem cū venerit dñs invenerit vigilantem: amen dico vobis: super oia bona sua constituet eum. Postcōio.

Quos tuis dñe reficis sacramētis sctī vulfrāni confessoris tui atqz pontificis: attolle benignus suffragijs: vt nostre redēptionis effectū: ꝗ mysterijs capimus et moribus. Per. ¶ Scti Michaelis in mōte tumba. Officium.

Psal. cii. Benedicite dñm omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbū eius: ad audiendā voces sermonum eius. Ps. Be-

Novem nedic aia mea dño: et oia que intra me sunt nomini sancto eius. Kyrie rex splendens. Et dr absqz versib9. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorū ministeria hominūqz dispensas: concede propicius: vt a quibus tibi ministrātibus / in celo semp assistitur: ab his in terra vita nr̄a muniat. Per do. ¶ Lectio libri Apocal. beti Joannis aplī. xii.

Cap. xii. B. Factū est prelium magnū in celo: michael et angeli eius preliabāt cū dracone. Et draco pugnabat: ꝗ angeli eius: et nō preualuerūt: neqz locus inventus est eorum amplius i celo. Et proiect9 est draco ille magn9 serpēs antiquus qui vocat diabolus ꝗ sathanas: qui seducit vniversum orbē et proiect9 est i terrā et angeli eius cū illo missi sunt. Et audivi vocē magnam i celo dicentē. Nūc facta est salus ꝗ virtus ꝗ regnū dei nr̄i: ꝗ potestas christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nr̄orū / qui accusabat illos ante cōspectū dei nr̄i die ac nocte. Et ipsi vicerūt illū ꝓpter sanguinem agni: ꝗ propter verbū testimonij sui: ꝗ non dilexerunt aias suas vsqz ad mortē. Propterea letamini celi: ꝗ qui habitatis in eis. Gr. Benedicite dominum oēs āgeli ei9 potētes virtute: q facitis verbum ei9. V9. Bndic aia mea dño: ꝗ oia interiora mea nomē sctm̄ ei9. Alla. V9. Concussum est mare ꝗ cōtremuit terra vbi archāgel9 michael descēdebat de celo. Nō dr sequētia. Euāge. Accesserūt disci. vt supra i alio fe. ¶ Credo. Offer. Stetit angelus iuxta arā tēpli habēs thuribulum aureū i manu sua: et data sunt ei incēsa multa: ꝗ ascendit fumus aromatum in cōspectu dei alleluya. Secreta.

Munus populi tui qs dñe dignāter assume: qd tibi non nostris meritis: sed scti archangeli tui michaelis / omniūqz beatorū spirituū deprecatione sit gratū. P. Prefatio quotid. Cōio. Benedicite omnes angeli dñi dño: hymnum dicite: et superexaltate eum in secula. Postcōio. Psal. cii. D.

Beati archāgeli tui michaelis intercessiōe suffulti supplices te dñe deprecamur: vt quod honore prosequimur: cōtingam9 ꝗ mente. Per. ¶ Sancte Etheldrede virginis nō martyris. Officium.

Psal. xliiii. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tu9 oleo leticie pre consortibus tuis. Ps. Eru-

...creauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

O Mnipotens sempiterne deus: auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesumus sancte etheldrede virginis tue placitis tibi meritis commendari cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per. Epla. Qui gloriatur. In coi fo. xvj. Gr. Dilexisti iusticiam/ et odisti iniquitatem. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla. V. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Sequentia. Virginis venerãda. In coi fo. xvj. Euangel. Simile est regnũ celorum decem. In coi fo. xvij. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Postcoio.

O Fferimus tibi dñe preces et munera in honore scte ethel drede virginis tue gaudentes: presta qs: vt et conuenienter hec agere et remediũ sempiternũ valeamus acquirere. Per dñm. Coio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcoio.

P Rosint nobis dñe qs sumpta mysteria pariterque nos intercedẽte btã vgine tua etheldreda: et a peccatis eruant: et presidiis tue propiciationis attollant. Per.

¶ Scti Luce euangeliste Officiũ.



Os iusti meditabitur sapiẽtiam: et lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius i corde ipsius. Ps. Noli emulari i malignãtib' neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

I Nterueniat pro nobis dñe qs sanctus lucas euangelista/ qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum.

¶ Memoria de sancto iusto. Oro.

D Eus qui btõ iusto talem fortitudinem tribuisti: vt in puerili corpusculo gloriosum pro tuo amore subiret martyriũ: concede propicius: vt ipsius intercedentibus meritis: ab oib' nos absoluas peccatis Per. Epla. Similitudo vultus. In coi fol. iij. Gr. Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua ei' loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplantabuntur gressus eius. Alla. V. Primus ad syon dicet ecce assum: et hierusalem euãgelistam dabo. Sequentia. Laus deuo. In coi fo. iij. Euãgel. Designauit domin'. In coi fo. iij. Credo. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronã de lapide precioso: vitã petiit a te: et tribuisti ei alleluya. Secreta.

D Onis celestibus da nobis qs dñe libera mente seruire: vt mũera q deferim' interueniente btõ luca euãgelista: et medicinã nobis operentur et gloriam. Per.

¶ Alia secreta de sancto Justo.

S Icut diuine potentie gloriã munera pro beati iusti martyrio oblata testãtur/ sic nobis effectũ dñe qs tue saluationis ipẽdãt. Per. Prefa. Et te dñe. Nõ dr i hac prefatione. Per btõs euãgelistas. sed Per btõs aplos. Coio. Magna est gloria ei' i salutari tuo: gloriam et magnũ decorem impones sup eum dñe. Postcoio.

P Resta quesumus omnipotens deus: vt id qd de sancto altari tuo percepim': precibus beati euãgeliste tui luce saluificet aias nostras: per quod semp tuti

esse possimus. Per dominum.

Alia Postcõio de sancto Iusto.

Refecti dñe bñdictiõe celesti qs: vt p itercessionem beati iusti martyris tui medicina sacramẽti: et corporib⁹ nris psit ꝫ mẽtibus. Per. Sctẽ Fredesvvide virginis non martyris. Officium.

Psal. xliiii. Ilexisti iusticiã/ et odisti iniquitatẽ/ propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie/ pre consortibus tuis. Ps.

Eodẽ. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: auctor virtutis et amator vginitatis: da nobis qs sancte fredesvvide virginis tue placitis tibi meritis commẽdari: cui⁹ vita merito castitatis tibi complacuit. Per. Epl'a. Qui gloriatur. In cõi

Eodem fo. xvj. Gr. Dilexisti iusticiam: et odisti iniquitatem. Vs⁹. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. Vs⁹.

Psal. xliiii. Diffusa est grã i labiis tuis: propterea benedixit te deus i eternum. Sequentia. Virginis veneranda. In cõi folio xvj. Euangelium. Simile est regnum celor decem. In cõi fo. xviij.

Eodẽ. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera i honore sancte fredesvvide virginis tue gaudentes: presta qs: vt et cõuenieter hec agere / et remediũ sempiternũ valeamus acqrere. Per dominũ. Cõio.

Eodẽ. Diffusa est gratia i labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcõio.

Prosint nobis dñe qs sumpta mysteria/ pariterqꝫ nos intercedẽte btã vgie tua fredesvvida/ et a peccatis eruãt/ et presidiis tue ppiciationis attollãt. Per do.

Sanctarum vndecim miliũ virginum et martyrum. Officium.

Psal. xliiii. Ultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in leticia et exultatiõe. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico

Eodẽ. ego opera mea regi. Oratio.

Deus q̃ sanctã nobis huius diei solẽnitatẽ p btãrũ virginũ martyrũqꝫ tuarũ gliosa passione fecisti: adesto familie tue precibus ꝫ da: vt quarum hodie festa celebramus: meritis et intercessionib⁹ adiuuemur. Per dominum. Epl'a. O q̃ pulchra. In cõi fo. xvij.

Psal. cxlix. Gr. Exultabũt scti in gloria: letabunt in cubilibus suis. V. Cantate dño canticum nouũ: laus eius in ecclesia sctor. Alla.

Psal. xliiii. V. Adducẽtur regi virgines post eam: proxime eius adducent tibi in leticia. Euangelium. Simile est regnum celorum decem. In communi fol. xvij.

Eodẽ. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Presentia munera qs domine ita serena pietate itueere vt scti spus pfundãtur bñdictione vt i nris cordib⁹ eam dilectionem auidius capiam⁹: per quã scte virgines martyresqꝫ tue/ oia corporis tormenta deuicerũt Per do. Cõio.

Math. xxv. Quinqꝫ prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vasis suis cum lampadibus: media aũt nocte clamor factus est: ecce spõsus venit: exite obuiam christo domino. Postcõio.

Sumpsimus domine sancta rum virginum martyrumque tuarum solēnitate celestia sacramenta: quarum suffragijs quesumus largiaris/ vt quod temporaliter gerimus: eternis gaudijs cōsequamur. Per dnm. ¶ Scti Romani epi et confessoris. Officium.

Statuit ei domin⁹ testamētū pacis: et principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas/ in eternum. Ps. Misericordias domini in eternū cantabo. Oro. Psal. lxxxviii.

Deus cui btūs roman⁹ pontifex ita sctitatis grā decoratus complacuit: vt tuor consortium i celis promereret sanctorū: da ecclesie tue quesumus/ eius interuētu perpetuam consequi leticiam: cui⁹ depositionis diē gratulādo celebrat solennē. Per d. Epla. Iustum deduxit. In cōi fol. xj. Gr. Ecce sacerdos magnus: qui in diebus suis placuit deo. V⁹. Nō est inuētus similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. Alla. V. Inueni dauid seruū meū: oleo scto meo vnxi eū. Euāgel. Uigilate quia nescitis. In cōmuni folio. xij. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.

Eccl. xliiii. Ps. lxxxviii.

Sacrificiū deuotiōis nostre quesumus oīpotens deus/ clementer respice: et intercessione beati romani confessoris tui/ atque pontificis: per hoc nobis salutem mētis et corporis benignus īpēde. Per do. Cōio. Fidelis seruus et prudens quē cōstituit dn̄s sup familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcōio

Math. xxiiii. D.

Concede quesumus domine de⁹ noster: vt mysteria sancta q̄ sumpsimus/ intercedēte beato romano confessore tuo atque pōtifice: et gratiam nobis deuotiōis obtineāt et effectū vite perhennitatis acq̄rant. Per. ¶ Sctor Crispini et Crispiniani mar. Officium.

Salus autem iustorū a dn̄o: et protector eorū est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignātib⁹: neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio. Psal. xxxvi.

Deus q̄ sctis martyrib⁹ tuis crispino et crispiniano coronā martyrii cōtulisti: concede q̄s vt eor intercessiōe veniā cōsequamur delictorum: et eterna gaudia beatorū. Per do. ¶ Memoria de trāslatione sancti Joannis de beuerlaco episcopi et cōfessoris. Oratio.

Deus q̄ hunc diem sanctissimi ioannis confessoris tui atque pontificis trāslatione decorasti/ fac nos q̄s eius meritis et precibus in sctor tuor societate transferri. Per dn̄m. Epla. Spectaculum facti. In cōi fol. viij. Gr. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum/ habitare fratres in vnum. V⁹. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam: barbam aaron. Alleluya. V⁹. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectent in leticia. Sequentia. Ecce pulchra. In cōi fol. viij. Euāgeliū. Ecce ego mitto. In cōi folio. xj. Offr. Gloriabuntur in te omnes q̄ diligūt nomen tuum: quoniā tu dn̄e benedices iusto: dn̄e vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta. Psal. cxxxii. Psal. lxvii. Ps. v.

Concede q̄s omnipotēs de⁹: vt his munerib⁹/ q̄ p sctorū martyrum tuorum crispini et crispiniani honore deferimus: et te

placemus exhibitis: et nos viuificemur acceptis. Per dominum.

¶ Alia Secreta de sctō Joanne.

Respice quesumus domine/ propici⁹ ad humilitatis nostre simplicem seruitutem: et intercedente beato ioanne confessore tuo atq; pontifice/ cuius translationē celebramus/ hostias quas in honore eius sacris altaribus/ immolamus benignus assume.

Sap. iii. A. Per. Cōio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: deus tentauit eos tanq̄ aurum i fornace probauit eos: et quasi holocausta accepit illos. Postcōio.

Sanctorum martyrum tuorum/ crispini et crispiniani quesumus domine precibus adiuuemur: et eorum solennia sacris mysterijs celebrantes/ fac nos tui nomini semper esse deuotos. Per.

Alia Postcōio de sancto Joanne.

Presta nobis dn̄e quesum⁹ beati ioannis confessoris tui atq; pontificis meritis et precibus adiuuari/ vt quod presentib⁹ celebramus officijs: ei⁹ suffragio perpetue saluationis gaudijs assequamur. Per. ¶ In vigil. apostoloꝝ Symonis et Jude. Officiū.

Psal. lxxviii. Intret in cōspectu tuo dn̄e gemit⁹ compeditorum: redde vicinis nostris septuplum i sinu eorū: vindica sanguinem sctōꝝ tuorū qui effus⁹ est. ps. Eodem Deus venerūt gentes i hereditatem tuam polluerunt teplum sctm̄ tuum/ posuerunt hierusalē in pomoꝝ custodiam. Oratio.

Concede q̄s omps de⁹: vt sicut aploꝝ tuorū symonis et iude gl'osa natalicia preuenimus sic ad tua bn̄ficia pmerēda/ maiestatē tuā p nobis ipsi pueniāt. p d.

Epl'a. Justorū aie. In cōi fol. vij.

Gr. Uindica dn̄e sanguinem sanctorum tuorum: qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorū bestiis terre. ps. lxxviii.

Si hec vigil. i dn̄ica euene. Alla. ℣. Sācti tui dn̄e florebūt sicut liliū: ꝛ sicut odor balsami erūt ante te. Euangel. Ego sum vitis vos palmites. In cōi fol. j. Offr. Exultabunt sancti i gloria: letabūtur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta. ps. cxlix.

Accepta tibi sit q̄s domine nostre deuotiōis oblatio: et ad apostolicā puriores nos faciat puenire festiuitatē. Per dn̄m.

Prefatio quotid. Cōio. Justorū aie in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientium mori/ illi autē sunt i pace. Postcō. Sap. iii. A.

Quesumus dn̄e salutaribus repleti mysterijs: vt quorū ieiunādo solēnia preuenim⁹/ eorū orōnibus adiuuemur. Per. ¶ In die aploꝝ Symōis ꝛ Jude. Offiū.



Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam: et resurrectionem meam. Oratio. ps. cxxxviii. Eodem

Deus qui nos p beatos apostolos tuos symonem ꝛ iudā/ ad agnitionem tui nois venire tribuisti: da nobis eoꝝ gloriā sempiternā et pficiēdo celebrare: et celebrādo proficere. Per dominum.

¶ Ad Romanos. viij.

FRatres. Scim⁹ quoniam diligentibus deum oia cooperantur in bonum: his qui scdm propositũ vocati sũt sancti. Nam quos presciuit et predestinauit cõformes fieri ymaginis filij sui: vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus. Quos autẽ predestinauit hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si de⁹ pro nobis: quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed ꝓ nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo oia nobis donauit? Quis accusabit aduers⁹ electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condẽnet? Christus iesus qui mortuus est/ immo qui et resurrexit/ qui est ad dexteram dei: qui etiam interpellat ꝓ nobis. Quis ergo nos separabit a charitate christi? Tribulatio/ an angustia/ an ꝑsecutio/ an fames/ an nuditas/ an periculum an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed i his oib⁹ superam⁹: ꝓpter eũ q dilexit nos. Cert⁹ sum eñ: quia neq3 mors/ neq3 vita/ neq3 angeli: neq3 principatus/ neq3 potestates: neq3 virtutes/ neq3 instantia/ neq3 futura/ neq3 fortitudo neq3 altitudo/ neq3 ꝓfũdũ/ neq3 creatura alia/ poterit nos separare a charitate dei. Que est in xp̃o iesu:
ps. cxxxviii. dño nr̃o. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est pricipatus eorum. V⁹. Dinumerabo eos: et sup arenã multiplicabuntur. Alla. V⁹. Non vos me elegistis: sed ego vos elegi: ⁊ posui vos Joan. vt eatis: et fructũ afferatis: et fruct⁹ vester xv. C. maneat. Sequẽtia de cõi fo. ii. Euãgelium. Hec mando vobis. In cõmuni fol. ii. Credo. Offr. In om psal. nem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines xviii. orbis terre verba eorum. Secreta.

GLoriã dñe sctoꝝ tuoꝝ apostoloꝝ symonis ⁊ iude ꝑpetuã venerantes: q̃s: vt eadẽ sacris mysterijs expiati: dignius celebremus. Per dñz. Prefatio Et te dñe. Cõio. Uos qui secuti estis me/ sedebitis Math. super sedes iudicãtes duodecim tribus is xix. D. rael: dicit dominus. Postcõio.

SAnctificato diuino mysterio q̃s oĩps deus: vt ꝓ nobis eoꝝ nõ desit ofo: quoꝝ nos donasti patrocinio gubernari. Per do.

In vigilia oim sctoꝝ. Officiũ.

TImete dñm oẽs sancti Psal. eius: quoniam nichil xxxiii. deest timentibus eum: diuites eguerũt et esurierũt/ inquirẽtes autem dominum/ non deficiẽt omni bono. Ps Benedicam dñm i omni tempore Eodẽ. re: semper laus eius in ore meo. Oratio.

DOmine deus noster/ multiplica sup nos gratiã tuam et sctoꝝ tuoꝝ quoꝝ preuenimus gloriosa solennia/ tribue subsequi in sancta professiõe leticiam. Per. Nulla fiat mẽoria. Lectio libri apocalipsis Joannis apostoli. V.

IN diebus illis. Ecce ego io- Cap. annes vidi in medio throni v. B. et quatuor animaliũ/ et in medio seniorum agnũ stãtem tanq̃ occisum: habentẽ cornua septẽ/ et oculos septem: qui sunt septẽ spũs dei missi i omnem terram. Et venit et

accepit de dextera sedẽtis in thro-
no librũ. Et cum aperuisset librũ/
quatuor animalia: ꝯ viginti qua-
tuor seniores ceciderũt corã agno
habentes singuli cytharas ꝯ phia-
las aureas plenas odoramentoꝝ
que sunt orationes sanctorum. Et
cantabant canticũ nouum dicen-
tes: dign⁹ es dñe deus noster acci-
pere librum: et aperire signacula
eius quoniã occisus es: et redemi-
sti nos deo ĩ sanguine tuo ex omni
tribu/ et lingua/ et pplo/ ꝯ natione.
Et fecisti nos deo nostro regnũ et
sacerdotes: et regnabũt super ter-
ram. Et vidi: et audiui vocẽ ange-
loꝝ multorũ in circuitu throni: et
aialiũ et seniorũ: et erat numerus
eoꝝ milia milium voce magna di-
cẽtium. Dignus est agnus qui oc-
cisus est accipere virtutẽ: ꝯ diuini-
tatem/ et sapientiam/ et fortitudi-
nem/ et honorẽ/ et gloriã/ ꝯ benedi-
ctionem: in secula seculorũ amen.
Ps. cxlix Gr. Exultabunt sancti ĩ gloria: letabun-
tur ĩ cubilibus suis. V⁹. Cantate dño can-
ticum nouũ: laus ei⁹ in eccl'ia sanctorum.
Si hec vigilia in dominica euene-
rit dicitur missa de vigilia in capi-
Psal. tulo/ cum hoc Alleluya. V⁹. Mira-
lxxvii. bilis dominus noster in celis suis. Et tũc
ad magnã missam que erit de do-
minica/ fiat memo. de sctõ Quin-
tino/ cum hac oratione Deus qui
ecclesiam. cum Secreta et Postcõ.
Quere post istud Officium.
¶ Secundum Joannem. xvii.
Cap. IN illo tempore. Respiciens
xvii. B iesus in discipulos suos/ di-
xit. Pater scẽ: serua eos in nomi-
ne tuo quos dedisti michi: vt sint
vnũ sicut et nos. Cum essem cum

eis: ego seruabam eos ĩ nõie meo.
Quos dedisti mihi ego custodiui/
ꝯ nemo ex eis periit/ nisi filius per-
ditionis/ vt scriptura impleatur.
Nunc autem ad te venio: et hec lo-
quor in mundo: vt habeant gau-
dium meum impletum in semet-
ipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuum
et mundus eos odio habuit: quia
non sunt de mũdo/ sicut ꝯ ego non
sum de mundo. Non rogo vt tol-
las eos de mundo: sed vt serues
eos a malo. De mundo non sunt:
sicut et ego non sum de mundo.
Sanctifica eos in veritate/ sermo
tuus veritas est. Sicut tu me mi-
sisti in mundum: et ego misi eos
in mũdum. Et pro eis ego sancti-
fico meipsum: vt sint et ipsi sancti-
ficati in veritate. Non pro his au-
tem rogo tãtum: sed et pro eis qui
credituri sũt per verbum illorum
in me: vt omnes vnum sint/ sicut
tu pater in me/ ꝯ ego in te: vt et ipsi
in nobis vnum sint/ vt credat mũ-
dus/ qa tu me misisti. Et ego clari-
tatem quam dedisti mihi dedi eis:
vt sint vnum sicut ꝯ nos vnum su-
mus. Ego in eis et tu in me/ vt sint
consummati in vnum. Et cogno-
scat mundus/ quia tu me misisti:
et dilexisti eos/ sicut et me dilexisti.
Pater quos dedisti michi: volo vt
vbi ego sum: et illi sint mecum: vt
videant claritatem meam/ quam
dedisti michi: quia dilexisti me an-
te mundi constitutionem. Pater
iuste/ mundus te non cognouit:
ego autem te cognoui. Et hi cog-
nouerũt quia tu me misisti: et no-
tum feci eis nomen tuum: et no-
tum faciã: vt dilectio qua dilexisti

me in ipsis sit: et ego in eis. Offr.
Psal. xxxi. Letamini in dño ⁊ exultate iusti: ⁊ gloꝛia-
mini omnes recti coꝛde. Secreta.

ALtare tuũ dñe muneribꝰ
cumulamꝰ oblatis: da q̃s
vt ad salutẽ nostrã oim sctõꝝ tuo-
rum precatione proficiant: quoꝛũ
solennia ventura precurrimꝰ Per
Sap. dominum. Cõio. Iustoꝛum anime in
iii. A. manu dei sunt: et non tanget eos toꝛmen-
tum malicie: visi sunt oculis insipientium
moꝛi: illi autem sunt in pace. Postcõio.

SAcramẽtis domine et gau-
diis optate celebꝛitatis ex-
pletis: quesumus vt eoꝛum preci-
bus adiuuemur: quoꝛum recoꝛda
tionibus exhibentur. Per dominũ

De sctõ Quintino marty. Orõ.

DEus qui ecclesiã tuam an-
nua beati quintini marty-
ris tui solẽnitate clarificas: conce
de propiciꝰ: vt qui memoꝛiã illius
digna seruitute veneramur: iter-
cessoꝛem eũ semper apud te habe-
re mereamur. Per dñm. Secreta.

IN veneratione beati quin-
tini martyꝛis tui omnipo-
tens deus tibi laudis hostiam im-
molamus: oꝛantes vt ipse pro no-
bis intercessoꝛ existat: qui pro tuo
nomine gloꝛiosa moꝛte occubuit.
Per dominum. Postcõio.

PErcipiat domine quesumꝰ
plebs tua: intercedente bea
to quintino martyꝛe tuo: miseri-
coꝛdiam quã deposcit: vt tuis sem
per digna inueniatur sacramen-
tis. Per dominum nostrum.

In die oim sanctoꝝ. Officium.



GAudeamus oẽs in
dño diem festũ cele-
brãtes: sub honoꝛe
oim sctõꝛũ: de quo-
rũ solennitate gau
dent angeli: et col-
laudant filiũ dei. Ps. Exultate iusti in Psal.
dño: rectos decet collaudatio. Oꝛatio. xxxi.

OMnipotens sempiterne de-
us q̃ nos oim sanctoꝝ meri
ta sub vna tribuisti celebꝛitate ve-
nerari: q̃sumus: vt desideratã no-
bis tue ꝓpiciationis abũdãtiam:
multiplicatis intercessoꝛibus lar-
giaris. Per dominum. Lectio
libꝛi apocalipsis Ioãnis apli. vii.

ECce ego ioannes vidi ange- Cap.
lum ascendẽtem ab oꝛtu so- vii. A.
lis: habentẽ signũ dei viui. Et cla-
mauit voce magna quatuoꝛ an-

gelis/quibus datũ est nocere terre
et mari/dicẽs. Nolite nocere terre
et mari/neqꝫ arboribꝰ: quoadusqꝫ
signemꝰ seruos dei nostri in frõti-
bus eorũ. Et audiui numerum si-
gnatorũ/centũ quadraginta qua-
tuor milia signati/ex oĩ tribu filio
rum israel. Ex tribu iuda/ duode-
cim milia signati. Ex tribu rubẽ/
duodecim milia signati. Ex tribu
gad/ duodecim milia signati. Ex
tribu asser/duodecĩ milia signati.
Ex tribu neptalim/ duodecĩ milia
signati. Ex tribu manasse/duode-
cim milia signati. Ex tribu symeõ/
duodecim milia signati. Ex tribu
leui/duodecĩ milia signati. Ex tri-
bu isachar/ duodecĩ milia signati.
Ex tribu zabulon/ duodecim mi-
lia signati. Ex tribu ioseph/ duode
cim milia signati. Ex tribu benia-
min/ duodecĩ milia signati. Post
hec vidi turbã magnam quã dinu
merare nemo poterat ex oĩbꝰ gen-
tibus et tribubus/ et ppl'is/ et lin-
guis stantes ante thronũ: et ĩ con-
spectu agni amicti stolis albis/ et
palme in manibꝰ eorũ. Et clama-
bant voce magna dicẽtes. Salus
deo nr̃o qui sedet super thronum ꝫ
agno. Et oẽs angeli stabant in cir
cuitu throni et seniorũ et quatuor
animaliũ. Et ceciderũt in conspe-
ctu throni in facies suas: et adora
uerunt deũ: dicentes amen. Bñdi-
ctio/ ꝫ claritas/ ꝫ sapientia: ꝫ gra-
tiarũ actio: honor et virtus et for-
titudo deo nr̃o: in secula seculorũ
Psal. amẽ. Gr. Timete dñm oẽs sancti eius:
xxxiii. qm̃ nihil deest timẽtibꝰ eũ. ℣. Inqrentes
Sap. aũt dñm: nõ deficiẽt oĩ bono. Alla. ℣.
iii. B. Judicabũt scĩ natiões ꝫ dñabũtur ppl'is:
et regnabit illorũ rex ĩ eternũ. Sequẽtia.
Christo inclyto candida nr̃a
canãt melodiam agmina.
Laudes oĩbus dãtia sanctis per
hec sacrata festalia. Mariam pri
mũ vox sonet nostra/ per quã no-
bis vite sunt data premia. Regi-
na que es mater et casta: solue no
stra per filium precamina. Ange
lorũ cõtio sacra: ꝫ archãgelorꝫ tur
ma inclyta. Nostra diluant iam
peccata: prestãdo supera celi gau-
dia. Tu propheta preco lucerna
atqꝫ plusqꝫ propheta. In lucida
nos pone via mũdans nostra cor-
pora. [redacted] postolorũ princeps: atqꝫ
cũcta iũcta caterua. Iam corro-
bora vera quesumũs in doctrina
plebis pectora. Stephane gl'iose
rutilãs in corõna: sanctorũqꝫ mar
tyrum turma iclyta. Hortia date
corda: corpora eque firma: sacra
vt hostẽ vitant rite spicula. Mar-
tine inclyte presulũqꝫ oĩs caterua.
Suscipe nunc pia modo nostra:
clemẽs precata. Regina virginũ
pre maxima: tu mater incorrupta
virgo et grauida. Sacrata dño
et castitas nostras serua animas
mũdaqꝫ corpora. Monachorum
veneranda suffragia. Omniũqꝫ
sanctorum cõtubernia. Per pre-
cata assidua nostra gubernẽt tem
pora. Nosqꝫ ducant ad superna/
polorum vera gaudia. Subiun-
gunt piũ agmina amẽ redempta.
Euangeliũ. Videns iesus turbas. ca. v.
In cõmuni fo. viii. Offer. Mirabilis psal.
deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit lxvii.
virtutem et fortitudinem plebi sue: benedi-
Mctus deus alleluya. Secreta.
Munera tibi domine nostre

deuotionis offerim⁹: que ꝫ p cun-
ctorũ tibi grata sint honore sctõꝝ:
et nobis salutaria te miserãte red-
dãtur. Per. Prefatio quotidiana.
xxxii Cõio. Gaudete iusti in dño alleluya: re-
ctos decet collaudatio alleluya. Postcõ.
Da q̃s dñe fidelibus ppřis: p
huius sacramẽti participa-
tionẽ oim sctõꝝ tuoꝝ semper ve-
neratione letari: et eoꝝ perpetua
supplicatiõe muniri. Per dominũ.
¶ In ꝯmẽoratione aiaꝝ. Officiũ.
Requiẽ eternã dona
eis dñe: ꝫ lux perpe-
tua luceat eis. Ps.
Psal. Te decet hymnus deus
lxiiii. in syon: ꝫ tibi reddeẽ vo-
tum i hierusalẽ: exaudi
oꝛonem meã: ad te oĩs caro veniet. Orõ.
Fidelium deus oim ꝯditoꝛ ꝫ
redẽptoꝛ aiab⁹ oim fideliũ
defunctoꝝ remissionẽ cunctoꝝ tri-
bue pctõꝝ: vt indulgẽtiam quam
semp optauerũt/ piis supplicatio-
nibus consequãtur. Qui cum deo
patre ꝫ spũ sctõ vi. Nulla fiat me-
moria ad hãc mis. licet corpus pre-
sens affuerit. ¶ Lectio eple beati
Pauli apli. Ad Thessaloñ. j. iiij.
i. Cap. Fratres. Nolum⁹ vos igno-
iiii. C. rare de dormiẽtibus: vt nõ
contristemini sicut ꝫ ceteri q̃ spem
non habẽt. Si eñ credim⁹ ꝙ iesus
mortu⁹ est ꝫ resurrexit: ita et deus
eos q̃ dormierũt p iesum adducet
ca. v. A cũ eo. Hoc eñ vobis dicim⁹ in ver-
Psal. bo dñi: quia nos q̃ viuim⁹/ qui re-
xvii. sidui sum⁹ i aduentu dñi/ non pre-
ueniemus eos q̃ dormierunt. Qm̃
ipse dñs in iussu ꝫ in voce archan-
geli: et in tuba dei descẽdet de celo:
et mortui qui i xp̃o sunt resurgent
primi. Deinde nos q̃ viuimus qui
relinquimur/ simul rapiemur cũ il-
lis i nubibus obuiã xp̃o in aera: et
sic semp cũ dño erimus. Itaqꝫ ꝯso-
lamini inuicem: in verbis istis. Et
legat i pulpito. Qua lecta tres cle-
rici de scda forma habitu non mu-
tato/ ibidẽ dicãt Gr. Requiẽ eternam
dona eis dñe: ꝫ lux ꝑpetua luceat eis. V.
Anime eorum in bonis demorentur: et se-
men eorum hereditet terram. Tractus.
De profundis clamaui ad te domi- Psal.
ne: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant cxxix.
aures tue intẽdentes: in orationẽ serui tui
Si iniquitates obseruaueris dñe: domi
ne quis sustinebit. Quia apud te ꝓpicia
tio est: ꝫ propter legẽ tuam sustinui te dñe.
Et dr cũ eodẽ cãtu: quo in dñica se-
ptuagesime: et dr a quatuor cleri-
cis de superiori gradu ad gradum
chori: habitu nõ mutato/ et iterum
pcedat diacon⁹ cũ subdiacono: et
ceroferr. et thur. sine cruce ad ꝓnũ-
ciãdũ euãge. Scdm Joannem. xj.
In illo tẽpore Dixit martha Cap.
ad iesum. Dñe/ si fuisses hic xi. C.
frater meus non fuisset mortuus
Sed ꝫ nunc scio/ q̃a quecũqꝫ popo-
sceris a deo: dabit tibi deus. Dicit
illi iesus. Resurget frater tu⁹. Di-
cit ei martha. Scio/ quia resurget
in resurrectione/ in nouissimo die.
Dicit ei ies⁹. Ego sum resurrectio/
et vita. Qui credit in me / etiam si
mortuus fuerit/ viuet. Et oĩs qui
viuit et credit i me: non moriet in
eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ
domine. Ego credidi q̃a tu es chri-
stus fili⁹ dei viui: q̃ in hũc mundũ
venisti. Et legatur in pulpito mo-
re dñicali. Non dr Credo. Offer.
O pie deus qui primũ hominẽ ad eternam

gloriam reuocasti: pastor bone q̄ ouem perditam pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte aīas eorū quas redemisti: ne tradas bestiis aīas cōfitētes tibi: ne derelinquas eas in finem. Non dr̄ Hostias et preces. neq; vs⁹ Requiem eternam. Secreta.

Hostias q̄s dn̄e quas tibi p aīab⁹ oīm fidelium defunctorū offerim⁹ propiciat⁹ intende: vt quib⁹ fidei christiane meritum contulisti/dones et premiū. Per d. Cōio. Pro quoꝝ mēoria corpus christi sumitur dona eis dn̄e requiē sempiternā. V⁹. Et lux perpetua luceat eis Pro quorū mēoria sanguis christi sumitur: dona eis domine requiem sempiternam. Postcōio.

Animab⁹ q̄s dn̄e oīm fidelium defunctorum oratio proficiat supplicātium: vt eas et a peccatis oībus eruas: et tue redēptiōis facias esse pticipes. Qui cū deo pre. In vnitate spūs scti deus. ¶ Si hec cōmēoratio in dn̄ica contigerit: differat in crastinū: et fiat totū seruitiū de dn̄ica: ꝫ tūc fiat in ipsa dn̄ica memoria de martyribus Eustachio sociisq; eius. Orō.

Da nobis q̄s dn̄e sanctorum martyꝝ tuoꝝ eustachij/ sociorūq; ei⁹ itercessiōe leticiā ꝫ pacē: vt quorū gaudemus triūphis: ptegamur subsidijs. Per d. Secreta.

Assume q̄s omp̄s de⁹: i honore sctōꝝ martyrū tuorū eustachij/ sociorūq; ei⁹ hec tibi oblata libamina: quoꝝ pia supplicatione placat⁹: et preteritorū veniā et futuroꝝ nobis cautelā prebeas delictoꝝ. Per dominum. Postcōio.

Sumpsimus dn̄e diuina mysteria beatorū martyꝝ tuorum eustachij/ sociorumq; ei⁹ merita venerantes: presta q̄s: vt eorū semp et fideli muniamur auxilio: et magnifico proficiam⁹ exemplo Per dn̄m. Quando commēoratio animarū a dn̄ica differtur: tūc feria iij. fiat seruitiū de sancta Wenefreda. ¶ Sācte Wenefrede virginis et martyris. Officium.

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: ꝫ non confundebar: ꝫ meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati i via: qui ambulant in lege domini. Oratio. Psal. cxviij. Psal.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate wenefrede virginis et martyris tue festiuitate gaudem⁹/ ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per d. Epl̄a. Sapientia laudabit. In cōi fol. xv. Gr. Specie tua ꝫ pulchritudine tua: intēde prospere procede ꝫ regna. V⁹. Propter veritatem et mansuetudinē ꝫ iusticiā: ꝫ deducet te mirabiliter dextera tua. Psal. xliiij. Alla. V⁹. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Eccl. Sequentia. Exultemus in hac. In cōi cōi fo. xvij. Euāgeliū. Simile est regnum celorum thesauro. In cōi fol. xvj. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi i leticia et exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta. Ibid.

Hostias dn̄e quas tibi offerimus ppicius respice: et itercedēte btā wenefreda virgine tua et martyre: vincula peccatorū nostrorum absolue. Per. Cōio. Feci iudiciū ꝫ iusticiā dn̄e nō calūniēꝫ mihi superbi: ad oīa mādata tua dirigebar om- Psal. cxviij.

nem viā iniq̄tatis odio habui. Postcōio.
Placeant tibi q̄s misericors
deus nostre seruitutis ob-
sequia: vt mysteria sacrosancta q̄
sumpsim⁹/ intercedente beata vve
nefreda virgine tua et martyre: et
tuam gratiam nobis concilient: ꝫ
eterne felicitatis gaudium submi
nistrent. Per. ¶ Sancti Leonar-
di abbatis. Ad missam Officium.
Psal. xxxvi. Os iusti meditabit' sa-
pientiam: et lingua
eius loquetur iudici-
um/ lex dei eius in cor-
Eodem de ipsius. Ps. Noli emu-
lari in malignantibus: neq; zelaueris fa-
cientes iniquitatem. Oratio.
Preces nostras q̄s dñe cele-
sti dono prosequere: vt qui
de bti leonardi confessoris tui atq;
abbatis/ patrociniis gloriamur:
ei⁹ meritis atq; suffragiis/ apud
te semper adiuuari mereamur.
Per dñm. Epl'a. Iustus cor suum.
Eodem In cōi fol. xiiij. Gr. Os iusti meditabi-
tur sapientiā: ꝛ lingua eius loquetur iudi-
ciū. V. Lex dei eius in corde ipsius: et non
supplantabuntur gressus eius. All'a.
V⁹. Posui adiutoriū super potētē: et exal-
taui electum de plebe mea. Sequentia.
Adest nobis. In cōi fol. xij. Euan-
gelium. Nemo accēdit. In cōi fol.
Ps. lxxxviii. xiiij. Offer. Veritas mea et misericordia
mea cum ipso: et in nomine meo exaltabi-
tur cornu eius. Secreta.
Suscipe dñe munera tue pie-
tati humiliter imolanda: et
cōcede: vt nobis scti leonardi ꝯfes-
soris tui atq; abbatis intercessiōe
fiant salutaria: cui⁹ nataliciis ea
tibi speram⁹ accepta. Per d. Cōio.
Fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dñs
super familiam suam: vt det illis in tem- Math. xxiiii. D.
pore tritici mensuram. Postcōio.
Purificet nos dñe q̄s tui per
ceptio sacramēti: et que pro
bti leonardi cōfessoris tui atq; ab-
batis venerāda solēnitate gerim⁹
ei⁹ nobis patrocinātibus meritis
ad indulgētiā ꝑficiat eternā. Per do.
¶ Sctorū quatuor coronato. mar.
Intret in cōspectu tuo Ps. lxxviii.
dñe gemitus cōpedito
rum: redde vicinis no
stris septuplum i sinu
corū: vīdica sanguinē
sctōrū tuorū qui effusus es. Ps. De⁹ Eodem
venerunt gentes i hereditatem tuā: pollue
runt templum sanctum tuum posuerūt hie
rusalem i pomorum custodiam. Oratio.
Presta q̄s oīps deus: vt qui
gloriosos martyres tuos/
claudiū/ nichostratū/ simphoria-
num castoriū atq; simpliciū fortes
in sua cōfessione cognouim⁹: pios
apud te i nostra itercessiōe sentia-
mus Per dñm. Epl'a. Iustorū aie.
In cōi fo. vij. Gr. Vindica dñe sangui Ps. lxxviii.
nem sctōrū tuorū q̄ effusus est. V⁹. Posue-
rūt mortalia seruorū tuorū escas volatili-
bus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis
terre. All'a. V⁹. Mirabilis dñs noster
in sctis suis. Euangelium. Cum au-
dieritis. In cōi fo. ix. Offer. Exulta- Ps. cxlix.
bunt scti in gloria: letabuntur i cubilibus
suis: exultatiões dei i faucib⁹ eorū. Sec.
Benedictio tua q̄s dñe larga
descēdat: que et munera no-
stra deprecātib⁹ sctis martyribus
tuis: claudio/ nichostrato/ simpho
riano/ castorio/ atq; simplicio: tibi
reddat accepta: et nobis sacramē-
tū redēptionis efficiat. Per. Cōio. Psal. lxxviii.
Posuerūt mortalia seruorum tuorum dñe

escas volatilib⁹ celi carnes sctoꝝ tuoꝝ bestiis terrestribꝰ magnitudinem brachij tui posside filios morte punitoꝝ. Postcōio.

Celestib⁹ refecti sacramētis et gaudijs/ supplices te dñe deprecamur: vt quoꝝ gaudemus triūphis/ ptegamur auxilijs Per.

¶ Scti Theodori mar. Officium.

Ps. xx. In virtute tua dñe letabitur iust⁹: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Ps. Eodem Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Oratio

Deus qui nos beati theodori martyris tui confessione gl'iosa circundas et ptegis: presta nobis eius imitatione proficere: ꝗ oratione fulciri. Per dñm. Epla. Beatus vir q̄ in sapientia. In cōi fo. iiij. Gr. Ps. cxi. Beat⁹ vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. V⁹. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectoꝝ benedicetur. Alleluya. V⁹. Sapie. xxxv. A. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit. Euāgel. Si quis vult post me. In cōi fo. v. Offꝛ. Psal. viii. Gloria ꝗ honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Muneribus oblatis dñe beati theodori martyris tui festa venerantes quesumus/ vt qui Ps. xx. conscientie nostre ppedimur obstaculis: illius meritis reddamur accepti. Per dñm. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnū decorem impones sup eū dñe. Postcōio.

Sancta tua nos dñe sumpta purificēt: ꝗ intercedēte beato theodoro martyre tuo: ad ppetue beatitudinis cōsortium introducant. Per dñm. ¶ Sancti Martini episcopi et cōfessoris. Officiū.

Statuit ei domin⁹ testamētum pacis et principē fecit eū/ vt sit illi sacerdotij dignitas/ in eternum. Ps. Misericordias domini: i eternum cantabo. Oratio Eccl. xlv. a Ps. lxxxviii.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propicius: vt intercessione bti martini cōfessoris tui/ atqꝫ pontificis: cōtra oia aduersa muniamur. Per. ¶ Memoria de sancto Menna martyre. Oratio.

Presta qs ops deus: vt qui bti menne martyris tui natalicia colim⁹/ intercessiōe eius in tui nois amore roboremur. Epla. Ecce sacerdos. In cōi folio. xi. Gr. Dñe preuenisti eū i benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Alleluya. V⁹. Hic martinus pauper ꝛ modicus celum diues ingreditur: hymnis celestib⁹ honorat. Sequētia. Sacerdotem christi. Require in translatione eiusdem. Euangelium. Homo quidam peregre. In communi fol. xij. Offꝛ. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Ps. xx. Ps. lxxxviii.

Deus qui omne bonū in tui sacri corporis mysterio cōtineri voluisti/ concede ppicius: vt hoc mun⁹ qđ in beati martini confessoris tui atqꝫ pontificis veneratione tibi offerimus: ipso intercedente nobis proficere sentiamus. Per dñm. ¶ Alia Secreta.

Sacrificia ista tibi vero eter

noq; põtifici oblata dñe tu sancti-
fica: et interueniẽte beato menna
martyre tuo: ita nos fac quesum⁹
hec tractare mysteria: vt ipsi tibi ꝛ
templum / et hostia placabilis esse
mereamur. Qui viuis et regnas.
Math. Cõio. Beatus seru⁹ quẽ cũ venerit dñs in-
xxiiii. uenerit vigilãtẽ: amen dico vobis sup om-
D. nia bona sua constituet eum. Postcõio.

AUxiliare q̃s dñe pplo tuo:
vt sacramẽtoꝝ tuoꝝ vir-
tute ꝑficiẽs: intercedente btõ mar-
tino cõfessore tuo atq; pontifice: et
tuo semp munere gubernet: et ad
redẽptionis eterne ꝑueniat te du-
cẽte cõsortiũ. Per d. Alia postcõio.

HEc in nobis q̃s dñe gratia
tua semp exerceat: vt diui-
nis instauret corda nostra myste-
rijs: ꝛ btĩ mẽne martyris tui festi-
uitate letificet. Per. Quotidie per
octa. dr eadẽ missa: sed sine sequen
tia: nisi festũ intercurrat: et nisi in
do. vel qñ dr de sctã maria: vl' mis.
Salus populi. restat cantanda.
¶ Scti Bricij epi ꝛ ꝯfesso. Officiũ.
Dan. SAcerdotes dei benedi-
iii. D. cite dñm: sancti et hu-
miles corde / laudate
Eodem deum. Ps. Bñdicite om-
nia opera dñi domino: lau-
date et superexaltate eũ in secla. Oratio.

COnserua q̃s dñe pplm tuũ
intercessione beati bricij cõ
fessoris tui atq; pontificis / in tuo
amore cõtinuum: vt mereamur ipso
intercedẽte ꝯsortes fieri celestium
gaudior. Per dñm. ¶ Mẽoria de
sctõ Martino vt supra. Epla. Ju-
Eccl. stũ deus. In cõi fol. xi. Gr. Ecce sacer-
xliiii. dos magn⁹ q̃ in dieb⁹ suis placuit deo. ỽ.
C. Nõ est inuẽtus similis illi: qui cõseruaret
legem excelsi. Alla. ỽ. Amauit eũ dñs
et ornauit eũ: stola glorie induit eum. Si
dñica fuerit / dr sequẽtia de cõi fol.
xii. Euangeliũ. Homo quidã nobi-
lis. In cõi fol. vi. Offr. Inueni da- Ps. lxxx
uid seruum meum: et in oleo sancto vnxi viii.
eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et
brachium meum cõfortabit eũ. Secreta.

SAncti bricij confessoris tui /
atq; põtificis dñe q̃s annua
solennitas pietati tue nos reddat
acceptos: vt p hec pie oblatiõis of-
ficia: sibi ꝑsentis miserias euada-
mus ꝛ grẽ tue bñficia ꝯsequamur
Per do. Cõio. Fidelis seru⁹ ꝛ prudens Math.
quẽ cõstituit dñs sup familiã suã: vt det il xxiiii.
lis in tempore tritici mensuram. Postcõ. D.

MIsterijs refecti diuinis do-
mine de⁹ noster: q̃s: vt bea-
ti bricij ꝯfessoris tui atq; põtificis
vbiq; itercessiõe nos ꝓtegas / i cu-
ius annua veneratiõe hec tibi ob-
tulim⁹ sacramẽta. Per. Infra dio
cesim Lõdon. trãsla. sci Erkẽwal
di epi ꝛ ꝯfessoris oia fiãt sicut i cõi
¶ Scti Machuti epi ꝛ ꝯfes. Offm.
STatuit ei domin⁹ Eccl.
testamẽtum pacis xlv. D
et principẽ fecit eũ /
vt sit illi sacerdotij
dignitas / in eter-
num. Ps. Misericor- Ps. lxxx
dias domini: i eternum cantabo. Oratio viii.

OMnipotẽs sempiterne / deus ppli
tui ꝑces exaudi: qui beatũ
machutũ cõfessorẽ tuũ atq; põtifi-
cẽ virtutis grã decorasti: et eũ ho-
die in celesti gloria suscepisti. Per.
¶ Mẽoria de sctõ Martino Epla.
Ecce sacerdos. In cõi folio. xi. Gr.
Inueni dauid seruum meum: oleo sctõ vn- Eodem
xi eũ: man⁹ ei mea auxiliabit ei: ꝛ brachiũ

meū cōfortabit eū. V. Nihil pficiet inimic⁹
in eo filius iniquitatis non nocebit eum.
Esaie. Alla. V. Justus germinabit sicut liliū:
xxv. et florebit in eternū ante dūm. Sequen-
A. tia de cōi fo. xij. Euāge. Homo qdā
ps. lxxx nobilis. In cōi fo. vj. Offr. Veritas
viii. mea ꝗ misericordia mea cum ipso: et i noīe
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Oblationes nr̄as q̄s domine propiciat⁹ intende: quas tibi in honore beati machuti confessoris tui atq; pōtificis consecrādas deferimus: precātes vt ipsius meritis et itercessione peccātoꝝ oīm que veniam consequi mereamur. Per
Math. dñm. Cōio. Beatꝰ seruus quem cū vene-
xxiiii. rit dn̄s inuenerit vigilātē: amen dico vobis
D. sup oīa bona sua cōstituet eum. Post cōio.

Quos donis celestibus dn̄e satiasti: sc̄ti machuti cōfessoris tui atq; pontificis benignus attolle presidijs: vt a noxijs oībus expediti: post salutaria tua toto corde curramus. Per dominum.

¶ Sc̄ti Edmūdi archiep̄i Officiū.

Gaudeamus oēs i dn̄o / diem festū celebrantes sub honore edmūdi p̄sulis: de cuius solennitate gaudent angeli: ꝗ collaudant filium dei. ps. Exultate
Psal. iusti i dn̄o: rectos decet collaudatio. Oro.
xxxii.

Deus qui largitiue bonitatis consilio tuo ecclesiā tuā beati edmūdi confessoris tui / atq; pōtificis preclare vite meritis decorasti: et gloriosis letificasti miraculis: concede propicius nobis famulis tuis: vt et ipsius i melius reformemur exemplis: et ab omnibus eius patrocinio / protegamur aduersis. Per dñm. Mēo. de
sctō Martio. Ep̄la. Ecce sacerdos
magn⁹ q i vi. In cōi fo. xi. Gr. Dn̄e ps. xx.
preuenisti eū in bn̄dictionibus dulcedinis
posuisti in capite eius coronā de lapide pre-
cioso. V. Vitā petiit ꝗ tribuisti ei: lōgitudi-
nem dierum in seculū seculi. Alleluya.
Vsus. Hic edmundus pauper ꝗ modicus
celum diues ingreditur hymnis celestibus
honoratꝰ. Sequentia de cōmuni / sci-
licet Alma cohors. In cōi fol. xij.
Euangelium. Homo quidā pere-
gre. In cōmuni fo. xij. Offr. Veritas ps. lxx
mea et misericordia mea cū ipso: et in no- viii.
mine meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Beati edmūdi cōfessoris tui: atq; pontificis q̄s dn̄e precibus munera tibi offerenda cōplaceant: et oblata nobis proficiāt ad
salutē. Per. Cōio. Beatus seruus quē Math.
cum venerit dominus inuenerit vigilātē: xxiiii.
amen dico vobis sup omnia bona sua con- D.
stituet eum. Postcōio.

Mentes nostras q̄s dn̄e susceptis robora sacramētis sicut eas beati edmūdi cōfessoris tui atq; pōtificis nouis dignatus es cōfortare miraculis: sic etiā iuuare suffragijs: ꝗ illustrare digneris exēplis. Per. ¶ Sancti hugonis episcopi ꝗ confessoris Officiū.

Statuit ei domin⁹ te-
stamētū pacis: et prin- Eccl.
cipem fecit eū: vt sit il- xlv. D
li sacerdotij dignitas /
in eternum. ps. Miseri-
cordias dn̄i i eternum cantabo. Oratio. ps. lxx
viii.

Deus qui beatum hugonē confessorem tuū atq; pontificem: eminentia meritoꝝ et claritate signorum excellenter ornasti: concede propicius: vt ei⁹ exempla nos prouocent: et virtutes il-

iustrent. Per. ¶ Memoria de sancto Aniano confessore. Oratio.

Deus qui sctām nobis huius diei celebritatē pro btī aniani confessoris tui atque pōtificis solennitate tribuisti: adesto familie tue precib⁹ et da: vt cuius hodie festa celebram⁹: et⁹ meritis et itercessiōibus adiuuemur Per. Mēo. de sctō Martino vt supra. Epla. Dilectus deo. In cōi fol. xj. Gr. Ps. xx. Dn̄e preuenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V⁹. Vitā petiit et tribuisti ei: lōgitudinem dierum in secl̄m secli. Alla. V⁹. Iustus germinabit sicut liliū: et florebit i eternum ante dn̄m. Ecale. xxv. A. Seqn. de cōi fo. xij. Euāg. Videte vigila. In cōi fol. xij. Offr. Veritas mea: et mia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabit cornu eius. Ps. lxxxviii. Secreta

Oblata tibi munera qs dn̄e btūs hugo confessor tu⁹ et pontifex prosequatur: et meritis eius adiuti per ea gratiam/ et gloriam consequamur. Per dominum.

¶ Alia secreta de sancto Aniano.

Preces nr̄as qs dn̄e ppiciatus admitte: et dicatū tibi sacrificiū bti aniani cōfessoris tui atque pōtificis cōmēdet oratio. Alia secreta de sctō Martino vt supra.

Cōio. Btūs seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilātem: amen dico vobis/ super omnia bona sua constituet eū. Math. xxiiii. D. Postcōio.

Nostre seruitutis obsequia/ qs dn̄e de⁹ btūs hugo confessor tu⁹ et pōtifex tibi reddat accepta: ne sacramēti celestis effectū reatus noster a nobis excludat. P.

¶ Alia Postcōio de sctō Aniano.

Omps et misericors de⁹: qui nos sacramētorū tuorum participes effcis ac ministros: presta qs: vt intercedēte btō aniano confessore tuo atque pōtifice: et fidei pficiamus augmēto: et beatitudinis eius iūgamur consortio. Alia Postcōio de sancto Martino vt supra.

¶ In octa. scti Martini. Officiū.

Statuit ei domin⁹ testamentū pacis/ et principem fecit eū/ vt sit illi sacerdotij dignitas/ in eternum. Eccl. xlv. D. Ps. Misericordias domini: i eternū cātabo. Ps. lxxxviii. Oratio.

Concede qs omps de⁹: vt beati martini confessoris tui atque pontificis frequentata solēnitas: ad ppetuā ppło tuo proficiat salutē: et quē sepi⁹ veneramur in terris semp habeam⁹ patronum i celis. Per do. Epla. Ecce sacerdos magnus. In cōi fo. xj. Gr. Ps. xx. Dn̄e preuenisti eū in bn̄dictionib⁹ dulcedinis/ posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide pcioso. V⁹. Vitā petiit et tribuisti ei/ lōgitudinē dierū in secl̄m secl̄i. Eodem. Alla. V. Hic martin⁹ paup et modicus celū diues igredit: hymnis celestibus honorat. Euāge. Homo qdam peregre. In cōi fo. xij. Offr. Veritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. lxxxviii. Secreta.

flictio exitus illorũ. Et quod a no-
bis est iter exterminij: illi autem
sunt in pace. Et si coram homini-
bus tormẽta passi sunt: spes illorũ
immortalitate plena est. In pau-
cis vexati: in multis bene disponẽ-
tur: quoniã deus tẽtauit eos: ꝫ in-
uenit illos dignos se. Tanqꝫ aurũ
in fornace / probauit illos: et quasi
olocausti hostiã / accepit illos: et in
tẽpore erit respectus illorũ. Fulge-
bunt iusti: et tanqꝫ scintille in arun-
dineto discurrent. Iudicabunt na-
tiones: et dñabuntur populis. Et
regnabit dñs illorũ: i perpetuum.
Lectio libri sapientie. v.

Iusti autẽ in perpetuum vi- Cap.
uent: et apud dñm / est mer- v. C.
ces eorum: ꝫ cogitatio illorũ apud
altissimum. Ideo accipient regnũ
decoris: et diadema speciei de ma-
nu dñi. Quoniam dextera sua / te-
get eos: ꝫ i brachio sancto suo / de-
fendet illos. Accipiet armaturam

zeli illius: et armabit creaturam
ad vltionem inimicorum. Induet
pro thorace iusticiā: et accipiet pro
galea iudiciū certum. Sumet scu-
tum inexpugnabile equitatem: ibūt
directe promissiōes. Et ad certum
locum deduret illos: dominus de-
us noster. Ad hebreos. x.

Cap. x. F. F Ratres. Rememoramini
pristinos dies: in quibus il
luminati magnum certamen su-
stinuistis passionum. Et in altero
quidē opprobriis q tribulationib⁹
spectaculū facti: i altero aūt socij
taliter cōuersantiū effecti. Nam q
vinctis cōpassi estis: z rapinam bo-
norū vestrorum cum gaudio suscepi-
stis cognoscētes vos habere melio
rem q manētem substātiā. Nolite
itaq amittere cōfidētiā vestrā: que
magnā habet remuneratiōnē. Pa
tientia enī vobis necessaria est: vt
voluntatem dei faciētes/ reporte-
tis promissionē. Adhuc enim mo-
dicum aliquantulumq: qui ventu-
rus est veniet: q non tardabit. Iu-
stus autem meus: ex fide viuit.
Ad Corinthios. i. iiij.

i. Cap. iiij. B. F Ratres. Spectaculū facti
sum⁹ huic mundo: q ange-
lis q hoībus. Nos stulti ppter chri
stum: vos aūt prudētes in christo.
Nos infirmi: vos aūt fortes. Uos
nobiles: nos autē ignobiles. Usq
in hanc horā q esurim⁹/ et sitimus
et nudi sum⁹/ q colaphis cedimur:
et instabiles sumus q laboramus
operantes manib⁹ nostris. Male-
dicimur: q bñdicimus. Persecutio
nem patimur/ et sustinem⁹. Blas-
phemamur/ q obsecramus. Tan-
q purgamenta huius mūdi facti
sumus omnium peripsima vsq adhuc.
Non vt confundam vos hec scri-
bo: sed vt filios meos charissimos
moneo. In christo iesu: dño nostro
Lectio libri sapientie. Prouer. xv.

L Ingua sapiētū ornat sciē- Prouer.
tiam: os fatuorum ebullit xv. A.
stulticiam. In omni loco oculi do-
mini: contemplantur bonos q ma
los. Lingua placabilis lignum vi
te: que autem immoderata est/ cō-
teret spiritum. Domus iusti pluri
ma fortitudo: et in fructib⁹ impij
conturbatio. Labia sapientiū dis-
seminabunt scientiam: cor stulto-
rum dissimile erit. Uictime impio-
rum abhominabiles domino: vo-
ta iustorum placabilia. Qui sequi
tur iusticiam: diligitur a domino.
Lectio libri sapientie. x.

R Eddet de⁹ mercedem labo- Cap.
rum sanctorum suorum: et x. D.
deducet eos in via mirabili. Et fu-
it illis in velamento diei: et in luce
stellarum nocte. Transtulit illos
per mare rubrum/ et transuerit il-
los per aquam nimiam. Inimi-
cos autem illorum demersit i ma-
re: et ab altitudine inferorum edu
xit illos. Ideo iusti tulerūt spolia
impiorū: et decātauerūt dñe nomē
sctm tuū. Et victricem manū tuā
laudauerūt pariter: dñe deus nr.
Lectio libri sapientie. Eccl. xliiij.

H I sūt viri misericordie: quo Eccl. c.
rum iusticie obliuionem nō xliiij.
acceperunt. Cum semine eorum B.
permanent bona: hereditas sācta
nepotes eorum. Et in testamentis
stetit semē eorū: et filij eorū propter
eos vsq in eternum manent. Ge-
neratio eorum et gloria eorū/ non

~~stabit semen eorum: et filii eorum propter~~
~~eos vsqz in eternum manent. Ge-~~
~~neratio vero eorum et gloria eorum non~~
derelinquet. Corpora eorum in pace
sepulta sunt: et nomina eorum vi-
uent in secula. Sapientiam eorum
narrabunt oēs populi: et laudē eo-
rum pronunciet/ oīs ecclesia sctōꝝ.
Exodi. Gr. Gloriosus deus in sctis suis: mirabi-
xv. A. lis i maiestate faciēs pdigia. ꝟ. Dextera
psal. tua dñe glorificata est in virtute: dextera ma-
cxlv. nus tua cōfregit inimicū. Gr. Clamauerūt
lxxx iusti et dñs exaudiuit eos: et ex oib' tribula
iii. tionibus eoꝝ liberauit eos. ꝟ. Iuxta est
dñs his qui tribulato sunt corde: et humi-
psal. les spū saluabit. Gr. Timete dñm omnes
xxxiii. sancti eius: qm nihil deest timētibus eum.
ꝟ. Inquirētes aūt dñm: nō deficiēt oī bono.
Sap. Gr. Iustorū aīe in manu dei sunt: et nō tā-
iii. A. get illos tormentū malicie. ꝟ. Uisi sunt
oculis insipiētiū mori: illi aūt sunt in pace
psal. Gr. Exultabūt scti in gloria: letabūt in cu-
cxlix. bilibus suis. ꝟ. Cātate dño cāticū nouū:
laus eius in ecclesia sctōꝝ. Gr. Uindica
lxx dñe sanguinē sctōꝝ tuoꝝ qui effus' est. ꝟ.
viii. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuoꝝ escas vo-
latilibus celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestiis
psal. terre. Gr. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū: habi-
cxxii. tare fratres in vnū. ꝟ. Sicut vnguētum
in capite: quod descendit in barbā/ barbam
psal. aaron. Alius ꝟ. Mādauit dñs bñdictio-
cxxiiii nē: et vitā vsqz in seculū. Gr. Aīa nr̄a si-
cut passer erepta est: de laqueo venantium.
ꝟ. Laqueus contritus est: et nos liberati
sumus: adiutoriū nr̄m in noīe dñi: q̄ fecit ce-
psal. lum et terrā. Alla. ꝟ. Scti tui dñe bn̄-
cxliiii. dicēt te: gloriam regni tui dicēt. Alla. ꝟ.
Sancti tui dñe florebunt sicut lilium: et si-
cut odor balsami erūt ante te. Alla. ꝟ.
Sancti et iusti in dño gaudete: vos elegit
psal. de' i hereditatē sibi. Alla. ꝟ. Uox exul
cxvii. tationis et salutis: i tabernaculis iustorum

Alla. ꝟ. Iusti epulent et exultēt in cō- Psal.
spectu dei: et delectēt in leticia. Alla. ꝟ. Levit.
Reddet deus mercedē laborum sanctorum Sap.
suoꝝ: et deducet illos i via mirabili. Al- x. D.
leluya. ꝟ. Mirabilis dñs noster in san-
ctis suis. Alla. ꝟ. Te martyrum candi-
datus laudat exercitus domine. Tract'.
Qui seminant in lachrymis: in gau- Psal.
dio metent. ꝟ. Euntes ibant et cxxv.
flebant: mittentes semina sua. ꝟ. Uenien- et oia i-
tes autem venient cum exultatione: por- fra.
tantes manipulos suos. Sequentia.
Ecce pulchra canorum reso-
net voce alla. Intimās re-
quiem ciuib' inclytā. Felicia ni-
mium angeloꝝ rutilant agmina.
Sancte sctē sctē xp̄o ouāter pcla-
māntia. Sublimi i cathedra: apo-
stoloꝝ sede fulgida lāpada tribus
et linguas iudicāntia. Oia vt ster-
cora reputarunt tumida: propter
hec emicāt velut stella firmamen-
ti clara. Stolis candidis/ marty-
rum adornantur colla. Hi sunt
milites q̄ mundi preliarunt bella.
Coronis albis coronātur sancti.
Qui confitētes crediderūt iuste.
Uel fide certantes. Respuerunt
vana. Modo habent celestia re-
gna. In qua triumphant dicētes
optime. Siue canticant psallētes
carmina. Arte laudiflua. Uoce
dulcissona. Regi christo submit-
tentes colla. Multū recitaris lau
de spirituū. Atqz iubilaris i cho-
ro virginum. Alla. Dulcimo-
da. Te decantāt pudicū agmina.
Laus tibi sit semp christe p oia.
Qui opitularis cantantes talia.
Uoce pulchra. Alla. Et nos
xp̄i proclamem' vna. Da nobis
eterna regna florida. Ubi cante-

mus omnes alleluya. Sequentia.

Mirabilis deus in sctis: mirabilia dans magnifica. Qui fide preclara: vicerūt mundi grauissima pericula. Iudicū minas verbera et blandicias contēnētes mēte robusta: vero transfuderunt regi alas. Ergo triumphant laurea compti capita securi recte vestigia agni singularis xpi sacrata. Qui assidue melliflua dant cātica eius pdulcissima pleni gratia. Quorū celebrantes solennia cōsortio iungi quo mereamur christus annuat. Qui nostra est gloria. ℭ Secundum Lucam. vi.

Cap. vi. D. In illo tēpore. Eleuatis iesus oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnū dei. Beati qui nūc esuritis/ quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint homines: et cū separauerint vos/ et exprobrauerint/ et eiecerint nomē vestrum tanq̄ malū ꝓpter filiū hois. Gaudete i illa die et exultate: ecce eni merces vestra: multa est i celo. ℭ Secundum Matheum. v.

Ca. v. A. In illo tēpore. Uidens iesus turbas: ascēdit in montem. Et cum sedisset: accesserūt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suū/ docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorū est regnum celorū. Beati mites/ qm̄ ipsi possidebūt terrā. Beati q lugēt/ qm̄ ipsi cōsolabūtur. Bti q esuriūt et sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabūtur. Bti misericordes/ quoniam ipsi misericordiā cōsequentur. Beati mundo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. Beati qui ꝑsecutionē patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorū est regnum celoꝝ. Beati estis cum maledixerint vos homines: et persecuti vos fuerint: et dixerit omne malū aduersum vos mētientes ꝓpter me. Gaudete et exultate: qm̄ merces vestra/ copiosa est in celis. ℭ Secundum Matheum. x.

Ca. x. C. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cū persequētur vos in ciuitate ista/ fugite i aliam. Amē dico vobis: nō ꝯsummabitis ciuitates israel/ donec veniat filius hominis. Nō est discipulus super magistrum/ neq̄ seruus super dominum suum. Sufficit discipulo/ vt sit sicut magister eius: et seruo sicut dn̄s eius. Si patrēfamilias beelzebub vocauerūt: quanto magis domesticos eius. Ne ergo timueritis eos. ℭ Scd̄m Lucam. xxi.

Cap. xxi. C. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari/ quēadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapiētiam: cui non poterunt resistere et cōtradicere oēs aduersarij vestri. Trademini autem a parētibus et fratribus/ et cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: et capillus de capite vestro nō peribit. In patiētia vestra: possidebitis animas vestras. ℭ Secundum Lucam. vi.

Ca. vi. C. In illo tpe. Descēdens iesus de monte: stetit in loco campestri: et turba discipulorum eius: et multitudo copiosa plebis ab om

iudea: & hierusalem/ & maritima & tyri/ et sydonis: qui venerāt vt audirent eum/ & sanarent a languoribus suis. Et q̄ vexabātur a spiritibus immundis/ curabantur. Et omnis turba querebat eum tāgere: quia virtus de illo exibat/ et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis i discipulos suos/ dicebat. Beati pauperes: q̄a vestrū est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis/ quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint hoies: et cū separauerint vos/ et exprobrauerint/ et eiecerint nomē vestrum tanq̄ malū: propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce eñ merces vestra: multa est in celo.

¶ Secundum Lucam. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet primum hec fieri: sed nōdum statim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens cōtra gentē: & regnū aduersus regnū: et terremotꝰ magni erūt per loca: et pestilētie/ & fames: terroresq̄ de celo: et signa magna erūt. Sed ante hec omnia inicient vobis manꝰ suas/ & persequētur/ tradētes in synagogas et custodias: trahētes ad reges & presides/ ꝓpter nomē meū. Continget autē vobis in testimoniū. Ponite ergo in cordibus vestris/ nō p̄meditari: quēadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui nō poterūt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri Trademini aūt a parētibus/ & fratribꝰ/ et cognatis/ & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio oibus hoibꝰ/ ꝓpter nomē meū: & capillus de capite vestro non peribit In patiētia vr̄a/ possidebitis aīas vestras. ¶ Secundū Lucam. xij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseorū: quod est hypocrisis. Nihil enim opertū est/ quod nō reueletur: neq̄ abscōditū/ q̄d nō sciatur. Qm̄ que in tenebris dixistis/ in lumine dicent. Et quod in aure locuti estis in cubilibus/ predicabitur in tectis. Dico aūt vobis amicis meis/ ne terreamini ab his qui occidunt corpꝰ/ & post hec nō habēt amplius q̄d faciant. Ostēdam aūt vobis/ quē timeatis. Timete eum qui postq̄ occiderit: habet potestatem mittere i gehēnā. Ita dico vobis/ hūc timete. Nōne quinq̄ passeres veneunt dipōdio & vnꝰ ex illis non est in obliuione corā deo: Sed et capilli capitis vr̄i/ oēs numerati sūt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico aūt vobis: ois q̄cūq̄ cōfessꝰ fuerit me coram hoibus: & filius hois cōfitebitur illum: coram angelis dei ¶ Secundum Mattheum. xxiiij.

In illo tempore. Sedente iesu super montem oliueti: accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt: et quod signum aduentus tui: & ꝯsummationis seculi: Et respondēs iesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in noie meo dicētes/ ego sum christꝰ/ & multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones preliorum. Videte ne turbemini.

Cap. xii. A.

Cap. xxiiii. B.

oportet enim hec fieri: sed nõdum est finis. Cõsurget enim gens contra gentem: et regnum in regnum et erunt pestilentie et fames et terremotus per loca: hec autẽ omnia initia sunt dolorum. Tũc tradent vos in tribulationem: et occident vos: et eritis odio omnibus gentibus / propter nomen meũ. Et tunc scandalizabunt multi: et inuicem tradent: et odio habebũt inuicem. Et multi pseudo prophete surgẽt: et seducent multos. Et quoniam abundauit iniquitas: refrigescet charitas multorũ. Qui aũt perseuerauerit vsq; in finẽ: hic saluus erit

Secundum Lucam. xj.

Cap. xi. f. In illo tẽpore. Dicebat iesus turbis iudeorum: et principibus phariseorum. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini: q; cõsentitis operib9 patrũ vestrorum. Quõ quidem ipsi eos occiderunt: vos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apostolos: et ex illis occidẽt / et persequẽtur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum / qui effusus est a constitutione mundi a generatiõe ista: a sanguine abel vsq; ad sanguinem zacharie: qui periit inter altare et edem. Ita dico vobis / requiretur ab hac generatione. Ve vobis legisperitis / qui tulistis clauem scientie: ipsi nõ introistis: et eos qui introibant / prohibuistis. Cum autem hec ad illos diceret / ceperunt pharisei et legisperiti grauiter insistere: et os eius opprimere / de multis insidiantes ei. Et querentes aliquid capere de ore eius: vt accusarent eum.

Secundum Marcum. xiij.

Cap. xiii. In illo tempore. Egrediente iesu de templo: ait illi vnus ex discipulis suis Magister aspice quales lapides: et quales structure. Et respondens iesus ait illi. Vides has omnes magnas edificationes? Non relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarũ / contra templum: interrogabant eum separatim: petrus / et iacob9 / et ioannes et andreas. Dic nobis quando ista fient: et quod signum erit / quãdo hec oĩa incipiẽt cõsummari. Et respondens ies9 / cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi eñ venient in noĩe meo dicentes: qa ego sum: et multos seducẽt. Cum aũt audieritis bella et opiniones bellorũ / ne timueritis. Oportet enim hec fieri: sed nõdum finis. Exurget enim gens contra gentem: et regnum super regnum: et erunt terremotus per loca: et fames. Initium dolorum hec. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis / et in synagogis vapulabitis: et ante presides / et reges stabitis propter me / in testimonium illis. Et in omnes gentes / primũ oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora / id loquamini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: et

pater filiū: et cōsurgent filij in parētes: et morte afficiēt eos. Et eritis odio omnibus / propter nomen meū. Qui aūt sustinuerit i finē hic saluus erit. Secūdm Marcum. xiij.

Cap. xiij. A.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Uidete ne qs vos seducat. Multi eñ venient in noīe meo dicētes: quia ego sum: ꝛ multos seducēt. Cū aūt audieritis bella ꝛ opiniones bellorꝝ: ne timueritis. Oportet eñ hec fieri: sed nōdū finis. Exurget eñ gens cōtra gentem: ꝛ regnū sup regnū: et erūt terremotus per loca ꝛ fames. Initiū dolorꝝ hec. Uidete autem vosmetipsos. Tradēt eñ vos in cōsilijs: ꝛ in synagogis vapulabitis: et ante presides ꝛ reges stabitis ꝑpter me in testimoniū illis. Et in oēs gētes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradētes nolite precogitare quid loquamini: sed quod datū vobis fuerit in illa hora / id loquamini. Nō eni vos estis loquētes: sed spiritus sāctus. Tradet autē frater fratrē in mortē / ꝛ pater filiū / ꝛ cōsurgent filij in parentes / ꝛ morte afficiēt eos Et eritis odio oibus / ꝑpter nomē meū. Qui autē sustinuerit in finē / hic salu⁹ erit. ¶ Secūdm matheū. x.

Cap. x. D.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari qꝛ venerim mittere pacē in terram Non veni pacē mittere: sed gladiū. Ueni enī separare hoiem aduers⁹ patrē suū: et filiā aduersus matrē suā: et nurū aduersus socrū suā: ꝛ inimici hois domestici eius. Qui amat patrē / aut matrē plusꝙ me: non est me dignus. Et qui amat filiū aut filiā super me / nō est me dignus. Et qui non accipit crucē suā ꝛ sequitꝰ me: nō est me dignus. Qui inuenit aiam suā / ꝑdet illā. Et qui ꝑdiderit aiam suā ꝑpter me / inueniet eā. Qui recipit vos / me recipit Et qui me recipit: recipit eū qui me misit. Qui recipit ꝓphetā in noīe prophete: mercedē ꝓphete accipiet. Et qui recipit iustum in noīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et quicunqꝫ potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide tantum in noīe discipuli: amē dico vobis / nō ꝑdet mercedē suā. Euā. Ecce ego mitto vos. vt su. in cōi vni⁹ apli. fo. ij. ¶ Secundum Mattheum. xxiiij.

Cap. xxiiij. B.

In illo tpe. Egress⁹ iesus de templo ibat / ꝛ accesserunt discipuli eius vt ostēderent ei edificationē templi. Ipse autē respōdens dixit illis. Uidetis hec oia? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidē qui non destruatꝰ Sedente autē eo sup montē oliueti: accesserūt ad eum discipuli eius secreto dicentes. Dic nobis qñ hec erūt: et quod signū aduētus tui / et cōsummatiōis seculi? Et respōdēs iesus dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi eñ veniēt i nomine meo dicentes: ego sum christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones preliorū. Uidete ne turbemini. Oportet eñ hec fieri: sed nōdum est finis. Consurget enim gens in gentem: et regnum in regnum. Et erunt pestilentie et fames: et terremotus per loca. Hec autem omnia / initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem / et occident vos: et

eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: et inuicem tradent: et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophete surgent: et seducent multos. Et quoniam abundauit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. In tempore paschali Euange.

psalm. Ego sum vitis vos palmites. vt
lxvii. supra fo. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus alleluya. Et finitur cum Alleluya quandocumque dicitur Offer.
ps. v. Glorientur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto: domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti
ps. xxxi nos. Offer. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.
In tempore paschali Alla. Offer.
ps. cxlix Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum.
In tempore pascha. Alla alla. Offer.
psal. Anima nostra sicut passer erepta est de la-
cxxiii. queo venantium: laqueus contritus est: et nos
ps. lxxx liberati sumus. Offer. Confitebuntur celi
viii. mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alla. Offer.
psal. Repleti sumus mane misericordia tua: et
lxxxix. exultauimus et delectati sumus alleluya.

¶ Plurimorum martyr. Secreta.

Suscipe domine munera populi tui pro martyrum tuorum festiuitate: et sincero nos corde fac eorum natalitijs interesse. Per do. Alia plurimorum martyr pontificum.

Sanctorum martyrum tuorum atque pontificum N. et N. gloriosa merita venerantes hec domine munera tue maiestati offerimus obsecrantes: vt illis concordiam exhibendo nobis veniam impetremus. Per. Cōio.

Gaudete iusti in domino alleluya: rectos decet psal.
collaudatio alleluya. Et dicitur cum Alla. xxxii.
quandocumque dicitur Cōio. Multitudo lan Luc.
guentium: et qui vexabantur a spiritibus vi. C.
immundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat: et sanabat omnes. In tempore paschali Alla alla. Cōio. Posue- psal. lxx
runt mortalia seruorum tuorum domine escas vo- viii.
latilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre: secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Cōio. Iu- Sap.
storum anime in manu dei sunt: et non tan- iii. A.
get illos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. In tempore pasc. Alleluya alleluya.
Cōio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis et Joan.
fructum afferatis: et fructus vester maneat. xv. C.
In tempore paschali Alleluya alleluya. Cōio. Et si coram hominibus tor- Sap.
menta passi sunt: deus tentauit eos: tanquam au- iii.
rum in fornace probauit eos: et quasi holocausta accepit illos. Cōio. Anima nostra psal.
sicut passer erepta est de laqueo venantium. cxxiii.
Cōio. Ego sum vitis vera et vos palmi- Joan.
tes: qui manet in me et ego in eo: hic fert xv. A.
fructum multum alleluya alleluya. Cōio.
Dico autem vobis amicis meis: ne terrea- Luc.
mini ab his qui vos persequuntur. Cōio. xii. A.
Quod dico vobis in tenebris / dicite in lu- Math.
mine dicit dominus: et quod in aure audi- x. C.
tis / predicate super tecta. Cōio. Amen dico vobis quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis: venite benedicti patris mei / possidete preparatum vobis regnum ab initio seculi. Plurimorum martyrum. Postcōio.

Sacramentorum tuorum domine participatione letantes suppliciter exoramus: vt quorum merita celebrare condonas: eorum nos facias imitari constantiam. Per dominum. Alia plurimorum martyrum pontificum.

Deus q nos sacramenti tui ve
nerāda pceptiōe purificas:
da nobis qs patrocinia tuor cōti-
nuata sctor: quibus capere valea
mus salutaris mysterij portionē.
¶ Plurimor martyrū nō pōtificū.
Deus qui nos concedis san-
ctorum martyrū tuorū N.
et N. natalicia colere: da nobis in
eterna beatitudine/ de eor societa
te gaudere. Per dominū. Secreta.
Munera tibi dñe nostre deuo
tionis offerim⁹/ q pro tuor
tibi grata sint honore iustor: & no
bis salutaria te miserāte reddant.
Per dñm nostrū iesum. Postcōio.
Presta nobis qs dñe interce
dētib⁹ sctis martyrib⁹ tuis
N. et N. vt que ore contigim⁹: pu-
ra mente capiamus. Per dominū.
¶ In natali vnius confessoris.
Statuit ei dñs testa
mentū pacis: & prin
cipem fecit eum: vt
sit illi sacerdotij di-
gnitas in eternum
In tpe paschali Al
leluya allā ps. Misericordias domini:
in eternum cantabo. Aliud Officium.
Sacerdotes tui dñe in-
duāt iusticiā: & scti tui
exultent: ppter dauid
seruum tuū: nō auer-
tas faciem christi tui.
In tpe pas. Allā. ps. Memēto dñe da-
uid: & ois māsuetudinis eius. Officium
Sacerdotes dei bñdici-
te dñm: scti et humiles
corde/ laudate deum.
In tempore paschali.
Alleluya allā. ps. Bene
dicite omnia opera dñi domino: laudate et
superexaltate eum in secula. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus: qui
nos bti N. confessoris tui atq
pontificis/ hodierna festiuitate le-
tificas: tuā supplices exoram⁹ cle-
mentiam: vt cuius solennia deuo-
tis officijs veneramur: eius pijs
suffragijs: eterne vite remedia cō-
sequamur. Per dñm. Alia oratio.
Da qs oips deus: vt beati N.
cōfessoris tui atq pōtificis
veneranda solēnitas: & deuotionē
nobis augeat & salutem Per dñm.
Lectio libri sapientie. Eccl. xliiij.
Ecce sacerdos magnus/ q in Eccl.
dieb⁹ suis placuit deo: et in- xliiij.
uētus est iustus. Et in tpe iracūdie C.
factus est recōciliatio. Nō est inuē
tus similis illi/ qui cōseruaret legē
excelsi. Ideo iureiurādo: fecit illū
dñs crescere in plebē suam. Bene-
dictionē omniū gētiū/ dedit illi: et
testamētū suū: cōfirmauit sup ca-
put eius. Cognouit eum i benedi-
ctionib⁹ suis: cōseruauit illi mise-
ricordiā suā: et inuenit grām corā
oculis dñi. Magnificauit eū in cō-
spectu regum: & dedit illi coronam
glie. Statuit illi testamentū sem-
piternū: & dedit illi sacerdotiū ma-
gnū: & btificauit illū i glia. Fungi
sacerdotio: & habere laudē in noie
ipsi⁹. Et offerre illi incēsum dignū
in odorem suauitatis. ¶ Sequēs
epla legat i vtroq festo bti Edmū-
di archiepiscopi & confessoris. Le-
ctio libri sapientie. Ecclesiastici l.
Ecce sacerdos magn⁹/ qui in Eccl.
vita sua curauit gentē suā: ca. l. A.
& liberauit eam a perditione. Qui
suffulsit domum: et in diebus suis
corroborauit tēplum. Qui preua-

luit amplificare ciuitatẽ: qui ade-
ptus est gloriam in conuersatione
gentis. Quasi stella matutina in
medio nebule: et quasi luna plena
in diebus suis lucet: ꝗ quasi sol re-
fulgens sic ille effulsit in tẽplo dei.
Quasi arcus refulgens inter ne-
bulas glorie: et quasi flos rosarũ
in diebus vernis. Quasi lilia que
sunt in trãsitu aque: et quasi thus
redolens in diebus estatis. Qua-
si ignis effulgens et thus ardens
in igne: quasi vas auri solidũ/ or-
natum omni lapide ꝓcioso. Qua-
si oliua pullulans / et cypressus in
altitudinẽ se extollens/ in accipien
do illum stolam glorie: ꝗ vestiri eũ
in ꝯsummatione virtutis. In ascẽ
su altaris sancti/ gloriã dedit san-
ctitatis amictum. In accipiendo
autem partes de manu sacerdo-
tum: et ipse stans iuxta aram/ por-
rexit manum suam in libatione: ꝗ
libauit odorẽ diuinũ excelso princi
pi. Et iterauit orationẽ suam/ vo-
lens ostendere virtutem dei: qui fe
cit nobiscum secundum suam mi-
sericordiã. Qui det nobis iocũdita
tem cordis: et fieri pacẽ in dieb⁹ no
stris i israel per dies sempiternos.
Lectio libri sapientie. x.
Sap. x. b. Iustũ deduxit dñs ꝑ vias re-
ctas: et ostendit illi regnum
dei. Et dedit illi sciẽtiã sctõꝝ hone-
stauit illũ in laboribus: ꝗ cõpleuit
labores illius. In fraude circũue-
niẽtiũ illi affuit: ꝗ honestũ fecit il
lum. Custodiuit eũ ab inimicis: et
a seductorib⁹ tutauit illũ: ꝗ certa-
men forte dedit illi vt vinceret: et
sciret qm̃ oĩm potẽtior est sapiẽtia
Hec vẽditũ/ iustũ non dereliqt: sed
a peccatorib⁹ liberauit eũ. Descen
ditq; cũ illo in foueã/ et in vinculis
nõ dereliquit illũ: donec afferret il
li sceptrũ regni: et potentiã aduer-
sus eos qui eum deprimebant. Et
mendaces ostendit qui maculaue
runt illum: et dedit illi claritatem
eternam: dominus deus noster.
Lectio libri sapientie. Eccl. xlv.
Dilectus deo et hoĩbus: cui⁹ Eccl.
memoria in bñdictione est. xlv. a.
Similẽ illũ fecit in gl'ia sanctorũ:
et magnificauit eũ i timore inimi-
corũ/ ꝗ i verbis suis mõstra placa-
uit. Glorificauit eum i cõspectu re
gum: et iussit illi corã ꝓplo suo / et
ostẽdit illi gloriã suã. In fide et le-
nitate ipsius sanctũ fecit illũ: ꝗ ele
git eũ ex oĩ carne. Audiuit eũ vocẽ
ipsius: et induxit illũ i nube. Et de-
dit illi cor ad precepta: et legem vi-
te et discipline. Gr. Ecce sacerdos ma- Eccl.
gnus/ qui in diebus suis placuit deo. Vl⁹. xliiii.
Non est inuentus similis illi: qui conser- C.
uaret legem excelsi. Gr. Iurauit domin⁹ Ps. cix.
et non penitebit eum: tu es sacerdos i eter-
num: secundum ordinem melchisedech. Vl⁹.
Dixit domin⁹ domino meo: sede a dextris
meis. Gr. Inueni dauid seruum meum: Ps. lxx
oleo sancto meo vnxi eum: manus eñ mea viii.
auxiliabitur ei: et brachium meum confor-
tabit eum. V⁹ Nihil proficiet inimicus in
eo: ꝗ filius iniquitatis nõ nocebit eũ. Gr.
Domine preuenisti eum in benedictionib⁹ Ps. xx.
dulcedinis: posuisti in capite eius: coronã
de lapide precioso. Vl⁹. Uitam petiit ꝗ tri-
buisti ei: longitudinem dierum in seculũ se-
culi. Alleluya. V⁹. Iustus germinabit Malc
sicut lilium: et florebit in eternum ante do- xxxv.
minũ. Alleluya. V⁹. Amauit eũ domi-
nus et ornauit eum: stola glorie induit eũ. Ps. lxx
Alleluya. V⁹. Disposuit testamẽtũ ei viii.

ctis meis: iurauit dauid seruo meo. Al-
leluya. V. Elegit te dn̄s sibi in sacer-
dotem magnum in populo suo. Alle-
p. lxxx luya. V. Inueni dauid seruum meum:
viii. oleo sancto meo vnxi eum. Alla. V.
Posui adiutorium super potentem / et exal-
taui electum de plebe mea. Tractus.
ps. cxi. Beatus vir qui timet dn̄m: in māda
Eodem tis eius cupit nimis. V. Potēs in
terra erit semē eius: generatio rectorū bn̄di-
cetur. V. Glīa et diuitie i domo eius: et iusti-
cia eius manet in sclm̄ sclī. Sequentia.

Adest nobis dies alma: et
magno gaudio plēa. In
qua sancta deo grata: congaudet
ecclesia. Hodie celestis letat tur-
ma: q̄ gloriā cantat i excelsis voce
dulcisona cū simphonia. Hodie
polorū sctā agmina collaudāt regē
deū nr̄m: natū ex virgine sctā ma-
ria. Aue inclyte p̄sul: vel cōfessor
N. flos pulcherrime. Tu vestigia
xp̄i secutus es fide deuota. Eter-
ni regis adeptus es regna. Iā gra
tularis i domo supera possidēs se-
des almas. Quē postulamus et
poscimus vna. Adiuuent tua san-
cta suffragia fragilē vitā nostrā.
O beate. O sancte N. Laus ti-
bi in glīa. O beate. O sancte N.
Pro nobis supplica. Ut vna me
reamur / sancta celorum templa.
Possidere leti cernētes alma gau
dia que sunt plena. Sit deo laus
honorque et iubilatio casta. Qui re
gnat per omnia seculorum secula
Amen dicant omnia. Sequētia.

Alma cohors vna laudum
sonora nūc p̄me preconia.
Quibus en insignis rutilat N.
vt luna solque sydera. Meritorum
est mirifica radiās idem sacra pre
rogatiua. Hic nam sophie my-
stica / ornauerunt mire dogmata /
qua fulsit nitida: luculenter per-
ampla orbis climata. Uerbi nec
nō fructifera seuit diuini semina
mentium per arua / pellendo quo-
que cuncta noctis nubila. Hinc fa-
mina fundens diua: vtpote cele-
stia ferens in se numina. Subli-
mauit catholica / vehementer cul-
mina sancta per eloquia. Is nē-
pe celse compos glorie nunc exul-
tat inter letabunda / celicolarum
ouans contubernia. Sublimis
extat sede supera fruens vita sem-
per inexhausta sat per saluberri-
ma christi pascua. O dignū cun-
cta laude precelsa. Presulem tan
ta nactum gaudia. Uirtutum
propter merita: quibus viguit ar-
dens velut lampada. Nos voce
clara hunc et iocunda. Nantes
oremus preces et vota. Qui no-
bis ferat cōmoda impetret et eter-
na poscens premia. Quod petit
p̄sēs caterua: presulum gemma
Deuota rependens munia men-
te sincera. Hauendo sibi precum
instātia: scilicet vt polorum intret
limina. Quo iam intra palacia /
stantes suprema. Leti gratule-
mur adepti polorū regna. Qui
tua presul sistētes hac aula iubile
mus ingēti cum leticia. Recinen-
tes dulcia: nunc celsaque alleluya.
¶ Secundum Mattheum. xxv. Cap.
In illo tp̄e. Dixit iesus disci- xxv. B
pulis suis parabolam hanc
homo quidā peregre p̄ficiscēs vo-
cauit seruos suos: et tradidit il-
lis bona sua. Et vni dedit quinque
talenta: alij autem duo: alij vero

vnum. Unicuiqȝ secundum propriam virtutem. Et profectus est statim. Abijt autem qui quinqȝ talēta acceperat: et operatus est in eis: ⁊ lucratus est alia quinqȝ. Similiter qui duo acceperat: lucrat⁹ est alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit i terrā / ⁊ abscōdit pecuniā dn̄i sui. Post multū vero tēporis: venit dn̄s seruorum illorū: et posuit rationem cū eis. Et accedens qui quinqȝ talenta acceperat obtulit alia quinqȝ talēta / dicens. Dn̄e quinqȝ talenta tradidisti mihi: ecce alia quinqȝ superlucratus sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituam. Intra in gaudium domini tui. Accessit autem ⁊ qui duo talēta acceperat et ait. Dn̄e / duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi domin⁹ eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam. Intra in gaudium: domini tui.

¶ Secundum Marcum. xiij.

Cap. xiij. D

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Uidete / vigilate / et orate. Nescitis enim quando tēpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusqȝ operis: et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis enim quādo dn̄s domus veniet: sero / an media nocte: an gallicantu / an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Qđ aūt vobis dico: omnibus dico vigilate

¶ Secundum Mattheum. xxiiij.

Cap. xxiiij. D.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Uigilate quia nescitis qua hora dn̄s vester vēturus sit. Illđ aūt scitote: qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtiqȝ / ⁊ nō sineret perfodi domū suā. Ideo et vos estote parati: q₂ nescitis qua hora filius hominis vēturus est. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quē cōstituit dn̄s supra familiam suā: vt det illis cibum in tempore. Beat⁹ ille seru⁹ quē cū venerit dn̄s eius / inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: qm̄ super oīa bona sua cōstituet eū. Euāgel. Homo quidā no. vt su. fo. vj. In tp̄e pasc. Euangel. Ego sū vitis vera. vt su. fol. j.

Offer. Ueritas mea et mia mea cum ipso: ps. lxxx et in nomine meo exaltabitur cornu eius. viij. In tempore paschali. Alla. Offer.

Inueni dauid seruum meum: ⁊ in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. Eodem

In tp̄e paschali Alleluya. Secreta

PRopiciare q̄s dn̄e supplicationibus nostris: et intercedente pro nobis beato N. confessore tuo atqȝ pontifice: his sacramētis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificāte nos gratia tua: eisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per dominū. Alia secreta.

REspice quesumus dn̄e munera populi tui in beati N. cōfessoris tui atqȝ pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutem. Per.

Cōio. Domine quinqȝ talenta tradidisti mihi / ecce alia quinqȝ superlucratus sum: euge serue fidelis: qa i pauca fuisti fidelis: Math. xxv. B

supra multa te cōstituam: intra in gaudiū dñi tui. In tpe paschal' Alla. Cōio.
Math. xxiiii. D. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super oia bona sua cōstituet eum. In tpe pascha. Alla alla. Cōio.
Eodem D. Fidelis seruus ꝛ prudens quem constituit dñs sup familiā suā vt det illis in tempore tritici mensuram. In tpe paschal. Alla alla. Postcō.

P Resta q̄s dñe de⁹ noster: vt diuinis mysterijs expiati: itercedente beato N. cōfessore tuo/ atq; pontifice: ad superni plenitudinē sacramēti cui⁹ libauim⁹ sancta tendamus. Per. Alia Postcō.

Q Vos tuis dñe refitis sacramentis sancti N. confessoris tui atq; pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectū: et mysterijs capiamus ꝛ mētibus. Per. ¶ In natali vni⁹ cōfessoris ꝛ doctoris Officiū.

Dan. iii. D. 
Acerdotes dei benedicite dñm: sancti ꝛ humiles corde laudate deum. In tēpore paschali Alla alleluya. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula. Gloria. Oro.

E Xaudi domine p̄ces nostras quas i sancti N. cōfessoris tui atq; doctoris solennitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari/ ei⁹ precibus ab omnibus nos absolue peccatis. Per dñm.

Lectio libri sapientie. Eccl. xlvij.

Eccl. xliiii. D Edit dñs cōfessionē sancto suo: et excelso in verbo glorie. De oi corde suo laudauit dominū: et dilexit deū qui fecit illum. Et dedit illi contra inimicos potentiam: et stare fecit cātores cōtra altare: et i sono eor/ dulces fecit modulos. Et dedit in celebrationibus decus: ꝛ ornauit tpa vsq; ad cōsummationem vite: vt laudarēt nomē sanctū dñi: et amplificarent mane sanctitatē dei. Christus purgauit peccata ipsius: et exaltauit in eternum cornu eius. Sapiētia laudabit aiam suam: et in dño honorabitur: et i medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suum: et in conspectu virtutis ipsius gloriabit. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur.. In multitudine electorum habebit laudem: et inter benedictos: benedicetur.

Lectio libri sapientie. vij.

O Ptaui/ et datus est mihi sensus: et inuocaui: et venit in Cap. vii. A. me spiritus sapientie. Et preposui illam regnis ꝛ sedibus: ꝛ diuitias nihil esse dixi/ in cōparatiōe illius. Nec cōparaui illi lapidem preciosum: qm̄ omne aurū in cōparatione illius/ arena est exigua: et tanq̄ lutū estimabitur argētum/ in conspectu illi⁹. Super salutem et speciem dilexi illā: et proposui p luce habere illam: qm̄ inextiguibile est lumen illius. Venerunt autē mihi omnia bona pariter cum illa: ꝛ innumerabilis honestas per man⁹ illius: ꝛ letatus sum in omnibus: qm̄ antecedebat me ista sapiētia/ ꝛ ignorabā/ quoniam hor omnium mater est. Quam sine fictiōe didici: ꝛ sine inuidia cōmunico. Et honestatem illius/ non abscōdo. Gr.
Ps. cix. Iurauit dñs et nō penitebit eum: tu es sacerdos in eternū: secundū ordinē melchise-

Eodem verb. Ps. Dixit dñs dño meo: sede a dex-
Eccl. xlv. tris meis. Alla. V. Amavit eum dñs et
ornavit eum: stola glorie induit eum. Se-
quentia de cõi uni⁹ confes. et põtifi. supra
supra fo. xij. Infra. lxx. Tr. Beatus
vir. ut su. fo. ¶ Secundum Math. v.

Cap. v. B. IN illo tẽpore. Dixit iesus disci-
pulis suis. Vos estis sal ter-
re. Quod si sal evanuerit: in quo
salietur? Ad nihilũ valet ultra: ni-
si ut mittatur foras: et cõculcetur ab
hominibus. Vos estis lux mundi.
Non potest civitas abscõdi supra
mõtem posita: neq; accendunt lu-
cernam: et ponũt eam sub modio/
sed sup cãdelabrũ: ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic luceat lux
vestra corã hominibus: ut videãt
opera vestra bona: et glorificẽt pa-
trem vestrum/ qui in celis est. No-
lite putare: qm̃ veni solvere legem
aut prophetas. Non veni solvere/
sed adimplere. Amen dico vobis/
donec transeat celum et terra: iota
unum/ aut apex unus: nõ preteri-
bit a lege/ donec omnia fiant. Qui
ergo solverit unum de mandatis
istis minimis/ et docuerit sic homi-
nes: minim⁹ vocabit̃ i regno celo-
rũ. Qui aũt fecerit et docuerit: hic
magnus vocabit̃ in regno celorũ.

Math. xxiiii. D. Off. Veritas mea et mĩa mea cum ipso:
et in noĩe meo exaltabitur cornu eius. In
tẽpore pascha Alleluya. Secreta.

MUnera quesumus dñe tibi
dicata sanctifica: et interce-
dente beato N. confessore tuo atq;
doctore/ per eadẽ nos placatus in-

Eodem tende. Per. Cõio. Fidelis servus et pru-
dens quem constituit dominus super fami-
liam suã: ut det illis i tempore tritici men-
suram. In tempore paschali Alle-
luya alleluya. Postcõio.

PResta quesumus omnipo-
tens de⁹: ut de perceptis mu-
neribus gratias exhibentes/ inter-
cedente beato N. confessore tuo/
atq; doctore/ beneficia potiora su-
mamus. Per dominum. ¶ In na-
tali unius confessoris et abbatis.



OS iusti meditabi- Psal. xxxvi.
tur sapiẽtiã: et lin-
gua ei⁹ loquet̃ iu-
diciũ: lex dei ei⁹ in
corde ipsi⁹. Ps. Noli Eodem
emulari in malignanti-
bus: neq; zelaveris faciẽtes iniqtatẽ. Oro.

DEus qui beatũ N. cõfesso-
rem tuũ atq; abbatem san-
ctitatis grã decorasti: ipsius meri-
tis fac nos bonis opib⁹ abũdare:
ut a te summo bono/ oĩe qd expe-
dit mereamur impetrare. Per do.
Lectio libri sapientie. Eccl. xxxix.

IUstus cor suũ tradet ad vi- Eccle. xxxix. A.
gilãdum diluculo/ ad dñm
qui fecit illũ: et in conspectu altissi-
mi deprecabitur. Aperiet os suum
in oratione: et pro delictis suis de-
precabitur. Si enim magnus dñs
voluerit/ spiritu intelligẽtie reple-
bit illum. Et ipse tanq̃ imbres mit-
tet eloquia sapientie sue: et in ora-
tione cõfitebitur dño. Et ipse diri-
get consilium eius et disciplinam:
et in abscõditis suis consiliabitur.
Et ipse palã faciet disciplinam do-
ctrine sue: et in lege testamenti dñi
gloriabitur. Collaudabunt multi
sapientiam eius: et usq; in seculum
non delebitur. Nõ recedet memo-
ria eius: et nomen eius requiretur
a generatione in generationem.
Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: et ps. xxxvi.

lingua eius loquet iudiciū. ỽ. Lex dei eiꝰ in corde ipsiꝰ: ꝛ nō supplātabunt gressꝰ eiꝰ. Alla. ỽ. Posui adiutoriū sup potentem et exaltaui electū de plebe mea. Sequen. Adest nobis. vt su. fol. xi. vel Tractus Desiderium aie eiꝰ. vt su. fol. iiij.

¶ Secundum Lucam. xi.

Cap. xi. C. IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernā: et in abscondito ponit: neqꝫ sub modio: sed super cādelabrum: vt qui ingrediunt lumen videant. Lucerna corporis tui est oculꝰ tuus Si oculꝰ tuus fuerit simplex: totū corpus tuū lucidū erit. Si aūt nequam fuerit: etiā corpus tuū tenebrosum erit. Vide ergo ne lumē qđ in te est tenebre sint. Si ergo corpꝰ tuum totū lucidū fuerit nō habēs aliquā partē tenebrarū: erit lucidum totū. Et sicut lucerna fulgoris: illuminabit te. Offr. Desideriū aie eius tribuisti ei dñe: ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti i capite eius: coronā de lapide p̄cioso. Secre.

Psal. xxxvi.

SAcrificiū domine quod pro sancti N. cōfessoris tui atqꝫ abbatis solēnitate deferimus tibi quesumus fiat acceptū: et eius interuenientibus meritis: nobis augeat te donāte suffragiū. Per do.

Matth. xxiiij. D.

Cōio. Fidelis seruus et prudēs quem cōstituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mēsurā. In tempore paschali Alla alleluya. Postcō.

LIbantes domine sacrosancta mysteria: precēde nobis quesumus misericordiam tuā: vt que votis expetimus intercedente beato N. confessore tuo atqꝫ abbate: conuersatione tibi placita consequamur. Per dominū nostrum.

¶ De quocunqꝫ cōfessore Officiū.



OS iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eiꝰ i corde ipsiꝰ. ps. Noli emulari i malignā tibꝰ: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē. Oro. Psal. xxxvi. Eodem

ADesto domine precibus nostris: quas in sancti N. confessoris tui solennitate deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam non habemus: eius qui tibi placuit meritis et precibus adiuuemur. Per dominum nostrum.

Lectio libri sapientie. x.

IVstum deduxit dominꝰ per vias rectas: ꝛ ostēdit illi regnum dei. Et dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi affuit: et honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum: et certamen forte dedit illi vt vinceret: ꝛ sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditqꝫ cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit illum: donec afferret illi sceptrum regni: et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mēdaces ostendit qui maculauerunt illum: et dedit illi claritatem eternam: dominꝰ deus noster. Gr. Os iusti meditabit sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. ỽ. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplantabuntur gressus eius. Alleluya. ỽ. Posui adiutorium super potentem: et Ca. x. A. Psal. xxxvi.

exaltaui electū de plebe mea. Seqntia. Adest nobis. vt su. fo. xij. vel Tractus. Desiderium anime. vt su. fol. v.

¶ Secundum Mattheum. xiij.

Cap. xiij. D. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Uidete/ vigilate/ et orate. Nescitis eni quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus/ reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusqz operis: et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo Nescitis eni quādo domin⁹ domus veniat: sero/ an media nocte/ an gallicantu/ an mane. Ne cū venerit repēte: inueniat vos dormiētes. Qđ aūt vobis dico / oib⁹ dico vigilate. Offr.

Ps. xx. Desideriū aie eius tribuisti ei dñe: ꝛ volūtate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius: coronā de lapide precioso. In tpe pascha. Alla. Secreta.

Suscipe dñe sacrificium placatiōis et laudis quod nos interueniente beato N. confessore tuo perducat ad veniam: ꝫ in perpetuam gratiarū cōstituat actio-

Math. xxiiij. D. nem. Per. Cōio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dñs sup familiā suā: vt det illis in tempore tritici mensurā. In tpe pascha. Alleluya alla. Postcō.

Presta qs omnipotens deus vt cuius festiuitate votiua sunt sacramēta: et⁹ salutaria nobis intercessione reddantur. Per.

¶ In natali plurimorū cōfessorū.

Psal. cxxxi.



Sacerdotes et⁹ induant salutare: et sancti eius exultatione exultabūt. In tempore paschali. Alla alleluya alleluya.

Ps. Memēto domine dauid: ꝛ omnis mansuetudinis eius. Eodem. Oratio.

Beatorū cōfessorū tuorū N. et N. nos qsumus dñe tuere presidijs: vt quorum festiuitatem annua deuotione recolimus: eorū intercessione ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per. Alia orō.

Deus qui nos sanctorū confessorū tuorū N. et N. confessionibus gloriosis circundas ꝫ protegis: da nobis ꝫ eorum imitatione proficere: et intercessiōe gaudere. Per. Ad hebreos. vij.

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes secundū legem idcirco ꝙ morte prohiberētur permanere. Jesus autē/ eo ꝙ maneat in eternū: sempiternū habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuū potest/ accedens ꝑ semetipsum ad deū semper viuēs: ad interpellādū pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex: sanct⁹/ innocēs / impollutus/ segregatus a peccatorib⁹ ꝫ excelsior celis fact⁹ Qui non habet quotidie necessitatem / quēadmodū sacerdotes pri⁹ ꝓ suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit semel se offerendo: dñs noster iesus christus. Gr. Sacerdotes eius induāt salutare: ꝛ sancti eius exultatione exultabunt. ꝟ⁹. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Alleluya. ꝟ⁹. Fulgebūt iusti: et tanqꝫ scintille in arundineto discurrēt in eternum. Nulla dr̄ sequentia licet nouē lectiones fiant.

Cap. vij. D.

Psal. cxxxi.

Sap. iij. A.

¶ Secundum Lucam. xij.

Cap. xij. E. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sint lūbi vestri precincti: ꝫ lucerne ardētes in ma-

nibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dnm suu/ quando revertatur a nuptiis. Ut cum venerit et pulsaverit: cofestim aperiant ei. Beati servi illi: quos cu venerit dns/ invenerit vigilantes. Amen dico vobis: q precinget se/ et faciet illos discubere: et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia: et si i tertia vigilia venerit/ et ita invenerit: beati sunt servi illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret utiq: et non sineret perfodi domu sua. Et vos estote parati: qa qua hora no putatis: fili9 hois veniet.

¶ Secundum Mattheum. x.

In illo tpe. Misit iesus duodecim discipulos suos: precipiens eis/ et dicens. In viam gentium ne abieritis: et i civitates samaritanoru ne intraveritis: sed potius ite ad oves que perierunt domus israel. Euntes aut predicate dicentes: quia appropinquavit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate: demones eiicite. Gratis accepistis: gratis date. Offer. Exultabut sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. In tpe pascha. Alla alla. Secreta.

Adesto dne precib9 ppli tui adesto muneribus: ut q sacris sunt oblata mysteriis: tuor tibi placeat itercessioe sctor. P dnm. Coio. Ego vos elegi de mudo: ut eatis et fructum afferatis: et fruct9 vester maneat. In tpe paschali Alla alla. Postco.

Fideles tui deus celestis donis remediis refecti: et sctorum quoq confessorum tuor precibus: ab omnibus quesum9 emundetur delictis. Per dnm. ¶ In natali vnius virginis et martyris.

Dilexisti iusticiam: et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tu9 oleo leticie pre cosortibus tuis. In tpore pascha. Alla alleluya alla. Ps. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria pri. Aliud Officiu.

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum: et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis: que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati i via: qui ambulant in lege domini. Aliud

Me expectaverut peccatores ut pderet me: testimonia tua dne intellexi: ois 2summatiois vidi finem/ latu mada tum tuum nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulat in lege dni. Oro.

Exaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate N. virginis et martyris tue festivitate gaudemus: ita pie devotionis erudiamur affectu. Per dominu.

Lectio libri sapientie. Ecclasti. li.

Domine deus meus exaltasti super terra habitatione meam: et pro morte defluenti deprecata sum. Invocavi dnm patrem dni mei: ut non derelinquat me in die tribulationis mee: et in tempore superboru sine adiutorio Laudabo nomen tuum assidue: et collaudabo illud in confessione/ et

exaudita est oratio mea. Liberasti me a pditione: ⁊ eripuisti me de tēpore iniquo. Propterea cõfitebor: ⁊ laudē dicã noĩ tuo: dñe de⁹ meus Lectõ libri sapientie. Ecclastici. li.

Eccle. ca. li. A
Confitebor tibi dñe rex: ⁊ collaudabo te deũ saluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo: qñ adiutor ⁊ protector factus es mihi et liberasti corp⁹ meũ a perditiõe. A laqueo lingue inique et a labijs operãtium mẽdaciũ. Et ĩ cõspectu astantiũ factus es michi adiutor: et liberasti me secundum multitudinē mĩe nominis tui. A rugientibus preparatis ad escam: de manibus querentiũ animã meam: ⁊ de portis tribulationũ q̃ circundederũt me: et a pressura flãme que circũdedit me: et in medio ignis / non sum estuata. De altitudine vẽtris inferi: ⁊ a lingua coinquinata: ⁊ a verbo mendacij. A rege iniquo: et a lingua iniusta. Laudabit vsq̧ ad mortē anima mea dñm: et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circũdederũt me vndiq̧ ⁊ non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutoriũ meũ: et non erat. Memorata sum misericordie tue domine: et cooperationis tue que a seculo sũt: qñ eruis sustinẽtes te: ⁊ liberas eos de manu angustie: domine deus meus. Lectio libri sapientie. Ecc̃. xxiiij.

Ecc̃. xxiiii.
Sapiẽtia laudabit animam suã: ⁊ in dño honorabitur: ⁊ in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suum: ⁊ in cõspectu virtutis illius gloriabit̃. In medio populi exaltabit̃: ⁊ in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electorũ habebit laudē: et inter benedictos benedicetur / dicens. Ego ex ore altissimi prodij: primogenita añ omnem creaturam. Ego quasi libanus non incisus / vaporaui habitationem meam: ⁊ quasi balsamum nõ mixtum / odor meus. Ego quasi terebintus extẽdi ramos meos: ⁊ rami mei / honoris ⁊ gratie. Gr.

Dilexisti iusticiam: et odisti iniquitatem. Psal.
V⁹. Propterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ / oleo xliiii.
leticie. Gr. Specie tua et pulchritudine et olei tua: intende prospere procede et regna. V⁹. fra.
Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum V⁹. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia et vide: et inclina D.
aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. V⁹. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Grad. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem ⁊ iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. V⁹. Audi filia et vide: et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. V⁹. Emulor enim vos ii. Co.
dei emulatione: despondi vos vni viro vir- xi. A.
ginem castam exhibere christo. Alla. V. Ueni electa mea: et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. V⁹. Specie tua et pulchri- psalm.
tudine tua: intende prospere procede et re- xliiii.
gna. Alleluya. V⁹. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Alleluya. V⁹. Hec est virgo sapiens: quam dominus vigilantē inuenit. Alleluya. V⁹. Loquebar de te- Psal.
stimonijs tuis in conspectu regum: et non cxviii.
confundebar domine. Tractus.

psalm. xliiii. et ola l. fra. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide: et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Sequentia.

Exultemus in hac die festiua Recolentes domini magnalia in sanctis qui operantur maxima. Qui inter sua potentie miracula/ in virginum est maximus gloria Sua enim gratia mundi viluit virginibus pompa. Hec contra precepta regum/ resistit virginalis pugna. Furit rabies vesana/ deuicta tristatur malicia. Crudescit in carne tenera maiora exquirit tormenta. Sed tunc stat firmior caro virginea. Cum multiplicantur noua supplicia. Pro eterna quam expectant a deo gloria. Letantur mortalia/ affligi sua corpora. Quia sunt transitoria. Et in motu subito labentia/ mundi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea sorte claruit. N. Cuius hodie celebramus solennia splendens inter alias vt lucifer inter minores stellas. Uirgo beata fortiter ferens omnia nec mori recusans pro gloria pro nobis pie deum exora. Ut tecum in aula exultemus etherea pace perpetua. Pro sanctorum virgo gloriosa/ collaudemus dominum in gloria.

Secundum Mattheum. xiii.

Math. xiii. f. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet: et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum/ homini negociatori querenti bonas margaritas Inuenta autem vna preciosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus/ et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum/ similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua et vetera. Offer. Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato/ circundata varietate. Offer. minor. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. In tempore pascha. Alleluya. Offer. maior. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione: adducentur in templum regi domino. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum: et in seculum seculi. Psal. xliiii. et ola l. fra. Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice: et intercedente beata N. virgine tua et martyre/ vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum. Com. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. In tempore pascha. Alleluya alleluya. Com. Principes

Psal. persecuti sūt me gratis: et a verbis tuis for-
cxviii. midauit cor meum: letabor ego super elo-
quia tua: sicut qui inuenit spolia multa:
concupiuit anima mea testimonia tua do-
Eodem mine: et dilexit ea vehementer. Cōio. Fe-
ci iudicium et iustitiam/ domine non calū-
nientur michi superbi: ad omnia mandata
tua dirigebar: omnem viam iniquitatis
Math. odio habui. Cōio. Simile est regnum ce-
xxv. F. lorū hoi negociatori querēti bonas marga-
ritas: inuenta vna preciosa margarita dedit
Ibidē. oia sua et comparauit eam. Cōio. Quinq
A. prudentes virgines acceperunt oleum in va-
sis suis cum lampadib⁹: media autem no-
cte clamor factus est: ecce sponsus venit:
exite obuiam christo domino. Postcōio.

P Laceāt tibi quesumus mi-
sericors deus nostre serui-
tutis obsequia: vt mysteria sacrosā-
cta q̄ sumpsim⁹ intercedēte btā N.
virgine tua et martyre: et tuā gra-
tiam nobis conciliēt: et eterne felici-
tatis gaudiū subministrent. Per.
¶ In natali vni⁹ vgi. nō mr. Offi.

Psal. D Ilexisti iustitiam: et
xliiii. odisti iniquitatem:
propterea vnxit te de-
us deus tu⁹ oleo le-
ticie/ pre consortib⁹
tuis. In tēpore pa-
Eodem schal. Alleluya alla alla. Ps. Eructa-
uit cor meum verbum bonum: dico ego ope-
ra mea regi. Gloria patri. Oratio.

O Mnipotens sempiterne de-
us: auctor virtutis et ama-
tor virginitatis: da nobis quesu-
mus sancte N. virginis tue placi-
tis tibi meritis commēdari: cui⁹ vita
merito castitatis tibi complacuit.
Per dnm. Ad Corinthios. ii. x.
ii. Cor. F Ratres. Qui gloriatur in
x. D. dn̄o glorietur. Non eni qui
seipsum commēdat/ ille probatus
est: sed quem deus cōmendat. Vti-
nam sustineretis modicū quid in-
sipientie mee: sed et supportate me.
Emulor enim vos dei emulatione
Despondi enim vos vni viro vir-
ginem castam exhibere christo.
Lectio libri sapientie. viii.
S Apientia vincit maliciam. Cap.
Attingit ergo a fine vsq ad viii.
finem fortiter: et disponit omnia
suauiter. Hanc amaui/ et exquisi-
ui a iuuētute mea: et quesiui eam
sponsam michi assumere: et ama-
tor factus sum forme illius. Gene-
rositatē illius glorificat: cōtuber-
nium habens dei: sed et oim domi-
nus dilexit illā. Doctrix est eni di-
scipline dei: et electrix operū illius.
Lectio Esaie prophete. lxi. et lxii.
G Audens gaudebo in domi- Ca. lxi.
no: et exultabit anima mea et. lxii.
in deo meo. Qui induit me vestimē- B.
to salutis: et indumento leticie cir-
cūdedit me. Quasi sponsum deco-
ratum corona: et quasi spōsam or-
natam monilib⁹ suis. Sicut enim
terra profert germē suum: et sicut
ortus semē suū germinat: sic dn̄s
deus germinabit iustitiā: et laudē
corā vniuersis gētibus. Habitabit
eni iuuenis cū vgine: et habitabit
in te filij tui. Et gaudebit spōs⁹ su-
per sponsam: et gaudebit super te
deus tuus. Dicit dn̄s/ omps. Gr.
Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatē. V. Psal.
Propterea vnxit te deus deus tuus: oleo le- xliiii.
ticie. Alleluya. V⁹. Diffusa est gratia Eodem
in labiis tuis: propterea benedixit te de⁹ in
eternū. Alla. V⁹. Emulor enim vos dei ii. Cor.
emulatione: despondi vos vni viro virgi- x. A.
nem castam exhibere christo. Sequētia.

Virginis venerāde de numero sapientū festa celebrem⁹ socij. Hec ille matris summi regis sacro sancte marie. Quā sibi in sororē dei adoptauit filius. Hec corpus suū domuit freno ieiunij. Et luxuriā seruit ense agonie. Hec cōtra cūctos hostis dimicauit impetus. Et hostem cruentum freta christi dextera strauerāt. Hec spōsum ab aula celi sese inuisentem alacris. Corde iocūdo secuta ei⁹ est ingressa thalamū. Tu nunc iam dulcibus plena delicijs. Christo miserias nostras suggerito. Nobis consolationem precando.

Secundum Mattheum. xxv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnū celorū decē virginibus / q̄ accipientes lāpades suas exierūt obuiā spōso ꝛ spōse. Quinq̄ autē ex eis erāt fatue: ꝛ quinq̄ prudētes. Sed quinq̄ fatue acceptis lāpadibus / nō sūpserūt oleū secū. Prudētes vero acceperūt oleum in vasis suis cū lāpadib⁹. Morā autē faciēte spōso: dormitauerūt oēs ꝛ dormierunt. Media autē nocte clamor factus est: ecce spōsus venit: exite obuiā ei. Tūc surrexerūt oēs virgines ille: ꝛ ornauerūt lāpades suas. Fatue autē / sapiētibus dixerūt. Date nobis de oleo vestro quia lāpades nostre extinguuntur. Respōderūt prudētes / dicētes. Ne forte nō sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes / et emite vobis. Dum autē irent emere: venit spōsus. Et que parate erāt / intrauerūt cū eo ad nuptias: ꝛ clausa est ianua. Nouissime vero / veniūt ꝛ relique virgines / dicētes. Dn̄e dn̄e: aperi nobis. At ille respondēs / ait. Amē dico vobis / nescio vos. Vigilate itaq̄: q̄a nescitis diē neq̄ horā. Offer.

Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Psal. xliiii. Secreta.

Offerimus tibi domine preces et munera i honore sancte N. virginis tue gaudētes / presta q̄s: vt et conuenienter hec agere: et remedium sempiternum valeamus acquirere. Per do. Cōio.

Diffusa est gratia i labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Eodem Postcōio.

Prosint nobis dn̄e q̄s sumpta mysteria / pariterq̄ nos intercedēte beata virgine tua N. ꝛ a peccatis eruant ꝛ presidijs tue propiciationis attollāt. Per dominum.

In natali plurimarū virginū.

Vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis: adducent regi virgines post eam: proxime ei⁹ adducentur tibi i leticia ꝛ exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Psal. xliiii. Eodem Oro.

Deus q̄ vt hūanū gen⁹ ad cōfessionē tui nois prouocares etiā in sexu fragili victoriā martyrij cōtulisti: presta q̄s: vt ecclia tua hoc exēplo cōmunita: nec pati pro te metuat: ꝛ celestis premij gloriam cōcupiscat. Per. Ad Corinthios. i. vij.

Fratres. De virginib⁹ autē preceptū dn̄i nō habeo: cōsilium autē do / tāq̄ misericordiā consecutus a dn̄o vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonū esse / propter instantem necessitatē: quoniam bonū est homini sic esse. Alligatus es vxori i. Cap. vij. A.

noli querere solutionem. Solutus
es ab vxore: noli querere vxorem.
Si autē acceperis vxorē/ nō pecca-
sti. Et si nupserit virgo: non pecca
uit. Tribulationem tamē carnis/
habebunt huiusmodi. Ego autem
vobis parco. Hoc itaq; dico fratres
tēpus breue est. Reliquum est: vt ꝗ
qui habent vxores/ tanꝗ non ha-
bentes sint. Et qui flent/ tanꝗ non
flentes. Et qui gaudent/ tanꝗ non
gaudētes. Et qui emunt/ tanꝗ nō
possidētes. Et qui vtunt̄ hoc mun-
do: tanꝗ nō vtant̄. Preterit enim
figura huius mūdi. Uolo aūt vos
sine sollicitudīe esse. Qui sine vxo-
re est: sollicit⁹ est que dn̄i sunt quo-
modo placeat deo. Qui autē cum
vxore est: sollicit⁹ est que sunt hu-
ius mundi/ quomodo placeat vxo
ri/ et diuisus est. Mulier innupta
et virgo: cogitat que domini sunt:
vt sit sancta corpore et spiritu. In
christo iesu: domino nostro.

Lectio libri sapientie. iiii.

Cap. iiii. A. O Quam pulchra est casta ge-
neratio: cum claritate. Im-
mortalis est enim memoria illius/
qm̄ et apud deum nota est/ ꝗ apud
homines. Cū presens est imitātur
illā: ꝗ desiderant eā cū se eduxerit:
et in ꝑpetuū coronata triūphat/ i-
coinquinatorū certaminū premiū
vincens. Multigena enim impioꝝ
multitudo nō erit vtilis: et spuria
vitulamina non dabūt radices al
tas/ nec stabile firmamentum collo
cabūt. Et si in ramis in tp̄e germi-
nauerint infirmiter posita: a ven-
to cōmouebūtur: ꝗ a nimietate vē-
torum eradicabūtur. Cōfringent̄
enī rami incōsummati: ꝗ fruct⁹ il-
lorū inutiles ꝗ acerbi ad mādu-
cādū: et ad nihilū apti. Ex iniquis enī
oēs filij qui nascunt̄ testes sunt ne-
quicie: aduers⁹ parētes i interroga
tione sua. Iust⁹ aūt si morte preoc
cupat⁹ fuerit: i refrigerio erit. Gr.

Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in Psal.
cubilibus suis. V⁹. Cantate domino canti cxlix.
cum nouum: laus eius in ecclesia sancto- Eccl
rum. Gr. Gloriosus deus in sanctis: mi- Exo.
rabilis in maiestate faciens prodigia. V⁹. xv. A.
Dextera tua domine glorificata est in vir- Psal.
tute: dextera manus tua confregit inimicū cxvii.
Alleluya. V⁹. Adducentur regi virgi- psalm.
nes post eam: proxime eius offerentur tibi xliiii.
in leticia et exultatione. Euangel. Si- Math.
mile est regnum celorum decē vir- xxv.
ginibus. vt supra in officio precedē.

Offr. Offerentur regi virgines post eam Psal.
proxime eius offerentur tibi. Secreta. xliiii.

H Ac nos quesumus dn̄e beatā
rū virginū et martyrū tua
rum N. et N. continuis presidijs ad-
iuuāri/ pro quarū venerāda recor
datione hec dona maiestati tue di-
canda offerim⁹. Per. Cōio. Quinq; Math.
prudentes virgines/ acceperunt oleum in xxv. A.
vasis suis cum lampadibus: media autem
nocte clamor factus est: ecce sponsus venit
exite obuiam christo domino. Postcōio.

P Resta q̄s oīpotens de⁹: vt q̄
in sanctarū virginū ꝗ mar-
tyrum tuarū N. et N. solennitate
percepimus diuina mysteria: earꝫ
intercessione/ remedia capere me-
reamur eterna. Per. ¶ De virgi-
nibus non martyribus. Oratio.

O Mnīps sempiterne de⁹/ q̄ nos
idoneos non esse ꝑspicis ad
maiestatem tuā sicut dignum est
exorandam: fac sanctas virgines
tuas N. et N. pro nobis interuenire

peccatis: quarũ meritis/ nobis in-
dulgẽtiã largiaris. Per. Secreta.
In tercedẽtibus sanctis vir-
ginibus tuis N. et N. domi
ne q̃s plebis tue munus sanctifica
vt ab omnibus noxijs expedita: et
hic et in eternum cuncta sibi profu
tura percipiat. Per. Postcõio.
Quesumus dñe deus noster/
vt sacri mysterij munus in-
dultum: itercedẽtibus sanctis vir-
ginibus tuis N. et N. et presentis
nobis vite subsidium: et eternita-
tis largiatur affectum. Per dñm.

¶ De nõ virginibus. Introitus.

Gaudeamus omnes
in dño/ diem festum
celebrantes/ sub ho-
nore beate N. de cu
ius solẽnitate gau-
dent angeli/ et col-
laudant filium dei. Ps. Eructauit cor
meum verbum bonum: dico ego opera mea
regi. Gloria patri et filio. Oratio. Psal. xliiii.
Exaudi nos deus salutaris
noster: vt sicut de beate N.
festiuitate gaudem⁹/ ita pie deuo-
tionis erudiamur affectu. Per d.
Lectõ libri sapiẽtie. Prouerb. vltio
Mulierẽ fortẽ quis inueniet?
procul et de vltimis finib⁹
preciũ eius. Confidit in ea cor viri
sui: et spolijs non indigebit. Red-
det ei bonũ et non malũ: oĩb⁹ dieb⁹
vite sue. Quesiuit lanã et linum: et
operata est consilio manuũ suar.
Facta est quasi nauis institoris:
de longe portãs panẽ suũ. De no-
cte surrexit: deditq̃ predam dome-
sticis suis: et cibaria ancillis suis.
Considerauit agrũ/ et emit eũ/ de
fructu manuum suarum planta-
uit vineã. Accinxit fortitudine lũ-
bos suos: et roborauit brachium
suum. Gustauit et vidit/ quia bo-
na est negociatio eius: non extin-
guetur in nocte lucerna eius. Ma
num suam misit ad fortia: et digiti
eius apprehẽderũt fusum. Manũ
suã aperuit inopi: et palmas suas
extendit ad pauperem. Non time-
bit domui sue a frigoribus niuis:
oẽs eñ domestici eius vestiti sunt
duplicibus. Stragulatam vestem
fecit sibi: byssus et purpura indu-
mentũ eius. Nobilis in portis vir
eius: quando sederit cum senato-
ribus terre. Syndonem fecit et vẽ-
didit: et cingulum tradidit chana-
neo. Fortitudo et decor indumen-
tum eius: et ridebit in die nouissi-
mo. Os suũ aperuit sapiẽtie: et lex
clementie in lingua eius. Conside
rauit semitas domus sue: et panẽ
ociosa non comedit. Surrexerunt
filie eius: et beatissimã predicaue-
runt: et vir ei⁹ laudauit eam. Mul
te filie cõgregauerũt diuitias/ tu
supergressa es vniuersas. Fallax
gr̃a: et vana est pulchritudo. Mu-
lier timens dñm: ipsa laudabitur.
Date ei de fructu manuum sua-
rum: et laudent eam in portis/ ope
ra eius. Gr. Propter veritatem et man- Psal.
suetudinem et iusticiam: et deducet te mi- xliiii.
rabiliter dextera tua. V. Audi filia et vi Eodem
de/ et inclina aurem tuam: quia concupi-
uit rex speciem tuã. Alleluya. V. Dif Eodem
fusa est gratia in labiis tuis: propterea be-
nedixit te deus in eternum. Prosa.
Mulier laudabilis/ fortis/ ca-
sta/ parens/ mulieris steri-
lis/ opprobrio carens. Hec fructũ
tricesimum/ dedit coniugata: sed

De non virginibus.

et sexagesimum / viro viduata. Que in fortitudine / lumbos castigauit: nichil carens lumine / manu roborauit. Cuius honorabilis nuptus / mundus luctus fuit / venerabilis etiam senectus. Et sacro eloquio patet erit minime digna ponderatio continentis anime. Diserit silentiu dicens quod nesciuit: nec vnquam dominium in virum quesiuit. Hec non est de viduis: luxu seculi mortuis / bonum operata. Obsecrationibus: et orationibus semper occupata. Recepit hospitio vagos quam ablutio / pedum commendauit. Et quos tribulatio: pressit hos subsidio / sancto recreauit. O sancta veneranda: cuius festa recolenda / redierunt annua. Casta prudens et fidelis: impetrare nobis velis / gaudia perpetua. Amen. Tractatus.

psalm. xliiii. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Eodem num. Accingere gladio tuo: circa femur. Ibidem tuum potentissime. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna.

Secundum Mattheum. xiii.

Cap. xiii. f. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: et pre gaudio illius vadit / et vendit vniuersa que habet: et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abijt et vendidit omnia que habuit: et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset / educentes: et secus littus sedentes / elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus / et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum / similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo / noua et vetera. Offertorium. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. psal. xliiii.

Offertorium. Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate. Secreta.

Accepta tibi domine sit sacre plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per. Communio. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita: dedit omnia sua: et comparauit eam. Math. xiii.

Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dominum nostrum.

Sequuntur misse votiue / siue communes: que dici possunt per septimanam. Et primo die dominica: de sanctissima trinitate. Lune de Angelis. Martis. Salus populi. Mercurij / de sancto spiritu. Jouis / de venerabili sacramento. Veneris / de sancta Cruce. Sabbati / de nostra domina.




Benedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tpe paschali Alla alla. ps. Benedicamus patrem ꝯ filium cum sancto spū. Oratio Thob. iii. B. Dan. iii.

Omnipotēs sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem quesumus: vt eiusdē fidei firmitate, ab oībus semp muniamur aduersis. Qui viuis ꝯ regnas deus.

Ad Romanos. xi.

O Altitudo diuitiarū, sapiētie et scientie dei: q̄ incōprehēsibilia sūt iudicia ei⁹: ꝯ inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensū dñi, aut q̄s ꝯsiliari⁹ ei⁹ fuit. Aut q̄s prior dedit illi, et retribuet Cap. xi. D.

ei. Qm̄ ex ipso, ꝯ per ipsū, et in ipso sūt oīa: ipsi gl'ia in secula seculorum. Amen. Ad Corinthios. ii. xiii.

Fratres Gratia dñi nrī iesu xp̄i, ꝯ caritas dei, ꝯ cōicatio sācti spūs, sit semp cū oībus vobis In xp̄o iesu: dño nrō. Gr. Bndictus es dñe qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deum celi: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Alleluya. V. Benedictus es dñe deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Alleluya. V. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini: sit nomē dñi bndictū: ex hoc nunc et vsq; in seculū. Sequentia. ii. Ca. xiii. D Dan. iii. Eodem Psal. cxii.

Benedicta sit beata trinitas deitas eterna, pariter coequalis gl'ia. De⁹ genitor, nat⁹ genit⁹: cū sacro pneumate, pmanēs sup oē q̄d extat. Quibus est semp vna volūtas ꝯ a se discrepās haud vnq̄, triplicata psona. Nam constat deitas vna nō in tres deos diuisa: q̄d fides fatet a christo orthodoxe edita. Hec namq; pellit delicta, patriā reddit serenā quā dulcē iubilāt agmina, simphoniā celica. Altithroni vestigia imitant stolis cādidata. O periūturq; binas quas captāt post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei supera dem⁹ nr̄a debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Vltimoq; peracto discrimine possim⁹ altis pfrui mox palatijs Quo perspicua lux flagrat accēsa constāti flāma que deus est visio nostra et salus eterna. Angelorūq; illustrat fortiter pectora. Vt i christo solo sua defigant lumina. Hec nāq; est illa sitis flagrans quā tunc sitient aie

Missa de Angelis.

sanctorū vel corporū. Dum fue-
rint data perpetua eis pro nobis
a iudice premia. Amen.
Secundum Joannem. xv.
Ca͞p. In illo tpe. Dixit iesus disci-
xv. D. pulis suis. Cum venerit pa
raclytus: quē ego mittam vobis a
patre spiritum veritatis qui a pre
procedit: ille testimonium perhibe
bit de me. Et vos testimoniū perhi
bebitis: quia ab initio mecū estis.
Hec locutus sum vobis: vt non scan
dalizemini. Absq̄ synagogis faci-
ent vos. Sed venit hora vt oīs qui
interficit vos: arbitret obsequiū
se prestare deo. Et hec facient vo-
bis quia non nouerunt patrē neq̄
me. Sed hec locutus sum vobis:
vt cū venerit hora eorum: reminis-
camini: q̄a ego dixi vobis. Offer.
Dan. Bñdictus sit deus pater: vnigenitusq̄ dei
iii. C. filius: sanctus quoq̄ spiritus: quia fecit
nobiscum misericordiam suam. In tem-
pore paschali. Alleluya. Secreta.
Sanctifica q̄s dñe deus trini
tas sancta per tui sancti no
minis inuocationem huius obla-
tionis hostiā: et cooperāte spiritu
sancto per eam nosmetipsos tibi
perfice munus eternū. Qui vi. In
vnit. eiusdē. Prefatio. Qui cum vni
Eodem genito. Cōio. Benedicimus deum celi ꝫ
coram oībus viuētib⁹ confitebimur ei: quia
fecit vobiscū nobiscū misericordiam suā. In
tpe paschali. Alla alla. Postcōio.
Proficiat nobis ad salutem
corporis et anime dñe deus
huius sacramenti susceptio: ꝫ sem
piterne sancte trinitatis: eiusdēq̄
indiuidue vnitatis confessio. In
qua viuis et regnas deus. Per.
Missa de Angelis. Officium.

Benedicite domi- Psal.
num omnes an- cii.
geli eius poten-
tes virtute q̄ faci
tis verbum eius
ad audiēdam vo
cem sermonū ei⁹
In tempore paschal. Alleluya. Ps.
Benedic anima mea domino: ꝫ omnia que Ecc.
intra me sunt/nomini sctō eius. Oratio.
Perpetuū nobis dñe tue mi-
serationis presta subsidium:
q̄bus ꝫ angelica pstitisti suffragia
nō deesse. Per do. Lectio libri apo
calipsis beati Joannis apli. xix.
In diebus illis. Dixit michi Ca͞p.
angelus. Scribe/ beati qui xix. B.
ad cenā nuptiarū agni vocati sunt
Et dixit michi. Hec verba dei vera
sunt. Et cecidi ad pedes ei⁹: vt ado-
rarem eū. Et dixit mihi. Uide ne fe
ceris: cōseru⁹ enī tu⁹ sum: ꝫ fratrū
tuorum: habentiū testimoniū iesu
Deum adora. Gr. Bñdicite dñm oēs Psal.
angeli eius: potētes virtute q̄ facitis ver- cii.
bum eius. V⁹. Bñdic aīa mea dño: ꝫ oīa i- Eccl.
teriora mea nomē sanctū eius. Alla. V.
In cōspectu angelorū psallā tibi dñe deus
meus. Secundum Joannem. v.
In illo tpe. Erat dies fest⁹ iu Ca͞p.
deorū: et ascēdit iesus hiero- v. A.
solymā. Est aūt hierosolymis pba
tica piscina/ q̄ cognominat hebrai
ce bethsaida: quinq̄ portic⁹ habēs
In his iacebat multitudo magna
lāguentiū/ cecorū/ claudorū/ aridorū/
expectātiū aque motū. Angel⁹ aūt
dñi secūdū tēpus descēdebat in pi-
scinā: ꝫ mouebat aqua. Et q̄ prior
descendisset in piscinā post motio-
nem aque/ san⁹ fiebat: a quacunq̄
detinebat infirmitate. Offer. Ste-

Apoca. viii. A. stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes: ut easdem angelico pro nobis interveniente suffragio / et placatus accipias / et ad salutem nostram provenire concedas. Per d. Comño. Psal. cii. D. Benedicite omnes angeli domini domino: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. In tempore pascha. Alleluia. Postcom.

Repleti domine benedictione celesti suppliciter exoramus: ut quod fragili celebramus officio: sanctorum angelorum atque archangelorum / omniumque celestium spirituum: nobis prodesse sentiamus auxilio. Per d. ¶ Sciendum est quod per totum adventum: et a Domine ne in ira. usque ad caput ieiunii. et ab oc. pas. usque ad ascensionem domini: et a fe. sancte trinita. usque ad adventum domini: singulis ebd. semel solet dici mis. Salus populi. pro fratribus et sororibus: ita videlicet quod si vacaverit a fe. sanctorum et extra oc. cum regimine chori: et si missa do. in ebd. cantanda fuerit. completa comme. quoque beate marie et fe. loci et proprie epistole et evan. propria propter illam missam non fue. pretermissa: tunc illa si qua dies vacaverit est cantanda. Si vero proprie epistole et propria evan. in quartis fe. intitulantur / frequenter nequeant ibi dici / in primis sequentibus fe. si vacaverint. perlegantur: nec propter mis. Salus po. vel Nos autem. alicubi per totum annum aliqualiter omittantur. In missis etiam Salus po. vel Nos autem. sup Kyriel. Sanctus. et Agnus. semper dicantur ferialiter. ¶ Et notandum est quod per totum tempus predictum: quando mis. dominicalis in dominica vel in. iiii. fer. cantata fuerit: et. iiii. fe. vacaverit. semper dicitur missa Sal. po. in tha. iiii. fe. et si non vacaverit. tunc in aliqua fer. ipsius ebd. que ad hoc vacaverit. cantetur. ¶ Et sciendum est quod missa Salus po. est in dispositione cantoris: quando convenientius et quota fe. potest dici. Quando vero dicitur missa Salus po. tunc nulla dicitur memo. de do. neque de aliqua alia missa. iii. lec. nisi in adven. Dicatur etiam mis. Salus po. in unaquaque ebd. semel: nisi in. xl. et nisi fe. impediat vel oc. cum regimine chori: et nisi infra tempus nati. domini: et nisi in ebd. pas. et pen. Ad missam Offi.



Salus populi ego sum dicit dominus: de quacunque tribulatione clamaverint ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuum. In tempore pasca. Alleluia alleluia. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram: in verba oris mei. Psal. lxxv. Non dicitur Gloria in excel. Oratio

Deus qui caritatis dona / per gratiam sancti spiritus / tuorum cordibus fidelium infundis: da famulis et famulabus tuis / fratribus et sororibus nostris / pro quibus tuam deprecamur clementiam / salutem mentis et corporis: ut te tota virtute diligant / et que tibi placita sunt / tota dilectione perficiant. Per dominum. In uni. eius. Lectio Esaie prophete. xix.

Hec dicit dominus deus. In die illa / deferent munus domino exercituum et rex fortis / dominabitur eorum. In die illa erit altare domini in medio terre: et cognoscent dominus: et colent eum in hostiis et muneribus: et vota vovebunt domino / et solvent. Et revertentur ad dominum et placabitur eis: et sanabit eos. In die illa / erit israel benedictio in Ca. xix

medio terre: cui bñdixit dñs exerci
tuū dicēs. Bñdict⁹ popul⁹ meus/ ꝛ
op⁹ manuū mearū hereditas mea
Psal. lxxviii. israel. Dicit dñs: oīs. Gr. Propici⁹
esto domine peccatis nostris: nequando di
Eodem cant gentes/ vbi est deus eorum. ℣. Adiu-
ua nos de⁹ salutaris noster: et propter ho-
norē nominis tui dñe libera nos. Alla.
Ibidē. ℣. Ostēde nobis dñe miam tuam: et salu-
tare tuum da nobis. In tpe paschal. se-
cūdum Allaerit de missa domica.
p cbō. sicut i fes. sine regimine cho-
ri. Tñ in pces. vbi fit statio / scōm
Alla nō dicek. Idē modus obserue
tur in missa p pace/ ꝛ cōsimilibus.
¶ Secundum Marcum. xij.
Cap. xii. D. In illo tpe. Sedēs iesus con-
tra gazophilacium: aspicie-
bat quomodo turba iactaret es in
gazophilaciū. Et multi diuites ia
ctabant multa. Cum venisset aūt
vna vidua paupercula: misit duo
minuta/ quod est quadrans. Et cō
uocans discipulos suos: ait illis.
Amen dico vobis: quia vidua hec
paupcula/ plus oīb⁹ misit / ꝙ mise-
runt i gazophilaciū. Oēs eñ ex eo
qđ abūdabat illis/ miserūt. Hec ve
ro de penuria sua/ oīa ꝙ habuit mi
Psal. liiii. sit totū victum suum. Offr. Exaudi
deus orationē meā: et ne despexeris depre-
cationem meā: intēde in me/ et exaudi me.
In tpe paschali Alla. Sequentes
duo ℣. dñr alternis vicib⁹ infra ad-
uen. dñi: et a. lxx. vsqz ad. l. tm. ℣⁹.
Eodem Cōturbat⁹ sum a voce inimici: et a tribula
tione peccatoris: et expectabā eum qui me
Eodem saluum faceret. ℣⁹. Ego autem ad eum
clamaui/ libera aīam meā: et extendes ma-
num tuā in retribuendo illis. Secreta.
Miserere ꝗs dñe famulis et
famulab⁹ tuis p ꝗbus hoc
sacrificiū laudis tue offerim⁹ ma-
iestati: ꝛ psta: vt p hec scā superne
bñdictiōis grām obtineant: ꝛ glo-
riam eterne felicitatis acquirant.
Per dominum. Cōio. Amen dico vo- Mar. xi. C.
bis: quicquid orantes petitis credite: quia
accipietis: et fiet vobis. In tpore pa-
schali Alleluya alleluya. Postcō.
Diuina libātes mysteria ꝗs
dñe: vt hec salutaria sacra
mēta illis pficiant ad psperitatē ꝛ
pacē: p quorū quarumqz dilectiōe/
hec tue obtulimus maiestati. Per.
¶ In cōmēoratiōe sancti spiritus.





Spirit⁹ dñi reple- Sap. i. B.
uit orbē terrarū
alla: ꝛ hoc quod
continet oīa scīē
tiā habet vocis/
alla alla alla. Ps.
Exurgat deus ꝛ dis- psal. lxvii.
sipentur inimici eius: et fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Oratio.
Deus ꝗ corda fidelium san-

eei spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per d. In vni. eiusdē.

Lectio actuum apostolor. viii. [...] Cap. viii. C.

In diebus illis. Cum audissent apostoli / qui erant hierosolymis: q̄a recepisset samaria verbū dei: miserūt ad eos petrū et ioannē. Qui cū venissēt: orauerūt pro ipsis: vt acciperēt spiritum sāctū. Nōdū enim in quēq̄ illorū venerat: sed baptizati tātū erant in nomine dñi iesu. Tūc iponebant manus sup illos: et accipiebāt spiritū sanctū. Gr. Beata gens cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dñs in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alla. V. Veni sctē spiritus reple tuorum corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accende. In tpe pascha. primū Alla. V. Emitte spiritū tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Scdm Alla. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Veni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue radium. Veni pater pauperū veni dator munerū veni lumē cordiū. Consolator optime dulcis hospes anime dulce refrigerium. In labore requies in estu tēperies in fletu solatiū. O lux beatissima reple cordis intima tuorū fidelium. Sine tuo numine nihil est in lumine nihil est innoxiū. Laua quod est sordidū riga qđ est aridū sana quod est saucium. Flecte quod est rigidū / foue qđ est frigidū: rege quod est deuium. Da tuis fidelib' ī te confidentibus sacrū septenariū. Da virtutis meritū / da salutis exitū / da perhenne gaudiū. Amen.

Secundum Joannem. xiiii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me / sermonē meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū veniemus: et mansionē apud eum faciemus. Qui non diligit me / sermones meos non seruat. Et sermonē quē audistis / nō est meus: sed eius q̄ misit me patris. Hec locut' sum vobis apud vos manēs. Paraclytus autē spirit' sanct' quē mittet pater ī nomine meo: ille vos docebit oīa: et suggeret vobis oīa quecūq̄ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Non quomodo mundus dat / ego do vobis. Nō turbet cor vestrū neq̄ formidet. Audistis quia ego dixi vobis / vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄: quia vado ad patrē / quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Jā non multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mūdi hui': et in me nō habet q̄cq̄. Sed vt cognoscat mundus q̄a diligo patrē: et sicut mādatū dedit mihi pater sic facio. Offr. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis: a templo tuo quod est in hierusalem: tibi offerent reges munera alla. Secreta.

Cap. xiiii. C. — Psal. lxvii.

Munera quesum' dñe oblata sctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratiōe emūda Per do. In vnitate eiusdē. Prefa. Qui ascē. Non dr in hac prefatiōe hodierna die. nisi in ebdom. penthe.tm. Cōio. Factus est repente de ce-

Actuū. ii. A. la sonus / aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedentes alleluya: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Postcōio.

Sancti spirit9 dñe corda nr̄a mundet infusio: ꝫ sui roris intima aspersione fecūdet. Per d. In vnitate eiusdē. ¶ In cōmemoratione corporis christi Officium.



Psal. lxxx. Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya: et de petra melle saturauit eos alleluya alleluya alleluya. ꝟ. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.

Eodem

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue q̄su mus/ita nos corporis et sāguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptiōis tue fructū/in nobis iugiter sentiamus. Qui vi. et reg. cū deo. Ad Corinthios. i. xi.

Fratres Ego enim accepi a dño/ quod et tradidi vobis qm̄ dñs iesus in qua nocte tradebatur/accepit panē: et gr̄as agēs: fregit/et dixit. Accipite et manducate/hoc est corpus meū: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter et calicem postq̄ cenauit/dicēs. Hic calix nouū testamētū est i meo sāguine: hoc facite quotienscūq3 bibetis/ in meā cōmēorationē. Quotienscūq3 eñ māducabitis panē hunc: et calicem bibetis: mortē dñi annunciabitis/ donec veniat. Itaq3 quicūq3 māducauerit hunc panē / vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis ꝫ sanguinis dñi. Probet autem seipsum homo: ꝫ sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui eñ manducat ꝫ bibit indigne: iudiciū sibi māducat ꝫ bibit: nō dijudicās corp9 dñi. Gr. Oculi om̄ in te sperant dñe: et tu das illis escam in tempore oportuno. ꝟ. Aperis tu manū tuam: et imples omne animal benedictione. Alla. ꝟ. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnē/ et bibit meum sanguinem: in me manet: et ego in eo. Sequentia qui voluerit: quere in festo corporis christi.

Psal. cxliiii.

Joan. vi.

¶ Secundum Joannem. vi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorū. Caro mea vere est cib9: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meā carnē: et bibit meum sanguinem: in me manet: et ego i illo. Sicut misit me viuēs pater: ꝫ ego viuo ꝑpter patrē. Et qui māducat me: et ipse viuet propter me. Hic est

Cap. vi.

panis/ q de celo descēdit. Non sicut
manducauerūt patres vr̄i manna
in deserto: & mortui sunt. Qui mā-
ducat hūc panē: viuet in eternum.
Offr. Sacerdotes dn̄i incensum & panes
offerunt deo: & ideo sancti erunt deo suo: et
non polluent nomen eius alla. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dn̄e vnitatis
et pacis ppicius dona cōce-
de: que sub oblatis muneribꝰ my-
stice designant̄. Per. Prefa. Quia
per incarna. Cōio. Quotienscūq; mā-
ducabitis panem hunc et calicem bibetis:
mortem domini annunciabitis donec ve-
niat: itaq; quicunq; manducauerit panem
vel biberit calicē dn̄i indigne: reus erit cor-
poris et sanguinis dn̄i alla. Postcōio.

Hac nos q̄s dn̄e diuinitatis
tue sempiterna fruitiōe re-
pleri quam preciosi corporis & san
guinis tui/ tēporalis pceptio prefi
gurat. Qui viuis et regnas cū deo
patre. ¶ Sciendum est q̄ missa de
Cruce dr̄ oī. vj. feria a Deus oīm.
vsq; ad aduētū dn̄i: nisi festū. ix. lc.
impediat: vel oc. cū regimine cho-
ri: vel dies oc. vel quod ex necessita
te oporteat agere missam dn̄icalē/
vel aliqđ tale festū. iij. lec. qđ aliqđ
ppriū habet seruitium. Si vero in
vj. fer. aliqđ fes. iij. lc. eue. vbi nullū
ppriū habeat seruitium: tūc est in
dispositiōe cātoris dicere missam
de cruce/ vel nō. Cū vo. vj. fer. oīno
a festo vacauerit/ & non oportet ex
necessitate dicere mis. dn̄ical. semp
infra pdictū tps dr̄ missa de cruce/
quis oēs hore dicantur de feria: &
nulla fiat mēoria de missa dn̄icali
Tamen si oporteat dicere missam
Salꝰ ppli. oīno pretermittat mis. de
cruce. ¶ Ad missā de cruce Officiū



Nos autē gloria- Gal.
ri oportet i cruce vi. A.
dn̄i nr̄i iesu chri-
sti: in quo est salꝰ
vita/ et resurre-
ctio nr̄a: per quē
saluati & libera-
ti sumus. In tempore paschal. Al-
leluya alleluya. Ps. Deus misereatur Psal.
nostri et benedicat nobis: illuminet vultū lxvi.
suum super nos: et misereatur nostri. Nō
dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui vnigeniti filij tui
dn̄i nr̄i iesu xp̄i pcioso san-
guine viuifice crucis vexillū sctifi-
care voluisti: cōcede q̄s eos/ q eiusdē
sancte crucis gaudēt honore/ tua
quoq; vbiq; ptectiōe gaudere. Per
eundem. Ad Philippenses. ij.

Fratres. Christus factꝰ est Cap.
pro nobis obediēs vsq; ad ii. D.
mortem/ mortem aūt crucis. Pro-
pter quod & deus exaltauit illum:
et donauit illi nomen/ quod est sup

omne nomē: vt ĩ noīe iesu omne ge
nu flectatᷣ: celestiū/terrestriū & infer
noꝝ. Et oīs lingua ꝯfiteatᷣ/ꝙa dñs
nr̄ iesus xp̄s: in glõa est dei patris.
Phil. ii. D. Gr. Christus factus est ꝓ nobis obedi
ens vsq̄ ad mortem: mortem autem crucis.
V⁹. Propter quod et deus exaltauit illum:
et dedit illi nomen quod est super omne no
Gal. vi. A. men. Alleluya. V⁹. Dulce lignum dul
ces clauos/dulcia ferens pondera: que so
la fuisti digna sustinere regem celorum/ et
dominum. In tēpore paschali secun
dum Alleluya. V⁹. Nos autē gloria
ri oportet ĩ cruce domini nostri iesu christi.
¶ Secundum Mattheum. xx.
Ca. xx. C. In illo tpe. Ascēdēs ies⁹ hie
rosolymā: assumpsit duode
cim discipulos suos secreto: et ait
illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā/
et fili⁹ hoīs tradetᷣ p̄ncipib⁹ sacer
dotū & scribis: & ꝯdēnabūt eū mor
te. Et tradēt eū gētib⁹ ad illudēdū/
et flagellādū/ & crucifigēdū. Et ter
tia die resurget. Offer. Protege domi
ne plebem tuam ꝑ signum sancte crucis ab
omnibus insidiis inimicorum omnium: vt
tibi gratam exhibeamus seruitutem: & ac
ceptabile tibi fiat sacrificiū nostrum. In
tempore paschali Alleluya. Secr.
Hec oblatio q̄s dñe ab oībus
nos purget offensis/ q̄ ĩ ara
crucis imolata: etiā toti⁹ mūdi tu
lit offensas. Per. Prefa. Qui salu.
Cōio. Per lignū serui facti sumus: et per
sanctam crucē liberati sumus: fruct⁹ arbo
ris seduxit nos: fili⁹ dei redemit nos alla.
Et finiatᷣ cum Alla quādocūq̄ dr/
nisi infra. lxx. vsq̄ ad pasc. Postcō.
Adesto nobis dñe deus nr̄:
et quos sācte crucis letari
facis honore: et⁹ quoq̄ ꝑpetuis de
fēde subsidiis. P. ¶ Sctūs Boni
faci⁹ papa egrotauit vsq̄ ad mor
tem/ q̄ instanter petiit a deo vitā in
hoc seculo sibi prolongari. Ad quē
misit dñs sctm̄ Raphaelē archāge
lum/ cū officio misse de q̄nq̄ vulne
rib⁹ xp̄i/ dicens ad papam. Surge
et scribe istō officiū/ & dicas ipsum
quinq̄ vicib⁹: et cōtinuo recipies sa
nitatē. Et quicūq̄ sacerdos hoc of
ficiū deuote ꝓ se vel ꝓ alio egro
tāte celebrauerit q̄nq̄es: hic sanita
tem et grãm recipiet: et in futuro
vitam eternā possidebit: si in bono
ꝑseueret. Et in quacūq̄ tribulatio
ne hō extiterit in hoc sclō: si ꝓcura
uerit a sacerdo. hoc officiū q̄nq̄es
ꝓ se legi: sine dubio liberabitur.
Et si ꝓ aīa defuncti legatᷣ: statim
postq̄ ꝯplete dictū fuerit/ sez quin
quies/ a penis aīa soluetᷣ. Sanct⁹
igitᷣ Bonifacius papa hec audiēs
statim exerit se ĩ loco quo iacuit i
firmat⁹: & ip̄m ꝯiurauit ꝑ oīpotē
tē deū: vt absq̄ suo periculo recede
ret/ et quis esset: & ad quid venisset
sibi ꝯtinuo indicaret. Qui stati di
xit se esse archāgelū Raphaelem a
deo sibi missum: & superi⁹ p̄nūcia
ta p̄mittebat sine dubio fore rata
Sanctus tūc Bonifaci⁹ papa offi
cium cōfirmauit apostolica aucto
ritate/ tribuens oīb⁹ vere cōfessis
et cōtritis/ septimā partē remissio
nis oīm peccatorū suorū/ qui illud
deuote legerit quina vice. Et simi
liter illud predictum officium legi
procurantibus/ quadraginta dies
criminalium: et vnum annum ve
nialium in domino relaxauit.

¶ Incipit. Officiū misse de quiq̄
vulneribus dñi nostri iesu christi



Phil. ij. D. Humiliauit semetipsum dominus noster iesus christus vsque ad mortem / mortẽ autem crucis: propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Et dicitur Gloria in excelsis. nisi per aduentum: et a .lxx. vsque ad pascha. Oro.

Domine iesu christe / fili dei viui qui de celo ad terram de sinu patris descendisti: et in ligno crucis quinque plagas sustinuisti: et sanguinem tuũ preciosum in remissionem peccatorum nostrorum effudisti: te humiliter deprecamur vt in die iudicij ad dexteram tuam statuti / a te audire mereamur illam vocem dulcissimã: venite benedicti / in regnũ patris mei. Qui tecũ eodem pře in vni. s. s. vi. et. Per.

¶ Addatur etiã vna collecta / vbi placuerit: secundũ numerũ et tẽporis exigẽtiam / pro viuo vel pro defuncto / pro quo iste misse celebrantur.

Lectio zacharie prophete. xij.

Hec dicit dñs deus. Effundam Cap. super domum da- xii. E. uid: et super habitatores hierusalem spiritum gratie et miserationis: et aspicient in eũ quẽ confixerũt: et plangent eum planctu quasi super vnigenitũ: et dolebunt super eũ: vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa / erit planctus magnus in hierusalẽ: et dicent ei. Que sunt iste plage / in medio manuũ tuarum. Et dixit eis. His plagatus sum / in domo eorum / qui me diligebant. Framea suscitare super pastorẽ meum: et super virum coherentẽ mihi / dicit dominus exercituũ. Percutiam pastorem: et dispergent oues gregis. Dicit dñs: exercituũ. Gr.

Improperiũ expectauit cor meũ: et miseriã Psal. et sustinui: qui simul contristaretur: et non lxviii. fuit: cõsolãtẽ me quesiui: et non inueni. V. Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Alla. Vsus. Rex noster iesu christe: tu solus nostros errores et tractus miseratus ptulisti: patri obediẽs duct⁹ es ad crucẽ: vt agnus mansuet⁹ ad occisionẽ: tibi gloria / osãna: tibi sit me laudis et honestatis chorea. Tract⁹.

Iudica me deus et discerne causam Psal. meam de gẽte non sctã: ab hoie ini- xlii. quo et doloso erue me. V⁹. Quia tu es deus Eodem fortitudo mea: quare me repulisti: et quare tristis incedo dum affligit me inimic⁹. V⁹. Testes enim iniqui insurrexerunt aduer- Psal. sum me: et mentita est iniquitas sibi. V⁹. xxvi. Supra dorsum meũ fabricauerunt pecca- Psal. tores / prolongauerunt iniquitatem suam. cxxviii V⁹. Ipsi vero cõsiderauerũt et inspexerũt p. xxi.

Missa de quinque vulneribus.

me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et super
ps. xxi. vestem meam miserunt sortem. Vs. Foderunt
manus meas et pedes meos: et dinumerauerunt
omnia ossa mea: et [illegible]
[illegible]. Sequentia.

Cenam cum discipulis christe celebrasti: et mortem apostolis palam manifestasti: et auctorem sceleris [illegible] et egressus [illegible] intrasti. Ubi sic [illegible] sanguinis sudor emanauit. Judas post hoc osculum ori dedit [illegible]: ad quod loquitur dominus amice venisti: numquid trades osculo quem iam vendidisti: assistentes protinus irruunt ministri. Noctem insomnis itaque illa ducebat: nulla prorsus requies iesu prestabatur: magistrorum impia plebs iniuriatur: alapis et colaphis innocens mactatur. Dum iesum eripere pylatus conatur iudeorum furia magis inflammatur: et tumultus populi intus excitatur: et plebis vox intonat ut crucifigatur. Traditur militibus vinculis artatur: undique verberibus corpus cruentatur: caput regis glorie spinis coronatur: postque flexis genibus quisquis irritatur. Hec caro tenera pii saluatoris: ad columnam nequiter coartatur loris sic flagellis ceditur impii tortoris que emanant riuuli undique cruoris. Post per urbis medium iesus procedebat: et crucis patibulum humeris ferebat: ad fores ad hostia populus fluebat eiusque confusio omnibus patebat. Ad pudoris cumulum iesu denudaris: et ventis ac frigoribus nudus spoliaris: innocens cum impiis in cruce damnaris: et quasi dux sceleris medio locaris. Tensis ligno brachiis manus conclauantur: cruci caro cruribus clauis tractabantur: neruique bene simili modo lamantur: pedes plante etiam ferro conclauantur. Loquens iesus postea sitio dicebat et acetum primus felle commiscebat: ac infusum spongie ori porrigebat: quod degustans paululum sumere nolebat. O iesu mirifice quid est quod agebas: tu de siti conquerens de cruce sitiebas: nunc quid hanc doloribus magis sitiebas: aut salutem potius nostram sitiebas. Vocem promens ultimam patrem suo-casti: spiritumque manibus eius commendasti: cum clamore valido tandem expirasti: sic salutem omnium opus consummasti. Nunc ego superbio: tu humiliaris: ego culpas perpetro tu pena grauaris: ego pomum mordeo tu felle potaris: ego pro mollia tu dire tractaris. Quem cuius valeat mens vel lingua fari: virgo intus creditur quantum cruciari: dum cernit iam mortuum latus vulnerari: atque nati viscera lancea rimari. Corpus quidem mortuum iam nil sentiebat militis sed lancea penitus infigebat: quam fixam in filii latus fere videbat: unde aqua sanguine mixta effluebat. Ad undantes riuos sanguinis fontes saluatoris properans huc anima currat peccatoris: et hauriat quispiam sacrati liquoris: quo frequenter liniat vulnera doloris. Ad hunc ergo propera fontem saluatoris ut cunctis impleas viscera dulcoris: atque vite lauacrum precium cruoris hinc tui

curatio profluat languoris.
¶ Secundum Joannem. xix.
In illo tẽpe. Presciens iesus
mulemur et mente. Per. Postcōio.
Quesumus domine deus no-
ster vt quos diuina tribuis
participatione gaudere: humanis
nō sinas subiacere periculis. Per
dominū. ¶ Pro pace. Oratio.
Deus a quo sancta desideria
recta consilia: et iusta sunt
opera da seruis tuis illam
quam mundus dare non potest pa-
cem: vt et corda nostra mandatis
tuis dedita: et hostium sublata for-
midine/ tempora sint tua protectio-
ne tranquilla. Per dñm. Secreta.
Deus qui credentes in te po-
pulos nullis sinis concuti
terroribus: dignare preces et hostias
dicate tibi plebis suscipere: vt pax
tua pietate concessa/ christianorū
fines ab omni hoste faciat esse se-
curos. Per dominum. Postcōio.
Deus auctor pacis et ama-
tor quē nosse viuere/ cui ser-
uire regnare est/ protege ab omnib⁹
impugnationibus supplices tuos
vt qui in defensione tua cōfidimus:
nullius hostilitatis arma timeam⁹.
Per. ¶ Pro Rege et Regina. Oratio.
Deus in cuius manu sunt cor-
da regum: qui es humiliū
consolator et fidelium for-
titudo: et protector omniū in te spe-
rantium: da regi nostro N. et regi-
ne nostre N. populoq; christiano
triumphum virtutis tue scienter
excolere: vt per te semper reparen-
tur ad veniam. Per dñm. Secreta.
Suscipe qs dñe preces et hosti-
as ecclesie tue/ quas pro sa-
lute famuli tui regis nostri et regi-
ne: et protectione fidelium populo-
rum tue maiestati offerimus: sup-
plicantes vt antiqua brachij tui te
operante miracula/ superatis ini-
micis: secura tibi seruiat christia-
norum libertas. Per dñm. Postcōio.
Presta qs ops deus: vt per hec
mysteria sancta que sumpsi-
mus/ rex nr̄ et regina/ populusq;
christian⁹ semp rationabilia medi-
tantes: que tibi placita sunt/ et di-
ctis exequātur et factis. Per dñm.
Ordo ad faciendū spōsalia.
Queratur/ qn̄ potest ma-
trimoniū solemnizari. In
principio dico/ q carna-
lis copula non est facienda ante be-
nedictionem super nubentibus/ et in

festis solennibus abstinendū est a
carnali copula: ꝛ hec est ratio qua
re ī ceteris tēporibus prohibet so-
lēnitas matrimonij: nō tñ consen-
sus: tamen si solēnitas adhibeat:
non retractet matrimoniū. Et sic
nota tpa / in q̄bus non est licitū so-
lennizare matrimoniū. Vñ vers⁹.
Aspiciēs: veterē: circū: qua: quis:
benedicta: Aspiciēs videlicet ī pri-
ma dñica aduen. domini abstinen
dum est a nuptijs; et abhinc / vsq;
Veterem hominē. id est octa. diem
post festum Epyphanie inclusiue:
id est in crastinum octa. Secundū
tempus abstinendi a nuptijs est a
Circūdederunt / id est ī do. lxx. ꝛ ab
hic vsq; Quasi modo gēiti. i. octa.
diem pasche inclusiue. i. vsq; ī cra-
stinum: ꝛ vocat illa dies dñica ī al
bis. Item abstinendū est a nuptijs
in die lune ī secūda fer. in rogatio-
nibus: et ibi legitur Euangelium
Quis vestrum. et abhinc vsq; Be-
nedicta. post octa. pēthecо. iclusiue
id est vsq; ī crast. trin. titlo de fe. c.
Capellanus per hosti. In alijs ve-
ro tēporibus anni: licite potest fie-
ri solēnitas nuptiar. xxxij. q. iiij. c.
Nō oportet. ij. et. iij. glosa extra de
ferijs Capellanus in glosa hosti. ī
lib. iiij. senten. distin. xxxij. c. vltimo
¶ De modo solēnizādi sponsalia.
Statuātur vir et mulier ante ho-
stium ecclesie siue ī facie ecclesie co
ram deo ꝛ sacerdote ꝛ populo: vir
aūt stet a dextris mulieris: mulier
autē a sinistris viri causa est quia
formata est ex costa sinistri lateris
Ade. Tūc sacerdos interroget bā-
na: ꝛ postea dicat in lingua mater
na cūctis audiētib⁹. Ecce conue-
nimus hic fratres coram deo ꝛ an
gelis eius / et omnibus sanctis ī fa
cie ecclesie ad cōiungendū duo cor
pora / scz hui⁹ viri ꝛ hui⁹ mulieris.
Hic respiciat sacerd. psonas suas.
vt amodo sint vnū corpus: et due
anime sint in fide et in lege dei: ad
promerēdā simul vitam eternam:
et quicquid ante hec fecerit. Dein-
de fiat admonitio ad ppl̄m ī ligua
materna sic. Admoneo vos oīes
per patrem et filium: et spiritum
sanctum vt si quis ex vobis est qui
sciat aliquid: quare isti adolescen-
tes legittime ꝯtrahere nō possunt
modo cōfiteatur. Eadem monitio
fiat ad virū et mulierē: vt si q̄d ab
illis actum fuerit occulte: vel si q̄d
deuouerint: vel aliquo modo de se
nouerint: quare legittime contra-
here nō poterint: tunc cōfiteantur
Si vero aliquis impedimentū ali
quod proponere voluerit: ꝛ ad hoc
probādū cautionem p̄stiterit: dif-
ferantur sponsalia: donec rei veri
tas cognoscatur. Si vero nullum
impedimētū proponere voluerint /
interroget sacerdos dotē mulieris
Nō fidabit sacerdos neq; ꝯsentiat
ad fidationē inter virū et mulierē
ante tertiū edictū bannor: et ban-
na debēt iterrogari p tres dies so-
lēnes et distinctas: ita vt inter vnū
quēq; diē solennē cadat ad minus
vna dies ferialis. Post hec dicat sa
cerdos ad virū cūctis audiētibus /
in lingua materna. N. vis habere
hanc mulierē in spōsam: et eā dili-
gere ꝛ honorare: tenere et custodi-
re sanā et ifirmam / sicut sponsus
debet spōsam: et oēs alias propter
eam dimittere: et illi soli adherere

Ordo sponsalium.

quoad vita vtriusque vestrũ durauerit. Respõdeat. Uolo. Item sacerdos ad mulierem. N. vis habere hunc virum in sponsum / et illi obedire / et seruire: et eum diligere et honorare / ac custodire sanum et infirmũ sicut sponsa debet sponsũ: et oẽs alios preter eum dimittere / et illi soli adherere quoad vita vtriusque vestrum durauerit. Respõdeat. Uolo. Deinde det femina a patre suo vel ab amico / quod si puella est: discoopertã habeat manũ: si vidua / tectã: quam vir recipiat in dei fide et sua seruandam sicut vouit corã sacerdote: et teneat eam per manũ dexterã in manu sua dextra. Et sic vir det fidem mulieri per verba de presenti ita dicens docẽ. I N. take the N. to my weddyd wyf to haue and to holde fro thys day vvarfor beter / for vvorse for rycher for porer: in syknesse and in helthe tyl deth vs departe yf holy chyrch vvol it ordeyne and ther to I plycht the my trouth: manũ retrahẽdo. Deĩde dicat mu. sa. do. I N. take the N. to my vvedyd husbõde to haue et to holde for thys day for better / for [illegible] for rycher / for porer / in sykenesse and in helthe to be bonere and buxum: in bed et at borde: tyll dethe [illegible] vvol it ordeyne: and ther to I plyche the my trouthe. manũ retrahendo. Deinde ponat vir aurum: vel argentũ et anulum super scutum / vel librum: et tunc querat sacerdos si anulus antea fuerit benedictus vel non si dicat quod non tunc benedicat sacerdos anulum hoc modo. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ. Orem⁹. Oratio

Creator et conseruator humani generis dator gratie spiritalis largitor eterne salutis / tu dñe mitte ben ✠ dictionẽ tuã super hunc anulum / vt que illum gestauerit / sit armata virtute celestis defensionis: et proficiat illi ad eternam salutem. Per christũ dominũ nostrũ. R. Amen. Oremus. Oro.

Bene ✠ dic dñe hũc anulum quẽ nos in tuo sctõ noĩe bñdicimus: vt quicunque eũ portauerit: in tua pace cõsistat: et in tua volũtate permaneat: et in amore tuo viuat et crescat et senescat: et multiplicetur in lõgitudinem dierum. Per. Tũc aspergat aqua benedicta super anulum. Si autem antea fuerit anulus ille bñdict⁹: tũc statim postquam vir posuerit anulũ sup librũ accipiẽs sacerdos anulũ tradat ipsũ viro quẽ vir accipiat manu sua dextera: cũ tribus pricipalibus digitis a manu sua sinistra tenẽs dexteram spõse: docẽte sacerd. dicat vvith thys ryng I the vvedde and thys gold and siluer I the geue: and vvyth my body I the vvorshyp e and vvyth all my vvorldly catell I the honore. Et tũc pferat spõsus anulũ pollici sponse dicẽs. In noĩe patris. ad secũdum digitũ. et filii. ad tertium digitũ. et spiritus sctĩ. ad quartũ digitũ. Amen. et ibi dimittat eũ scdm decretũ. xxx. q. v. c. Femine. ad finẽ: quia in illo digito est quedã vena pcedẽs vsque ad cor: et in sonoritate argẽti designat interna dilectio: que inter eos semp dz esse recẽs. Tũc inclinatis capitib⁹ eorũ / dicat sacerdos bñdictionẽ sup eos

Benedicti sitis a domino / qui fecit

mundum ex nihilo. Respondetur Amen. Tunc dicatur iste Psalmus.

Manda deus virtutẽ tuã: cõfirma hoc de⁹ qđ operatus es in nobis. A teplo tuo qđ est in hierusalem tibi offerẽt reges munera. Increpa feras arundinis cõgregatio taurorũ in vaccis populorum: vt excludant eos qui pbati sunt argento. Gloria patri. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos.

pass. iii. E. Benedicamus patrem et filium cũ sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eum in secula. Laudemus dominũ quẽ laudant angeli. Quẽ cherubin et seraphin sanctus sanctus sanct⁹ pclamãt. Domine exaudi. Et clamor meus. Dñs vobiscum. Et cum spũ tuo. Oremus. Oro.

Deus abraham/ deus isaac de⁹ iacob sit vobiscũ: et ipse vos cõiungat: impleatq; bñdictionem suã in vobis. Qui viuis et regnas de⁹. Per oĩa secula seculorũ. Amẽ. Alia oro cũ Orem⁹. Oratio.

Bene ✠ dicat vos de⁹ pater/ custodiat vos ies⁹ christ⁹/ illuminet vos spũs sctũs: ostẽdatq; dñs faciem suam ĩ vobis: et misereatur vr̃i: cõuertat vultũ suũ ad vos et det vobis pacem: impleatq; vos omni bñdictione spirituali in remissionẽ pctõrũ vestrorũ: vt habeatis vitã eternã/ et viuatis ĩ scla seculor̃. R. Amẽ. Hic intrẽt in ecclesiam vsq; ad gradũ altaris et sacerdos ĩ eũdo cũ suis ministris/ dicat psalmũ Beati oĩs. sine notã cũ Glia patri. et Sicut erat. Kyriel. Xpe eleyson. Kyrieleyson. Tunc pstratis spõso et sponsa ante gradũ altaris: roget sacerd. circũstãtes orare pro eis dicens. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Saluum fac seruum tuum: et ancillam tuam. Deus meus sperantes in te. Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Esto eis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscum. Et cum spũ tuo. Oremus. Oro.

Bene ✠ dicat vos dominus ex syon: vt videatis que bona sunt hierusalem omnibus diebus vite vestre: et videatis filios filiorum vestrorum: et pacem sup israel. Per christum. Orem⁹. Oro.

Deus abraham/ deus isaac/ et de⁹ iacob: bñ ✠ dic adolescentes istos: et semina semen vite eterne ĩ mentibus eorum: vt quicquid pro vtilitate eorum didicerit/ hoc facere cupiant. Per iesum christum filium tuum recuperatorem hominum. Qui tecum. &c. Respõdetur Amen. Oremus. Oratio.

Respice domine de celis: et bene ✠ dic cõuẽtionẽ istam: et sicut misisti sanctũ angelũ tuũ raphaelem/ ad thobiam/ et saram filiam raguelis/ ita digneris domine mittere bene ✠ dictionem tuã super istos adolescentes: vt in tua voluntate permaneant: et in tua securitate consistant: et in amore tuo viuant et crescãt/ et senescãt: et digni atq; pacifici fiãt: et multiplicentur in lõgitudinẽ dierum. Per christum dñm. Oremus. Oratio.

Respice dñe propicius super hunc famulum tuum: et super hanc famulã tuã: vt ĩ noĩe tuo bñ ✠ dictionẽ celestẽ accipiãt: et filios filiorũ suorũ et filiarum sua-

rum suorum in tertiam et quartam progeniem incolumes videant: et in tua voluntate semper perseverent: et in futuro ad celestia regna perveniant. Per christum. Oremus. Oratio.

Omnipotens misericors deus qui primos parentes nostros adam et evam sua virtute creavit: et sua sanctificatione copulavit: ipse corda et corpora vestra sancti✠ficet: et bene✠dicat: atque in societate et amore vere dilectionis coniungat. Per christum dominum nostrum.

¶ Deinde benedicat eos dicens sic.

Bene✠dicat vos deus omnipotens omni benedictione celesti: efficiatque vos dignos in conspectu suo: superabundet in vobis divitias glorie sue: et erudiat vos verbo veritatis: ut et corpore pariter et mente complacere valeatis. Amen. Finitis orationibus: et introductis illis in presbyterium: scilicet inter chorum et altare ex parte ecclesie australi: et statuta muliere ad dextram viri: scilicet inter ipsum et altare incipiatur missa de Trinitate. Officium.

Benedicta sit sancta trinitas atque indivisa unitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore

Dan. paschali Alleluia alleluia. Ps. Benedicamus

iii.c. patrem et filium cum sancto spiritu. Non [illegible] cum suis versibus. Ad hanc missam servetur modus et ordo per omnia: qui in duplicibus festis. Gloria in excelsis non dicitur. Hec due orationes dicuntur sub uno Oremus. et sub uno Per dominum. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare unitatem: quesumus: ut eiusdem fidei firmitate: ab omnibus semper muniamur adversis. Oratio.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus: ut quod nostro ministratur officio: tua benedictione potius impleatur. Per. Ad Corinthios. i.vi.

Fratres. Nescitis quoniam i.Co.

corpora vestra membra sunt vi.d.

christi. Tollens ergo membra christi faciam membra meretricis. Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici: unum corpus efficitur. Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autem adheret domino unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo: extra corpus est. Qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti: qui in vobis est quem habetis a deo et non estis vestri. Empti enim estis precio magno: glorificate et portate deum in corpore vestro. Gr. Benedictus es do-

mine qui intueris abyssos: et sedes super che- iii.c.

rubin. V. Benedicite deum celi: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Alleluia. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Sed in tempore paschali contigerit: sectetur Alleluia cum versu de officio paschali: vel unum de illis que sequuntur post Officium Quasi modo geniti. Sequentia.

Alma chorus domini nunc pangat nomina summi. Messias, sother, emanuel, sabaoth, adonay. Est unigenitus, via, vita, manus, homousyon. Principium, primogenitus, sapientia, virtus. Alpha caput finisque simul vocitatur: et

est oo. Fons et origo boni/paraclyt⁹ ac mediator. Agnus ouis vitulus/serpens aries leo vermis. Os verbū splendor/sol gloria lux et imago. Panis flos vitis/mōs ianua petra lapisq;. Angelus et spōs⁹: pastorq; propheta sacerdos. Athanathos kyrios/theō pāthō craton et ysus. Saluificet nos. Sit cui secla. Per omnia doxa.

¶ Secundum Matheum. xix.

IN illo tpe. Accesserunt ad iesum pharisei tentātes eū: et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacūq; ex causa. Qui respondens/ait illis. Non legistis: quia q̄ fecit hoīem ab initio masculū et feminā fecit eos. Et dixit eis Propter hoc dimittet homo patrem et matrē/ ꝛ adherebit vxori sue: et erūt duo ī carne vna. Ita q; iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Credo. Offer. Benedictus sit deus pater: vnigenitusq; dei filius sanctus quoq; spiritus: quia fecit nobiscū misam suā. In tpe paschal. Alleluya.

¶ Nota q̄ odor thuris benedicti/ nunq̄ dat in ecclesia spōso et spōse. Inde est q̄ oblato thure benedicto super altare si descendat thuribulum ad clericos / vel ad laicos: aliud thus est apponendū/et clericis vel laicis offerendū. Secreta.

SAnctifica q̄s domine deus: trinitas sancta per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam: ꝛ per eam cooperante spiritu sancto nosmetipsos tibi pfice munus eternū. Alia.

ADesto dn̄e supplicationib⁹ nostris: et hāc oblationem quā tibi offerim⁹ p famulis tuis/ quos ad statū maturitatis: et ad diem nuptiarū perducere dignat⁹ es: placatus ac benignus assume. Et finiant sub vno Per do. Prefa. Qui cum vnigenito. post Sāctus. psternāt se spōs⁹ et spōsa ī oratiōe ad gradū altaris extēso pallio sup eos: quod teneāt quatuor clerici ī superpelliciis ad quatuor cornua: nisi alter eoꝝ/vel ambo prius despōsati fuerint et bn̄dicti: quia tūc nō habet palliū sup eos neq; sacramētalis benedictio. Deinde dicto Per omnia secula seculoꝝ. et responso. Amē. post Pater noster. anteq̄ dr Pax dn̄i. facta fractiōe eukaristie more solito: dimissaq; hostia ī tribus fractiōib⁹ sup patenā dicat sacer. ꝯuers⁹ ad eos sequētes orationes sub tono lectiōis/illis iteri genuflectētib⁹ sub pallio. Dn̄s vobiscum. Et cū spū tuo. Oremus. Oro.

PRopiciare domie supplicationibus nostris: et institutis tuis quibus propagationē humani generis ordinasti/benignus assiste: vt quod te auctore coniungitur: te auxiliante seruetur. Per christum. Oremus. Oratio.

DEus qui potestate virtutis tue de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs: homini ad imaginem dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium cōdidisti: vt femineo corpori / de virili dares carne principium/ docens quod ex vno placuisset institui / nunq̄ liceret disiungi.

¶ Caueat sacerd. de ista clausula

DEus qui tam excellenti mysterio cōiugalem copulam

consecrasti: vt xpi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum. Quia nō dicitur in secūdis nuptijs / vsqz Deus per quem mulier. vt patet inferius. Oratio.

Deus per quem mulier iungitur viro: et societas principaliter ordinata / ea bñ✠dictione donatur: que nec sola per originalis peccati penam: nec per diluuij est ablata sententiā. Respice q̄s propicius super hanc famulā tuā / que maritali iungenda est consorcio: tua se expetit protectiōe muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat i christo: imitatrixqz sāctarū pmaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro / sapiens vt rebecca / lōgeua et fidelis vt sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis vsurpet: nexa fidei: mādatisqz pmaneat vni thoro iūcta: cōtact⁹ illicitos fugiat: muniat infirmitatem suā robore discipline. Sit verecundia grauis / pudore venerabilis / doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole / sit probata et innocens: et ad optatam perueniat senectutē: ꝯ videat filios filiorum suorū vsqz i tertiā ꝯ quartā pgeniem: et ad beatā requiem: atqz ad celestia regna perueniat. Per.

¶ Notādū est ꝙ hec clausula i oratione predicta scilicet Deus q̄ tam excellenti. vsqz ad Deus per quem mulier. nō dr̄ i secundis nuptijs vt supra dictū est. Uir eni aut mulier ad bigamiam transiens: nō debet iterum a sacerdote benedici: quia alia vice bñdicti sint: cox bñdictio non debet iterari / q̄a caro bñdicta trahit ad se carnē nō bñdictā: et in titulo de secūdis nuptijs ꝓhibitum est: per decre. xxx. q. j. hac ratione benedictio nō datur in secūdis nuptijs: qđ testat̄ btūs Ambrosi⁹ sic Prime nuptie a dn̄o sunt institute secunde vero sunt permisse. Prime aūt sub oī benedictione celebrant̄: secūde vo carēt aliqua bñdictiōe. Sed cum plures benedictiōes sint in nuptijs celebrādis scilicet i introitu chori sub pallio post missam: et super thorum in sero. Quero q̄ benedictio sit iterāda in secundis nuptijs: et que nō: dicendū est ꝙ i hac oratione. Deus qui potestate virtutis tue. sunt tres benedictiones que idem habent principiū: scilicet Deus. media aūt est oīno omittēda in scđis nuptijs: scilȝ ista Deus qui tam excellenti mysterio ꝯiugalem copulā consecrasti: vt christi et ecclesie sacramentū pSignares i federe nuptiarū. vt supra: q̄a in ista benedictiōe agitur de vnitate christi ꝯ ecclesie: quod figuratur in primo matrimonio: non autem in secundo Unde ꝯ apostol⁹ ad Corinthios vj. Erūt duo in carne vna et extra de bigamis. c. Debitum vnius vxoris vir. Sed q̄ adderet plurib⁹ dissoluit vnitatē: vel fed⁹ vnitatis: ꝯ ideo benedictio que agit de vnitate scȝ Deus qui tam excellēti. non dr̄ in secūdis nup. Et hoc est verū tam pro viro bigamo q̄ pro muliere vidua: quia caro bñdicta trahit ad se carnē non benedictam. Sed oēs alie bñdictiones indifferēter debent dici secundū Romanā ecclesiam: et scđm Hostiensē ꝯ scđm Thomā de aquino ꝯ Nozardū doctore

Et sciendũ est q̄ ista questio discussa fuit et determinata in sacro palatio dñi. pape et translata in angliam / per magistrum Joannem haystede Anno domini millesimo CCCxxi. Et causa discussionis erat: quia multi sacerdotum tunc temporis ad sedẽ apostolicã cõuolauerũt causa obtinẽde absolutionis bñficium / pro benedictiõib⁹ ĩ secundis nuptijs collatis indiscrete. Ideo statuit sup hoc nouã ɔstitutio Joannis pape. xxij. q̄ sic incipit

Concertatiõi antique finem imponere cupientes: presenti declaram⁹ edicto: q̄ licet vir vel mulier ad bigamiam / vel ad secũdas nuptias transierint benedici non debent cum fuerint alias benedicti. Quod si forsan alter eorũ / vel ambo essent ad secundas nuptias trãsituri: q̄ ĩ primis nuptijs benedicti nõ fuerint. danda est eis benedictio in secũdis nuptijs. Sane volẽtes antiquũ rigorẽ temperare: concedimus q̄ presbyter qui secũdas nuptias benedixerit scienter / ad sedem apostolicã ex hoc venire minime teneat̃: sed a pena suspensionis hoc casu a iure indicta p suos potest diocesanos absolui. Si qui vero iuxta opinionem quorundam hacten⁹ non reputantes se esse suspẽsos: ordines quoslibet seu quevis beneficia receperit: diocesani eorum a pena suspensionis predicte ipsos absoluere / ac super execution̄e ordinum et retentione beneficiorũ huiusmodi cum eis valeant licite dispẽsare. Hic queri potest quare secũde nuptie non benedicuntur. Ad hoc dico / q̄ secũdũ matrimoniũ / q̄uis in se considera tũ habeat sacramẽtũ: tñ in ordine ad primũ sacramentum cõsideratum aliquid habet defectu sacramenti: quia nõ habet plenã significationem: cum nõ sit vna vnius sicut est ĩ matrimonio christi et ecclesie: et ratiõe huius defectus benedictio a secũdis nuptijs subtrahitur sed hoc ĩtelligẽdũ est qñ secũde nuptie sũt secũde ex parte viri ⁊ ex parte mulieris: vel ex parte mulieris tñ. Si eñ vgo contrahat cũ illo qui habuit aliã vxorẽ: nihilominus nuptie bñdicũt̃. Salua at̃ et alio modo significatio etiam ĩ ordine ad primas nuptias: quia christus et si vnã ecclesiã habet: habet tamẽ plures personas despõsatas in vna ecclesia. Sed aĩa nõ potest sponsa alteri⁹ esse q̄ xpi: quia cum demone fornicat̃: nec est matrimonium spirituale: ⁊ ꝓpter hoc quando mulier secundo nubit: nuptie non benedicent̃ propter defectum sacramẽti. Post hec vertat se sacerdos ad altare ⁊ dicat Pax domini et Agnus dei. more solito. Tunc amoto pallio / surgant ab oratiõe sponsus ⁊ sponsa: ⁊ accipiat sponsus pacẽ a sacerdote / ⁊ ferat sponse osculans eam: ⁊ nemini alium: nec ipse nec ipsa: sed cleric⁹ statim a presbytero pacem accipiens / pferat alijs / sicut solitum est. Communio. Benedicimus deum celi: et coram omnibus viuentibus cõfitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali Alleluya alleluya. Postcõio.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime dñe deus

huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis / eiusdemque indiuidue vnitatis confessio. Alia postcōio sub vno Oremus. et sub vno Per dominum.

Quesumus omnipotens de⁹ instituta prudentie tue pio amore comitare: vt quos legitima societate cōnectis: lōgeua pace custodias. Per d. Post missam benedicatur panis et vinū / vel aliquod bonū potabile in vasculo / et gustent ī nomine domini / sacerdote dicente Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio

Bene ✠ dic dñe istū panem / et hūc potū / et hoc vasculū / sicut benedixisti quinque panes ī deserto: et sex hydrias in chana galilee: vt sint sani sobrij / atque immaculati omnes gustantes ex eis saluator mūdi. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus. Per. ¶ Nocte vero sequente / cū sponsus et sponsa ad lectum puenerint: accedat sacerdos et benedicat thalamū / dicēs. Dñs vobiscū. Et cū spū. Oremus. Oro.

Bene ✠ dic domine thalamū istū / et oēs habitātes in eo: vt in tua pace consistant / et in tua volūtate pmaneāt: et in tuo amore viuāt et crescant / et multiplicentur in longitudinem dierum. Per christum. ¶ Benedictio super lectum tantum / cum Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Orem⁹. Oratio.

Bene ✠ dic dñe hoc cubiculū qui non dormis neque dormitas / qui custodis israel custodi famulos tuos ī hoc lecto quiescētes / ab omnib⁹ fantasmaticis demonum illusionibus: custodi eos vigilantes: vt in preceptis tuis meditentur dormientes: vt te per soporem sentiant: et hic et vbique defensionis tue semper muniantur auxilio. Per dominum. ¶ Deinde fiat benedictio super eos in lecto: cum Oremus. Oratio.

Bene ✠ dicat de⁹ corpora vestra: et aīas vestras: et det super vos bene ✠ dictionem / sicut benedixit abraham / isaac / et iacob ℟. Amen. ¶ Item alia benedictio super eos / cum Oremus. Oratio.

Manus domini sit sup vos / mittatque angelū suum sanctum: qui custodiat et foueat vos omnibus diebus vite vestre. ℟. Amen. ¶ Item alia benedictio super eos / cum Oremus. Oratio.

Bene ✠ dicat vos pater et filius: et spūs sanctus: qui trinus est ī numero: et vnus ī nomine. ℟. Amen. His peractis / aspergat eos sacerdos aqua benedicta / et sic discedat & dimittat eos ī pace

¶ Missa ad honorē virginis gl'iose pro mulierib⁹ pgnātib⁹ / aut aliās in partu laborātibus. Introitus.



Alma virgo virginum sancta dei genitrix / pro deuotis potrige ancillis tuis preces obnixas ad fusū ꝙ parturientiū / benigna es auxiliatrix. Ps. Iurauit dñs dauid veritatem: et non frustra- bitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Gloria patri. Oratio. ps. cxxxi.

Exaudi clementissime pater / deprecationem serui tui pro pauperibus ancillis tuis in partu

nunc aut in posterum laborantibꝰ
maiestati tue deuotissime suppli-
cantis: ut quemadmodū tua eas
prouidentia ↄcipere decreuisti: ita
ipsa benedictione tua preambula/
ad laudem tui sacri nominis vir-
gine gloriosa suffragante celeri-
ter iubeas expedire. Per dominū.

¶ Lectio libri Genesis. iij.

Cap. iij. B. In diebus illis. Dixit domi-
nus ad adam. Nunquid ex
ligno de quo tibi preceperā ne co-
mederes comedisti? Dixitq̃ adam
Mulier quam dedisti sociam mihi
dedit mihi de ligno: et comedi. Et
dixit dominꝰ ad mulierem. Qua-
re hoc fecisti? Que respondit. Ser-
pens decepit me: et comedi. Et ait
dominus ad serpentem. Quia fe-
cisti hoc: maledictus es inter om-
nia animãtia: et bestias terre. Ini
micitias ponam inter te et mulie-
rem: et semen tuum/ et semen illiꝰ.
Et ipsa conteret caput tuum: et tu
insidiaberis calcaneo eiꝰ. Mulie-
ri quoq̃ dixit. Multiplicabo erū-
nas tuas: et ↄceptus tuos. In do-
lore paries: et sub viri potestate
eris: et ipse dn̄abit tibi. Ade vero
dn̄s dixit. Quia audisti vocē vxo-
ris tue: maledicta terra i ope tuo.
In laboribus comedes ex ea: cun-
ctis diebus vite tue. In sudore vul
tus tui vesceris pane tuo: donec re
uertaris i terram/ de qua sumptꝰ
es. Quia puluis es: et i puluerem
reuerteris. Gr. Ecce virgo concepit: et
absq̃ dolore peperit nobis filiū: cuius no-
men vocatus est iesus. ℣. Qui sicut plu-
uia in vellus: ita in vterum virginis descē
dit: et velut sol porta clausa ex vtero virgi
nali ad nos introiuit. Alleluya. ℣.

Ad tuum o maria confugiunt presidium/
pauperes in partu laborantes: quas suis
queso non despicias in necessitatibus: sed
a periculis cunctis libera eas virgo sem-
per benedicta. Sequentia.

O Ancilla christi maria mater
dei: pauperē exaudi peccato-
rem ad te vere suspirãtem: ne ma-
trum in vtero periclitāt infantuli
Qui ꝓpter defectū baptismi ma-
cula irretiti originali in limbū cō-
descēdūt q̄ pars est iferni. Maria
itaq̃ miseris succurre puerulis/ q̄
pro graui ade ꝓthoplastoꝝ nebu-
la visione dei ibi carent perpetua.
O iudicia dei abyssus multa: qui
licet sine culpa pereāt: nō tamē si-
ne causa. Quā igitur perniciosꝰ
pomi vetiti eue fuit morsus: quo
mors posteris sic ↄcludebat. Sed
o q̄ felix fuit ꝛ letabūdꝰ o maria i-
ter te ꝛ angelū dialogus quo vita
orbi toti oriebat. Pre ceteris au-
tem tuus videtur splēdescere bea-
tissimus absq̃ dolore partꝰ. Per
quē eue maledictio est soluta: nec
minꝰ benedictio est mulieribꝰ cun-
ctis cōdonata. Ad quem ergo cō-
fugiēt desolate pregnātes nisi ad
te cunctarū cōsolatrix cum lachry
mis gementes. Audi eas virgo
immaculata nec parentū aspiciat
vnigenitus tuꝰ ad peccata. Sed
paruuloꝝ vlulatus clementer ex-
audi ne i perhenni subijciant ifer-
ni formidolosa adeo pena. Et os
deniq̃ post sacri baptismatis vn-
dam regeneratos: perducere di-
gneris/ ad eterna gaudia. Amen.

¶ Secundum Joannem. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus disci- Cap.
pulis suis. Mulier cum pa- xvj. B.

rit/tristiciam habet: quia venit hora eius. Cum autẽ peperit puerũ: iam non meminit pressure eius propter gaudiũ: quia hõ natus est i mũdum. Amen amẽ dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo: dabit vobis. Petite et accipietis: ut gaudium vestrũ sit plenum. Offer. Aue maria parturientiũ consolatrix gratia plena infantium subleuatrix: quia dominus est tecum / ipsorum esto protectrix: ut pre mulieribus benedicta dicaris: et super omnes benedictus a cũctis christicolis extollatur fructus ventris tui. Secreta.

Pijssime christe iesu qui absque doloris cõtagione ex utero virginali almifice matris tue i mundum tua dignatione sanctissima porta clausa exire dignatus es concede propicius: ut fruct⁹ ancillarum tuarum in orbem terrarum sanos et icolumes taliter disponas peruenire: quod ad fontem baptismatis / una tecum regenerari mereantur. Qui vi. Cõio. In partu puerorum o maria sol tuus resplendent misericordie quo lucente cetera post deum luminaria sunt quasi non sint. Postcõio.

Beatissime spirit⁹ per quem condita sunt uniuersa / suppliciter tuas exaudire digneris famulas / pro quibus has tue porrigimus pietati preces: ut quemadmodum tuo felici sancto iuuamine optant liberari: ita suffragijs beatissime matris dei lumen gratie tue in earum celeri expeditione infundere digneris. Qui cũ patre.

¶ Benedictio mulieris post partũ ante ostium ecclesie. In primis dicat sacerdos hos psalmos. Leuaui oculos. Beati oẽs. cum Gloria patri. Kyrieleyson. Xpeeleyson. Kyrieleysõ. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Domine saluam fac ancillam tuã. Deus meus sperantem i te. Mitte eis auxiliũ de sancto. Et de syon tuere eam. Esto ei dñe turris fortitudinis A facie inimici. Domine exaudi. Et clamor meus. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio

Deus qui hanc famulã tuã / de pariendi periculo liberasti: et eam i seruitio tuo deuotã esse fecisti: concede: ut tẽporali cursu fideliter peracto / sub alis misericordie tue: vitã perpetuã et quietam consequat. Per dñm. ¶ Tũc aspgatur mulier aqua benedicta a sacerdote dicente Asperges. Deinde inducat eam sacerdos per manũ dexteram i ecclesiam / dicendo Ingredere i templum dei: ut habeas vitam eternã / et viuas in secula seculorum Amen. ¶ Benedictio panis dieb⁹ dñicis. In primis legat sacerdos Euangeliũ In principio et postea dicat versiculũ. Sit nomen dñi benedictum. Ex hoc nunc et usque in seculũ. Benedicam⁹ dño Deo grãs. Deinde dicat Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Orem⁹. Orõ.

Bene ✠ dic dñe hanc creaturam panis: sicut benedixisti quinque panes in deserto ut omnes gustãtes ex eo: tam corporis quam anime recipiãt sanitatẽ. In noĩe pr̃is et filij et spũs scti Amẽ. Hic aspgat sacerdos aquã bñdictã sup panẽ. ¶ Ordo ad seruitium peregrinorum. In primis dicunt̃ ps̃i sequen. sup illos corã altari pstratos postquam confessi sunt hoc modo icipiẽs ps̃.

psal. xxiiij. AD te dñe leuaui animam
meã: deus meus ĩ te confi-
do non erubescam. N eqꝫ irrideãt
me inimici mei: etenĩ vniuersĩ qui
sustinent te/ non confundentur.
C onfũdantẽ omnes iniqua agen
tes: supuacue. V ias tuas dñe de
monstra mihi: ⁊ semitas tuas edo
ce me. D irige me in veritate tua
⁊ doce me: quia tu es deꝰ saluatoꝛ
meus/ et te sustinui tota die. R e-
miniscere miserationũ tuarum do
mine: et misericoꝛdiarũ tuarũ que
a seculo sunt. D elicta iuuẽtutis
mee: ⁊ ignoꝛãtias meas ne memi-
neris. S ecundum misericoꝛdiã
tuam memento mei tu: ꝓpter bo
nitatẽ tuam dñe. D ulcis et rectꝰ
dñs: ꝓpter hoc legem dabit delin
quentibus in via. D iriget man-
suetos in iudicio: docebit mites vi
as suas. V niuerse vie dñi miseri
coꝛdia et veritas: requirentibꝰ te-
stamentum eius/ ⁊ testimonia eiꝰ.
P ꝛopter nomẽ tuum dñe/ ꝓpi-
ciaberis pctõ meo: multũ est enim.
Q uis est homo qui timet dñm: le
gem statuit ei/ in via quam elegit.
A nima eius ĩ bonis demoꝛabitẽ:
et semen eius hereditabit terram.
F irmamẽtum est dñs timẽtibus
eum: et testamẽtũ ipsius: vt mani-
festetur illis. O culi mei semp ad
dñm: qm̃ ipse euellet de laqueo pe-
des meos. R espice ĩ me et misere
re mei: qꝛ vnicus ⁊ paup sum ego.
T ribulationes coꝛdis mei mul-
tiplicate sunt: de necessitatibꝰ me-
is erue me. V ide humilitatẽ meã
et laboꝛem meum: et dimitte vni-
uersa delicta mea. R espice inimi-
cos meos qm̃ multiplicati sunt: et
odio iniquo oderũt me. C ustodi
animam meã et erue me: non eru-
bescam: qm̃ speraui ĩ te. I nnocẽ-
tes ⁊ recti adheserũt mihi: qꝛ susti
nui te. L ibera deꝰ israel: ex oĩbꝰ
tribulationibus suis. G loꝛia. Ps.
MIserere mei deus: secũdum psal. l.
magnam miam tuã. E t
secũdũ multitudinem miseratio-
num tuarũ: dele ĩiquitatem meã.
A mplius laua me ab iniquitate
mea: et a peccato meo munda me.
Q uoniã ĩiquitatem meã ego co-
gnosco: ⁊ peccatũ meum cõtra me
est semp. T ibi soli peccaui et ma-
lum coꝛã te feci: vt iustificeris ĩ ser
monibus tuis: et vincas cũ iudica
ris. E cce eñi ĩ iniquitatibus cõce
ptus sum: ⁊ in peccatis cõcepit me
mater mea. E cce enim veritatẽ
dilexisti: incerta et occulta sapien-
tie tue manifestasti mihi. A sper-
ges me dñe ysopo et mũdaboꝛ: la-
uabis me ⁊ sup niuem dealbaboꝛ.
A uditui meo dabis gaudiũ ⁊ le-
ticiã: et exultabũt ossa humiliata.
A uerte faciẽ tuã a peccatis me-
is: et omnes iniq̃tates meas dele.
C oꝛ mũdum crea in me deus: et
spiritum rectum innoua ĩ visceri-
bus meis. N e piicias me a facie
tua: et spũm sanctũ tuũ ne auferas
a me. R edde mihi leticiã saluta-
ris tui: et spiritu pꝛĩcipali cõfirma
me. D ocebo iniquos vias tuas:
et impij ad te cõuertentur. L ibe-
ra me de sanguinibꝰ deus deus sa-
lutis mee: ⁊ exultabit lingua mea
iusticiã tuã. D ñe labia mea ape
ries: ⁊ os meũ annũciabit laudem
tuam. Q ꝛ si voluisses sacrificiũ
dedissẽ: vtiqꝫ holocaustis nõ dele-

Officium peregrinorum.

ctaberis. Sacrificiū deo spirit⁹ contribulatus: cor contritū et humiliatum deus nō despicies. Benigne fac domine ī bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblatiōes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria pri. ps.

psal. xc. Qui habitat ī adiutorio altissimi: in protectiōe dei celi cōmorabitur. Dicet dn̄o susceptor meus es tu: et refugiū meum deus meus sperabo ī eum. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venātiū: et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: non timebit a timore nocturno. A sagitta volāte in die/ a negocio perambulante ī tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis: ad te autem nō appropinquabit. Verūtamen oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es dn̄e spes mea: altissimum posuisti refugiū tuū. Nō accedet ad te malum: et flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te ī oīb⁹ vijs tuis. In manibus portabūt te: ne forte offendas ad lapidē pedem tuū. Super aspidem et basiliscū ambulabis: et cōculcabis leonem et draconem. Quoniā ī me sperauit liberabo eum: protegā eū/ qm̄ cognouit nomē meū. Clamauit ad me et ego exaudiā eū: cū ipso sum ī tribulatione eripiam eum/ et glorificabo eū. Longitudine dierū replebo eū: et ostēdā illi salutare meū. Gloria. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi domine miserere mei. Sana animam meā: quia peccaui tibi. Uias suas dominus demonstret tibi. Et semitas suas edoceat te. Gressus tuos dirigat dominus secundum eloquium tuum. Ut non dominetur tibi omnis iniusticia. Utinā dirigantur vie tue. Ad custodiendas iustificationes domini. Perficiat dn̄s gress⁹ tuos in semitis tuis. Ut non moueantur vestigia tua. Benedictus dominus deus die quotidie. Prosperum iter faciat tibi deus salutarium nostrorum. Angelus domini bonus comitetur tecum. Et bene disponat itinera tua et actus tuos/ vt iterum cum gaudio reuertaris ad propria. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Nichil proficiat inimicus in te. Et filius iniquitatis non apponat nocere tibi. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomē tuum. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostēde faciem tuam: et salui erimus. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationib⁹ nostris: et viam famuli tui N. in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie et vite huius varietates: tuo semper protegantur auxilio. Per christum dominum nostrum. Orem⁹. Oratio.

Deus q̄ ad vitā ducis/ et confidentes in te paterna protectiōe custodis: q̄s: vt his presentibus famulis tuis N. a nobis egredientibus angelicū tribuas comita

tū: vt auxilio tuo protecti/ nulli⁹ ma
li cōcutiant formidine/ nullo cōpri
mant aduersitatis languore/ nulli
us inruētis inimici molestent insidijs
sed spacijs necessarij itineris/ pro
spero gressu peractis: proprijsq̧ locis
restituti: et recipient sospites/ ac de
bitas exoluāt tuo nomini gratias
Per christum dn̄m. Oremus. Oro
Deus q̄ diligentib⁹ te miam
tuā semp impēdis/ et a serui
entib⁹ tibi in nulla es regione lon
ginquus: dirige viā huius famuli
tui N. in voluntate tua: vt te prote
ctore: te perducente per iusticie semi
tas sine offensiōe gradiatur. Per
christū. ¶ Hic surgant peregrini a
pstratiōe. Et sequat bn̄dictio pe
re et baculi hoc modo Dn̄s vobiscū.
Et cum spū tuo. Oremus. Oratio.
Domine iesu xpe qui ineffa
bili tua miseratione: ac pa
tris iussiōe/ spiritusq̧ sancti coope
ratione de celo descēdere/ ouemq̧
perditā diabolica seductione vo
luisti querere: atq̧ proprijs hume
ris ad celestis patrie gregem refer
re: quiq̧ precepisti filijs mr̄is eccle
sie: orādo petere: bene viuēdo que
rere: ac pulsando pseuerare: vt ci
tius inuenire valeāt salutaris pre
mia vite: te humiliter inuocamus
quaten⁹ sanctificando bene ✠ di
cere digneris has peras vel hanc
peram/ et hos baculos vel hūc ba
culum vt quicunq̧ ea pro tui nois
amore ad instar humilis armatu
re: lateri suo vel lateribus suis ap
plicare/ atq̧ suis collis suspēdere/
siue in manibus suis gestare/ sicq̧
peregrinando/ suffragia sanctorum
humili comitāte deuotiōe studue-
rint querere: dextere tue protecti mu
nimine puenire mereant ad gau
dia visiōis eterne. Per te saluator
mūdi. Qui viuis. ¶ Hic asperga
tur aqua benedicta/ et ponat sacer
dos collo peregrini peram dicens
In nomine dn̄i nr̄i iesu chri
sti accipe hāc perā habitum
peregrinationis tue: vt bene casti
gatus et saluat⁹ peruenire merea
ris/ ad limina sanctorum quo pgere
cupis: et peracto itinere tuo ad nos
reuertaris incolumis. Per eūdem.
¶ Et sic fiat alijs / si sint plures.
¶ Hic tradat vni baculum dicens
Accipe hunc baculū susten
tatiōis itineris ac laboris
peregrinationis tue: vt deuincere
valeas omnes cateruas inimici: et
peruenire secur⁹ ad limina sancto
rum quo pgere cupis: et peracto obe
dientie cursu/ ad nos iterum reuer
taris cum gaudio. Per christum.
¶ Et si dicat alijs / si sint plures.
¶ Bn̄dictio crucis pergentis hie
rusalem/ cum Dominus vobiscū.
Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro
Deus inuicte potētie/ pieta
tis imēse/ atq̧ peregrinan
tium totius cōsolatiōis auxilium/
qui famulis tuis inuictissima ar
ma tribuis: q̄s hanc crucem deuo
te humilitatis bn̄di ✠ cere digne
ris: vt venerande crucis vexillum
cuius i eo est designata figura sit
inuictissimum robur serui tui con
tra hostis antiqui nequissima ten
tamēta/ sit in via defensio/ sit i do
mo tua ptectio/ sit nobis vbiq̧ psi
dium. Per dominum. ¶ Hic asper
gatur aqua benedicta sup vestem
Deinde si aliquis eorum ptectur⁹ est

hierusalem: detur ei vestimentum cruce signatum: sacerdote dicente

Accipe vestimentũ cruce domini saluatoris nr̃i signatum: vt per illud salus/ benedictio et virtus prospere proficiscendi ad sepulchrũ eius tibi comitet. Qui cũ deo patre et spi. ¶ Et sic fiat alijs si sint plures Combustio crucis in carne peregrinis eũtibus hierusalem prohibitũ est in lege scdm iura canonica sub pena excommunicationis maioris. His finitis dicitur missa pro iter agẽtibus more simplicis festi noue lectionũ. Officiũ.

Psal. xxx. 
Esto mihi in deũ protectorẽ ꝛ ĩ locũ refugij: vt saluũ me facias: qm̃ firmamẽtũ meũ ꝛ refugium meũ es tu: et ꝓpter nomẽ tuũ dux mihi eris ꝛ enutries

Eodem me. In tpe pasc. Alla alla. Ps. In te dñe speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me: et eripe me. Orõ.

Adesto dñe supplicationib⁹ nr̃is: et viã famulorũ tuorum N. ĩ salutis tue ꝓsperitate dispone: vt inter oẽs vie et vite huius varietates: tuo semꝑ ꝓtegãtur auxilio. Per d. Lectõ libri Genesis.

In diebus illis. Locutus est abrahã dicens. Dñe de⁹ celi qui tulit me de domo patris mei: ꝛ de terra natiuitatis mee/ ꝗ locut⁹ est mihi: ꝛ iurauit dicens. Semini tuo dabo terrã hãc: ipse mittet an-

Psal. gelũ tuũ corã te. Gr. Esto mihi in deũ
xxx. protectorem: ꝛ in locum refugij: vt saluum
Eodem me facias. Ꝟ⁹. In te dñe speraui: non confundar in eternum. Repetat Gr. Al-
Ps. cxiij. leluya. Ꝟs⁹. Qui timẽt dñm sperẽt ĩ eum adiutor ꝛ protector eorũ est. Si in tpe pascha ptigerit hoc seruitiũ: tũc dr̃ ij. Alleluya vnũ ex illis ꝗ scribuntur post Officiũ. Quasi modo geniti.

¶ Secundum Mattheum. x.

Luc. x. A. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Euntes predicate dicentes/ ꝗa appropinquabit regnũ celorũ. Infirmos curate/ mortuos suscitate/ leprosos mundate/ demones eijcite. Gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurũ neqꝫ argẽtũ/ in zonis vestris. Non perã/ nõ calciamẽta neqꝫ virgã: neqꝫ duas tunicas habeatis. Dign⁹ est enim operari⁹ mercede sua. In quãcũqꝫ ciuitatẽ itraueritis: interrogate quis ĩ ea dignus sit. Et ibi manete: donec exeatis. Intrantes aũt domũ: salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et siquidem illa domus fuerit digna: maneat pax vestra sup eã. Si aũt nõ fuerit digna: pax vr̃a ad vos reuertet. Et quicũqꝫ non receperit vos/ nec audierit sermones vr̃os: exeuntes de domo vl' de ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris super eam. Amen dico vobis: tolerabili⁹ erit terre sodomorũ ꝛ gomorreorũ ĩ die iudicij/ ꝗ̃ illi ciuitati. Offer. Sperẽt

Ps. ix. in te oẽs ꝗ nouerũt nomẽ tuũ dñe: qm̃ non derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in syon: qm̃ non est oblitus orationem pauperum. In tpe paschali Alla.

¶ Hic offerãt peregrini. Secreta.

Propitiare q̃s dñe supplicationibus nr̃is: et has oblatiões quas offerimus: ꝓ famulis tuis benign⁹ assume: vt viã illorũ ꝓcedẽte grã tua dirigas/ et subsequente comitare digneris: vt de

actu / atq; incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per dominū. Cōio.

psal. cxviij. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis: utinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. In tēpore paschali. Alleluya alleluya. Postcō.

Sumpta quesumus dn̄e celestis mysterij sacramenta ad p̄speritatē itineris famulorum tuorum proficiant: ⁊ eos ad salutaria cuncta perducant. Per dn̄m nostrum. ¶ Post missam dicat sacer. has sequentes orōnes super peregrinos prostratos corā altari siue p̄fecturi fuerint ad hierlm̄ siue ad scti Jacobi limina: vl' ad aliā pegrinationē cū Dn̄s vobiscū. Oremus. Orō.

Deus infinite misericordie / et maiestatis inmense: quē nec spacia locorum nec interualla tēporū ab his quos tueris abiungūt: adesto famulo tuo vel famulis tuis / in te vbiq; cōfidenti vel cōfidentibus ⁊ presta: vt per omnem quā iturus est vel ituri sunt viam dux ei vel eis: et comes esse digneris nihil ei vel eis aduersitatis noceat / nichil difficultatis obsistat / cuncta ei vel eis sint salubria cuncta sint et prospera: vt sub ope dextere tue quicquid iuste petierit vel petierint desiderio celeri et prospero cōsequatur vel consequant effectu. Per christum. Oremus. Orō.

Omnipotēs sempiterne deus qui es via / veritas / et vita: iter vestrum vel tuum i beneplacito suo disponat / angelū suum raphaelem in hac peregrinatiōe vestra vel tua custodē adhibeat: qui ad loca desiderata cū pace te eundo perducat / et cū salute iterum te ad nos redeundo reducat. Sit interuētrix tua vel vestra / beata dei genitrix maria cum vniuersis angelis / et archangelis / patriarchis quoq; et prophetis. Sint intercessores tui vel vestri scti apostoli petrus ⁊ paulus cum ceteris apostolis / martyribus / ɔfessoribus / atq; virginibus: obtineantq; tibi vel vobis scti: quorum queris vel queritis suffragia cum omnibus sanctis / iusta desideria ⁊ p̄speritatem remissionemq; omnium peccatorum ac vitam eternam. Per eūdem dominum nostrum. Deinde communicentur: et ita recedant in nomine domini. ¶ Sciēdum est q̄ quotidie per aduentū domini quando chorus non regitur: vsq; ad vigiliam natiuitatis domini: et ab oc. Epyphanie / vsq; ad quartam feriam ante pascha: ⁊ a crastino sācte trinitatis vsq; ad aduentum domini: ante tertiā dicitur missa i capitulo p̄ fidelibus defunctis / cum diacono et subdiacono albis cum amictibus idutis tātum: nisi precedente die festum duplex: vl' octa. cum regimine chori ɔtigerit: tunc enim nulla erit missa p̄ defunctis in capitulo: et nisi qn̄ corpus adest presens: ⁊ etiā i anniuersarijs episcoporum: tunc enim ad altare autenticum aliquando dicitur missa aliquando ad alia altaria iuxta q̄ corpora eorum requiescunt humata. Item nulla feria in paschali tempore dicitur missa capitularis pro defunctis: nisi fuerit corpus presens: vel anniuersarium: vel aliquod trigintale Ad missā. Officiū

Officium defunctorum.



Requiem eternã dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ℣ Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationẽ meã: ad te omnis caro veniet. (Psal. lxiiii.)

